


H. van der Mye inv: F. Bleyenbergh sculpt:

COMISION GRANE - BIBLIOT

R. 4

POMPONII MELAE

DE SITU ORBIS

LIBRI III.

Cum notis integris

HERMOLAI BARBARI, PETRI JOANNIS OLIVARII, FREDENANDI NONII PINTIANI, PETRI CIACCONII, ANDREAE SCHOTTI, ISAACI VOSSII, ET JACOBI GRONOVII.

Accedunt

PETRI JOANNIS NUNNESII

Epistola de Patria Pomponii Melae, & Adnotate in Prooemium, atque quo priora Capita Libri I.

ET

JACOBI PERIZONII

Adnotata ad Libri I. *Capita septemdecim.*

CURANTE


ABRAHAMO GRONOVIO.

Editio tertia.

ARCHIVO HISTORICO PROVINCIAL GRANADA

CONSEJO PROVINCIAL DE MONUMENTOS - GRANADA - BIBLIOTECA -

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud SAMUELEM ET JOHANNEM LUCHTMANS,
Academiae Typographos. 1782.



VIRO

NOBILISSIMO ATQUE ERUDITISSIMO,

D. RICHARDO MEAD,

MEDICINAE DOCTORI,

COLLEGII MEDICORUM LONDINENSIUM

ET

REGIAE SOCIETATIS

SOCIO,

ABRAHAMUS GRONOVIUS

S. P. D.

Non longe mihi diſpiciendum fuit, quem potisſimum ſeligerem, cujus nomini hanc novam Pomponii Melae editionem inſcriberem: ad Te, VIR NOBILISSIME, ut me conferrem, privati of-

ficii ratio praecepit. Quotieſcunque enim in praeterita redeo, ante oculos meos verſari ſolent ſingularia Tua officia, quae quatuor abhinc annos, quum in fidelisſima illa optimarum artium ac virtutum fautrice Britannia non absque ſumma voluptate agebam, in me contuliſti: quo quidem ex tempore me incognitum, neque ullis excellentis fortunae inſignibus Tibi commendatum, amicitia Tua haudquaquam ambitioſa complexus es, atque ad incomparabilem Tuam bibliothecam variis & antiquisſimis libris refertam aditum mihi incredibili benevolentia Tua muniviſti; ſed & poſteaquam ad patrios lares redux factus eram, gratia Tua me proſequi, & abſentium colloquiorum commercium mihi largiri non gravatus es. Haec igitur praeclara merita Tua dum ſaepius animo contemplor, interea hoc litterarium monu-

numentum, tanquam certisſimum grati animi pignus ad Te defero; quod ut eadem facilitate, qua me olim in amicitiam Tuam recepiſti, admittere digneris, Te etiam atque etiam rogo. Vale, Vir Nobilisſime, & conatibus meis favere perge.

Lugduni ad Rhenum
A. D. XII. *Kalend. Februar.*
MDCCXXII.

AEQUO ET ERUDITO LECTORI

S. P. D.

ABRAHAMUS GRONOVIUS.

Quamvis nupera Pomponii Melae editione, quae ad fidem optimorum exemplarium tam manu quàm typis exaratorum a me caſtigata, in minori forma prodiit, Praeſtantiſſimi Luchtmanni deſiderio abunde a me ſatisfactum fuiſſe exiſtimaſſem; is nihilominus pro ſuo rei literariae promovendae ſtudio, ut ad novam elegantiſſimi Geographi editionem cum Eruditorum Virorum animadverſionibus procurandam denuò animum adjicerem, enixè & ſeriò me hortari coepit: & ſane pro mutua, quae inter nos viget, amicitia Praeclaro Viro hanc meam qualemcunque operam denegare haud potui: praeſertim quum ad illius vota etiam accederet ſingularis & prona erga me voluntas Celeberrimi & in Graecis Latinisque literis Summi Viri, Caroli Andreae Dukeri, luculentam ſymbolam ad meliorem novae editionis ornatum mihi offerentis. Hiſce igitur ſtimulis, quos acuebat non ſpernendus apparatus, quo inſtructum me videbam, ad hanc editionem adornandam incitatus, brevi quantum potero ſtilo, quid in ea a me praeſtitum ſit, Tecum, Benevole Lector, communicabo.

In ipſo Pomponii Melae contextu conſtituendo

endo Paternam editionem secutus sum, nisi ubi venustiores ac nitidiores codicum MSS. lectiones me aliò vocarent: idque locis evenit haud paucis; pluribus evenisset, si strictiore jure voluissem uti, quemadmodum facilè ex notis constabit. Octo autem Codicibus MSS. usus fui, quorum septem mihi subministravit Bibliotheca Lugduno-Batava, cujus cura a Splendidissimis Illustrissimisque Academiae Curatoribus, & Amplissimis Gravissimisque Civitatis Lugduno-Batavae Consulibus, mihi demandata est. Horum primum in charta exaratum, atque inter Codices Latinos MSS. ejusdem Bibliothecae adservatum, Leidensem in notis appellavi; secundum, tertium, quartum, quintum, & sextum, quorum duo quidem chartacei, tres vero membranacei, codicibus Latinis, qui olim Cl. Viri Isaaci Vossii fuerunt, adnumerantur, iisdem numeris distinxi, quibus illos designaverat Cl. Perizonius, cujus ultima voluntate septimus, idemque chartaceus, cum insigni aliorum MSS. Codicum copia in eandem Bibliothecam pervenit. Octavum membranaceum Parenti meo olim donavit Vir Politissimus, Petrus Deinotus. Insuper adjutus fui variantibus lectionibus trium Codicum MSS. Mediolanensis, Chisiani atque Gudiani, quorum ope plurima loca in integrum restituit Parens, qui de iisdem egit in Praefatione II. Ex hisce undecim Codicibus reliquos longe post terga relinquunt primus Vossianus, qui a Clarissimis Viris, Vossio & Perizonio, tanquam omnium MSS. praestantissimus merito laudatur, atque Mediola-

nensis. Praeter hosce Codices MSS. etiam usus fui variis Editionibus, partim ex publica, partim ex mea Bibliotheca depromtis, inter quas excellit omnium princeps Mediolani excusa A. MCCCCLXX. e qua tamen plus adjumenti & fructus tulissem, nisi ab Hannibale Cruceo singulis fere paginis plurimae voces scalpello erasae, & in earumdem locum substitutae fuissent emendationes Hermolai Barbari; Aldina quoque, quae Venetiis A. MDXVIII. & Juntina, quae Florentiae A. MDXIX. impressa est, ac Parisiensi ab Eruditissimo Viro, Elia Vineto, A. MDLXXII. edita, & praecipuis adnumeranda Editione Iscana sive Exoniensi, quam ad omnium Angliae & Hiberniae Codicum MSS. fidem summa diligentia recognitam & collatam, Tabulisque Geographicis illustratam A. MDCCXI. publicavit Vir Doctissimus Joannes Reynoldus, Scholae publicae apud Iscanos Moderator. Hactenus de Codicibus MSS. atque Editionibus, quibus adjutus, hanc editionem adgressus fui. Restat igitur, ut de Eruditorum Virorum in Pomponium Melam animadversionibus, quae in hanc editionem a me collatae sunt, disseram.

Contextui subjunctae sunt notae Hermolai Barbari, Petri Joannis Olivarii, Fredenandi Nonii Pintiani unà cum ejusdem Retractationibus, & Andreae Schotti, atque Parentis mei; easque excipiunt Definitiones Geographicae P. J. Olivarii; Geographica & Historica Herodoti, quae Latine Mela exscripsit, Ὁμηρίλως con-

cin-

cinnata ab A. Schotto, & Petri Ciacconii notae integriores, & ex ipso exemplari, quod in Bibliotheca publica adservatur, a me transscriptae a Capite XVII. Libri I. usque ad finem Libri III. illas enim, quae Caput XVII. praecedunt, in usum suum describi jusserat, & ad ipsum apographum adnotata adjecerat Cl. Perizonius, quae una cum suis in easdem animadversionibus benigne mecum communicavit tam eruditione quàm humanitate conspicuus Vir, modò laudatus, Carolus Andreas Dukerus, cujus benevolentiae etiam acceptas refero adnotationes, quas Cl. Perizonius ad margines editionis Vossianae & utriusque Paternae adscripserat. Exemplar autem, quo notae Ciacconii comprehenduntur, duas easque a se invicem diversas manus praeferebat, quarum prima satis venusta & lectu facilis in iisdem exarandis ad Caput XVII. Libri I. processerat; secunda verò Graecè scribendi prorsus ignara, & in Latinis exarandis admodum sordida, auctorum Graecorum Latinorumque loca a Ciacconio laudata tribus quatuorve saepe tantùm verbis exhibebat, ea quae jungenda erant, separans, & quae separanda erant, conjungens, eademque saepe repetens, adeò ut crediderim cuncta, quae secunda manus exaravit, ex editione, ad cujus margines animadversiones suas adnotaverat Ciacconius, ὕστερον πρότερον esse transscripta: idemque etiam visum fuit Cl. Perizonio, qui ad calcem editionis Antverpiensis sequentia verba adscripserat: „ Ciacconii „ notulae incondite ex margine sunt excerp-

„ tae, ubi ſparſim fuerant ſcriptae, prout quid „ novi inciderat. Hinc ab indocto homine „ conjuncta ſaepisſime, quae diverſisſima erant, „ & ad alias pertinebant notas, & de eadem „ re ſaepe bis vel ter in aliis notis agitur. "
Cunctas igitur Cacconii notas a Capite XVII. Libri I. a me ex ipſo apographo transſcriptas in juſtum ordinem, quantum potui, redegi, & loca Auctorum veterum, quae mutila plerumque erant, ex iisdem editionibus, quibus uſus fuiſſe mihi viſus fuit Ciacconius, ſupplevi. Haſce autem ſequuntur Petri Joannis Nunneſii de Patria Pomponii Melae Epiſtola, & Adnotata in Prooemium, & duo priora Capita Libri primi, eodem volumine, quo Ciacconii notae continentur, comprehenſa, atque ante undecim annos cum notis Clarisſimorum Virorum Perizonii & Dukeri Miſcellaneis Obſervationibus Criticis Vol. VII. Tom. I. inſerta: itemque Iſaaci Vosſii Obſervationes, & Cl. Perizonii Adnotata in Prooemium & XVI. priora Capita Libri I. cum praefatione atque animadverſis Cl. Dukeri a Celeberrimis Duumviris, qui Miſcellaneis Obſervationibus Criticis edendis praefuerunt, A. MDCCXXXVII Vol. VII. Tom. III. & Vol. VIII. Tom. I. & II. publicata: eademque excipiunt meae in Melam notae, quas pro ſumma, qua noſmet invicem proſequimur, amicitia ſuis obſervatis auxit Eruditisſimus Vir, Franciſcus Oudendorpius, cujus eximiae benevolentiae me hoc nomine maximopere obſtrictum profiteor. Porrò Doctorum Virorum Dedicationibus atque Praefatio-

fationibus, & Vitae Fredenandi Nonii Pintiani ab Andrea Schotto descriptae, subjeci quatuor Indices, quorum primus exhibet nomina Geographica a Mela adhibita ; secundus res memorabiles; tertius verba & locutiones, quae in notis illustrantur ; quartus denique Scriptores Graecos & Latinos, qui in iisdem emendantur, vel explicantur.

Hisce igitur praefandi munere defunctus, Te, Benevole Lector, ad ipsum Melam lubens dimitterem; nisi jam aliquot abhinc annis mihi mirum quantum evenisset, quod elegantissimi hujus de Situ Orbis ἐγχειρίδιο auctorem nullus fere Scriptorum, qui Melae aetatem exceperunt, mentione dignatus fuerit praeter Servium ad Virgilum, & Scholiasten Juvenalis ; quorum hic quidem ad illa Satyrae 11. v. 160.

arma quidem ultra
Litora Jubernae promovimus.

notat: *Juberna insula Britanniae, sita in Oceano mari, a qua non longe sunt triginta aliae Orcades insulae, quas Mela scribit.*

ille verò ad v. 31. libri IX. Aeneid.

Ceu septem surgens sedatis amnibus altus
Per tacitum Ganges.

scribit de Gange : *Fluvius Indiae est, qui secundum Senecam in situ Indiae novem alveis fluit ; secundum Melam septem : qui tamen & ipse*

ipse commemorat nonnullos dicere, quod tribus alveis fluat. nempe lib. III. cap. 7. pag. 293. Melae Gangis exitum in mare describentis verba haec sunt: *Ille* (Ganges) . . . . . *in septem ora dispergitur.* Illorum verò, qui tribus alveis fluere Gangen adfirmant, nullam prorsus mentionem facit Mela, cujus idcirco testimonium hanc in rem a veterum Grammaticorum coryphaeo ad partes vocatum fuisse haud verisimile est. Quare putem, librarios Melae adfinxisse verba, quae Senecae adscripserat Servius & quidem hoc modo: *Fluvius Indiae est, qui secundum Melam septem alveis fluit; secundum Senecam in Situ Indiae novem: qui tamen & ipse commemorat nonnullos dicere, quod tribus alveis fluat.*

Hanc autem admirationem meam auxit larga copia MSS. Codicum Pomponii Melae in variis Bibliothecis adservatorum, quae prorsus tanta est, ut fere omnes Abbatiarum, & Monasteriorum praecipuas, Pomponii Melae exemplaribus instructas fuisse crediderim; neque ullus dubitem, quin plures medii aevi Scriptores, qui Geographica tractarunt, & quorum opera nondum typis sunt descripta, Melae mentionem fecerint: idque tandem mihi constitit de duobus, quorum lucubrationes Geographicae in membrana exaratae in publica Bibliotheca inter Codices MSS. Vosianos exstant. Horum unus seculo nono, alter ineunte quinto & decimo vixit, utriusque Codicis vetustate proximè ad ipsam Scriptorum aetatem accedente, Prioris autem Codicis initium hujusmodi est:

„ D.

PRAEFATIO.

„ D. VENERABILLIMO REGIQUE GLORIOSIS-
„ SIMO D. K. G. SERVORUM DI EXTIMUS.
„ Cum olim quidem, ut nunc, Galliarum li-
„ tora mari Oceano Mediterraneoque inmi-
„ nentia, nec non earundem aliquatenus me-
„ dia, videlicet quo variis fluminum (1) permea-
„ tur alveis, dira Normannorum vaſtarentur
„ ſaevitia, ſtudio quorundam Fratrum noſtro-
„ rum admonitus; immo ob utriusque maris
„ aliquantulum ignotos navigationis excurſus,
„ Diſcipulorum mitisſima deprecatione accen-
„ ſus, hunc de Situ Orbis libellum ex multo-
„ rum praecedentium; qui (2) hinc tractave-
„ runt, dictis excerptum componere ſtudui,
„ & veſtrae quam praedicandae ſapientiae de-
„ clarandum prae omnibus offerre ratum com-
„ modumque duxi. Non igitur temere hoc
„ adgreſſus ſum contexere opuſculum, nec
„ propriis nitens viribus quaſi ob nominis fa-
„ mam jactantiae celſitudinis plenam; ſed fra-
„ ternis humiliter parens neceſsitudinibus, ag-
„ gregatis inſignisſimis hujusmodi lectionis ar-
„ tificibus, quid in opuſculis ſuis de Orbis Situ
„ ſenſerint, quidve egregio (3) affatu dixe-
„ rint, cùm crebrò legens alios docuerim,
„ nunc altius inſpicere curavi. Melam Pom-
„ ponium dico, atque Aethicum Coſmogra-
„ fum, Martianum Felicem Capellam, Soli-
„ num Poliſtoriarum, Oroſium, nec non Iſi-
„ dorum, ceteraque quam plurima argumenta.
„ Quae ergo horum relatione perneceſſa-
„ ria.

(1) Leg. *permeantur.* (2) Leg. *hunc.* (3) Leg. *effatu.*

„ ria exinde repperi, quantum mihi pro innu-
„ meris tam saecularium rerum curis, quam
„ nostri propositi habenis, mellifluis hujus
„ opusculi paginis, vel eisdem eorum senten-
„ tiis, vel certe brevitati operam tribuens,
„ meis verbis ordinare fategi, totumque opus-
„ culum in duobus libellis distinxi, ita ut pri-
„ mus utriusque maris vocabulorumque eorum
„ causas, nec non insularum, quae in eis sunt
„ sitae, quamvis breviter digestis, contineret:
„ secundus autem faciem terrarum, auctore
„ vigente ratione, succincte aliquantula de-
„ monstratione patefaceret.

In sequentibus Auctor maria atque insulas, & libro II. magnam continentis Europae partem describit iisdem fere verbis, quibus Scriptores ab eo laudati fuerant usi: quare etiam operae pretium duxi, ut cuncta, quae a Pomponio Mela mutuatus fuit, cum edito exemplari compararem, eademque cum optimis MSS. amicè consentire didici, & *Excerpta* I. in notis appellavi. Quum vero ex ipso titulo non prorsus dilucide constet de nomine Auctoris, atque etiam Regis, cui istud opus Geographicum inscriptum est; ex tribus tamen postremis vocibus, *Servorum Dei extimus*, facilè colligi posse videtur, istud compositum fuisse ab Ecclesiae Gallicanae Episcopo circa illud tempus, quo Normanni Sequanam invecti, Rothomagum ceperunt & diripuerunt, atque inscriptum Carolo Calvo, tunc temporis Aquitaniae Regi.

Posterior Codex nitidissimè exaratus, tabulas insularum maris mediterranei variis coloribus affabre

affabre delineatas exhibet, addita earumdem descriptione, atque ambitus per passuum numeros designatione, & mappas Geographicas Syriae, Britanniae, Hiberniae, Taprobanes, Italiae & Illyrici, Hispaniae, Galliae, aliarumque regionum. Primae autem paginae, quae frontem operis constituit, & in qua aliquot versus elegiaci aureis literis supra fundum caeruleum exarati fuerunt, scriptura, quod dolendum, prorsus evanuit praeter voces ME DUCE QUI, a quibus postremus versus elegiacus initium cepit: in secunda autem Auctor praefationem auspicatur hisce verbis: „ Omnium insularum nostri maris, quod Mediterraneum dicimus, exteri etiam pelagi, quod „ Oceanum appellant, quas quidem partim vidimus, partim ex antiquorum nostrique temporis Auctorum monumentis scriptisque cognovimus, liber hic nuper a nobis elucubratus illustratas continet descriptiones, quarum positiones, situs, civitates, oppida, „ portus, flumina, fontes, silvas, promontoria, quas caeli plagas respiciant, ita exa„ musim depingere expresseque effigiare sumus conati, ut & nostrae diligentiae minime „ nos poeniteat, & satis jocundos fructus eos „ percepturos fore arbitremur, qui nostra „ haec legerent littora, & eorum, & quae „ *capita* vocant nautae, maxime eo instru„ mento, quod *chartam navigatoriam* iidem „ appellant, eas omnis circumscribere studui„ mus, ita ut credamus, navigationibus non „ parvo usui futurum hunc laborem nostrum.

„ Narra-

„ Narratiunculis praeterea ante ſingularum de-
„ ſignationes uſi ſatis dilucidis, quibus vetera
„ & nova earum nomina, ambitus, portuum-
„ que atque aëris qualitates, hominumque mo-
„ res, & qui in his claruerunt; praeterea ſoli
„ dotes, & quae deſertae, quaeve cultae ſint,
„ facilè ſimul verisſimeque Lector percipere
„ poſſit. Adjecimus & juxta ejus navigato-
„ riae chartae normam littora continentis fere
„ omnia, locorum portuumque nominibus
„ ſcriptis, quibus noſtra utitur aetas: nec
„ praetermiſimus quasdam peninſulas nobilio-
„ res deſcribere, Italiamque clarisſimum totius
„ habitabilis decus, & Syriae partem, quam
„ Terram Sanctam appellant noſtri, Hiſpa-
„ niam, Galliam atque Germaniam hoc etiam
„ noſtro libello concluſimus. Nomina vero
„ inſularum cum priſca tum nova ſeries infra
„ ſcripta monſtrabit. „ Porrò pag. 56. poſt-
quam Britanniam verbis Iſidori deſcripſerat,
addit: „ Pomponius Mella: *Britannia qualis*
„ *ſit . . . . expertus.* " idque Melae fragmen-
tum a me quoque excuſum eſt, & *Exc.* 2. in
notis appellatum. Hiſce igitur fruere, Erudi-
te Lector, & vale.

DE

DE

POMPONIO MELA

ELIAS VINETUS.

Pomponium Melam, Geographum, inter Caesaris Octaviani Augusti, & Vespasianorum imperia floruisse argumento est, quod Cajus Plinius, *Historiae Naturalis* scriptor, eum inter suos auctores laudat: quam Tito Vespasiano dedicabat, annis post natum Christum circiter octoginta. & quod ipse Mela Cornelium Nepotem citat libro tertio: quem Caesaris Octaviani principatu mortem obiisse, ex eodem Plinio didicimus. Iolque, Africae urbem, Caesaream vocat libro primo: quam sic in honorem Caesaris Octaviani Jubam transnominasse, Strabo & Eutropius nobis sunt auctores. Itaque nemini dubium esse debet, quem principum maximum Britanniam tam diu clausam aperire dicit libro tertio, quin Claudius sit accipiendus, Caji Caligulae successor: qui primus post Julium Caesarem, Caesaris Octaviani patrem, Britanniam tentavit: uti Suetonius & Eutropius scripserunt. ac ita sub Tiberio, Caligula, & Claudio, Romanis principibus, vixerit Pomponius Mela: haecque Geographica, quae in quibusdam exemplaribus, *De Chorographia*; in aliis *De Geographia*; *De Situ orbis* in aliis inscribuntur, sub Claudio Augustorum quarto conscripserit. Ceterum ubicumque vitam transegerit, ex Tingentera Hispaniae civitate fuisse se tradit lib. II. *Melas* autem aliquot alios memorant Latinae literae: ut, *Melam* equestris ordinis virum: quem hausto porri succo sub Tiberio Caesare periisse scribit idem Plinius: *Fabium Melam*, Jurisconsultum, qui citatur libro quadragesimo Digestorum Justiniani, capite *de cloacis*, & alibi. *Lucium Annaeum Melam* à Nerone interfectum, fratrem Senecae Philosophi, Lucanique Poëtae patrem. Quos omnes suspicor Hispanos genere fuisse.

EX

GERARDO JOANNE VOSSIO

DE

HISTORICIS LATINIS.

Pomponius Mela, natione Hiſpanus, Claudii temporibus fuit; ut recte primus adſtruxit Vadianus: quem iccirco & Vinetus ſequitur, & Schottus. Inde eſt, quod & ipſe meminit Cornelii Nepotis, ut recentis Scriptoris: & ad partes à Plinio advocetur in *Hiſtoria Naturali*; qui Veſpaſiani temporibus claruit. Scio eſſe, qui arbitrentur, vixiſſe temporibus Julii Caeſaris; idque propterea, quia lib. III. cap. 6. loquatur hoc pacto: *Britannia qualis ſit, qualesque progeneret, mox certiora, & magis explorata, dicentur. Quippe tam diu clauſam aperit ecce principum maximus, nec indomitarum modo ante ſe, verum ignotarum quoque gentium victor; qui propriarum rerum fidem, ut bello affectavit, ita triumpho declaraturus portat.* Verum haec verba uni conveniunt Claudio: ut liquet ex Suetonio de imperatore eo cap. 17. At nunquam de Britannis triumphavit Julius. Quid quod Melae libro primo mentio fit Caeſareae? quae, cum prius Jol diceretur, nomen Caeſareae ab Caeſare Auguſto accepit. Ceterum etiam de patria ejus liticula eſt. Siquidem Mellariae, Baeticae oppido, quod nunc eſt in ditione ducum Methynnae, & Sidoniae, natum eſſe, Hermolaus Barbarus arbitrabatur: imo ajebat ex eo Melae, vel, ut ipſe ſcribere maluit, *Mellae* nomen accepiſſe. Sed inde *Mellarius*, aut *Mellarien-*

larienſis potius diceretur. Et ſatis ex aliis conſtat, *Mela*, non patriae, ſed gentilitium eſſe nomen. Alii igitur Cingenterati, (quod MSS. Melae codicum fidem ſecuti, itidem Baeticae oppidum ſtatuunt) natum fuisſe veriſimilius putant: atque id è ſecundo ejus libro colligunt: ubi, de Baeticae oppidis loquens, ait ipſe: *Atque, unde nos ſumus, Cingenteratum, Mellaria, & Bello.* Ubi Hermolaus *cingente freto* legebat, ut Mellarienſem faceret. Vinetus maluit *Tingentera*, quod in ſuis repererat libris. Pintianus voce *Cingenteratum*, tanquam nihili plane ejecta legebat: *Atque unde nos ſumus Mellaria.* Schottus corrigebat: *Atque unde nos ſumus ex gente ea. Tum Mellaria.* Eam vero emendationem acceptam ferebat Franciſco Sanctio Brocenſi: uti ille Petro Ciacconio Toletano. Anteceſſerat autem proxime apud Melam oppidi Cartejae, ſeu Tarteſſi mentio: quam iccirco patriam Melae fuisſe arbitratur. Caſaubonus *commentario & caſtigationibus in lib.* III. *Strabonis* emendat hoc pacto: *Atque unde nos ſumus Tingi contraria Mellaria.* Vel. *Tingi è regione ſita Mellaria.* Solet enim Mela meminisſe locorum, quae ex adverſo ſita. Ergo, ſi MSS. codicibus ſtandum, patria Melae erit *Cingenteratum*, vel *Tingentera.* Sin emendationem ſequimur, quae placuit Schotto, fuerit Cartejus, ſive Tartesſius. At juxta correctionem Barbari, Pintiani, &, quae imprimis placet, Caſauboni, Mellarienſis erit. Utcumque ſe habet civitatis nomen, Baeticum fuisſe Melam, ſatis indicant verba illa, *unde nos ſumus.* Inclaruit Mela libris III. *de Chorographia;* ut eſt in pleriſque libris: ſive potius, ut in aliis vocantur, *de orbis ſitu.* In iis, & perſpicua eſt brevitas, & mira elegantia. Imo, ut Strabo ab eruditione, à diligentia Plinius, ita ab arte commendatur Mela: quod judicium eſt Alfonſi Garſiae Motamori in *commentario de doctis Hiſpaniae viris, atque ejusdem Academiis* (1). Nomen hujus Scriptoris corruptum eſt apud Servium *in lib.* IX. *Aeneid.* ubi à Melone dici ait, ſeptem eſſe Gangis oſtia: quod apud Melam legas lib. III. cap. 7. Valde autem ridiculus eſt Claudius Verderius (2), cum dictionem Melae, elegantisſimi ſane Scriptoris, culpare non veretur. Objectat, quod dixerit, *Britanniam feris ſcatere.* Quaſi non expresſum hoc ſit de iſto Lucretii lib. v. 40.

Ita

(1) *Habes T.* II. *Scriptorum Hiſpaniae illuſtratae.*
(2) *Cenſione in Auctores penè omnes.*

Ita ad ſatiatem terrâ ferarum
Nunc ſcatit.

At, inquit ille, *ſcatere* eſt à σκάτος (1): unde idem alibi (2) *ſcatere* vocat latrinarum verbum. At nos ſcimus שרא Chaldaeis & Syris notare *fudit*: unde שׁרי, *fundens*. Hinc *ſcateo*, quod iccirco dicitur de terra liquorem fundente: uti etiam indicant derivata, *ſcatebra*, & *ſcaturire*: & Plautinum illud in *Aulularia*:

Quae mihi interbibere ſola, ſi vino ſcatet,
Corinthienſem fontem Pirenen poteſt.

(1) *ſtercus.*
(2) *Pag.* 27.

POM-



ORBIS TERRARVM EX MENTE POMPONII MELAE DELINEATVS A P. BERTIO Christianissimi Regis Geographo.



POMPONII MELAE

DE

SITU ORBIS

LIBRI III.

PROOEMIUM.

ORBIS Situm [2] dicere aggredior, impeditum opus, & [3] facundiae minimè capax; (conſtat enim ferè Gentium locorumque nominibus, & eorum perplexo

POMPONII MELAE] Cognomen ſatis notum in gentibus Romanis quod in collectione ab Andrea Schotto facta, & Roſini Antiquitatibus addi ſolita, attribuitur Annaeis, & Pomponiis: in Iudice, quem dicitur feciſſe Savotius, & a Car. Patino auctus adjicitur libro Familiarum Romanarum, vindicatur familiae Baebiae, quum ipſe nummus, unde id colligitur, adplicet *Aquino*, *Baebii* vero cognomen ſit *Tampilus*. Sed longe pluribus id placuit, quum & in ſepulchro Ceſtii memoretur PONTI. L. F. CLA. MELAE, quod citatur etiam ab Urſino ad nummos Ceſtiae gentis; & jam Vinetus ex L. 1. §. 12. D. *de Cloacis*, & alibi producat *Fabium Melam*, cujus ſolum cognomen appellatur L. 27. §. 34. D. *ad Leg. Aquil.* Quin & maxime vicinus hujus aetati Mela, quem Plinius lib. XIX. cap. 33. memorat & ſcribit, *famam eſſe, reum ex procuratione a Tiberio principe arceſſitum, in ſumma deſperatione, ſuccoporri hauſto, confeſtim exſpiraſſe ſine cruciatu.* Ubi ſummopere nugatur Harduinus, quum ſcribit, *ſimile quidem veri videri eum Melam eſſe, cujus Geographici libri nunc manibus omnium teruntur, ut idcirco vel ex illo Plinii loco vana eorum conjectura intelligatur, qui Claudii principatu Melam vixiſſe aſſeverent.* Sive illud cognomen à flumine Galliae Tranſpadanae prope Brixiam venerit Romam, ſive ex oppido, quod citatur à Livio lib. XXIV. cap. 20. Quamquam noſter Auctor quidem in Hiſpaniam nos videtur revocare, ubi hoc tempore etiam ſatis frequens fuiſſe *Pomponium* nomen docent nummi.

ORIENS vel ORTVS

5 plexo satis ordine, 4 quem persequi, 5 longa est magis quàm 6 benigna 7 materia) verùm adspici tamen cognoscique dignissimum, 8 & quod si non

qui reperiuntur sub Augusto, & Tiberio illic cusi, cum variis praenominibus, unde etiam in nummo Carthaginis Novae Saluti Augustae dicato sub Duumviris legendum videtur CN. ATELLIO FLACCO CN. POMPONIO FLACCO. ubi tamen Cl. Vaillantius potuit intelligere *Pompejum*, opinor ob solum praenomen CN. quod ut *Pompejis* crebrum novimus, ita non potest negari *Pomponiis*. Alioqui potest etiam esse Graecum Μίλλ, qua voce poculi genus indicari docet Athenaeus lib. XI. pag. 487. Quid? quod etiam Μάλλ προσθυτε Archelai meminerit Josephus lib. XVI. *Antiq. Jud.* cap. 16. GRONOV.

1. *Orbis situm* &c.] Praefatur operis pondus, varietatem, obscuritatem, & perplexum argumentum: deinde quid in hoc libro & in aliis persequetur. OLIVAR.

2. *Dicere*] Nam orator praefatur; dicunt enim oratores: sed nove *dicere* pro describere dixit. IDEM.

3. *Facundiae minime capax*] Impeditum opus esse Naturae tractationem, totiusque Universi descriptionem, nec ullos oratorios colores admittere, Plinius, qui jam periculum fecerat, in erudita illa Praefat. *Naturalis Hist.* testatur: *Nam neque ingenii sunt*, inquit, *capaces, neque admittunt excessus, aut orationes* &c. Et libri III. Praefat. *Infinitum id opus existimatur, nec temere sine aliqua reprehensione tractatum. Haud ullo in genere venia justior est: si modo minime mirum est, hominem natum non omnia novisse.* Et Cicero lib. II. *ad Attic.* Epist. 6. Συγγραφικὰ, *quae constituveram, magnum opus est: ita valde Eratosthenes, quem mihi propositeram à Serapione, & ab Hipparcho reprehenditur: quid censes si Tyrannio accesserit? & hercule sunt res difficiles ad explicandum, & ὁμοιοσθυε: nec tam possunt ἀνθρωγραφίσθαι, quam videbatur.* Huc & Manilii versus pertinet.

Ornari res ipsa negat, contenta doceri. SCHOTTUS.

4. *Quem persequi longa est magis*] Scribo, *quod persequi longa est magis* &c. Nam & paulo post sequitur, *quod si non ope ingenii orantis.* PINTIAN. Dixi commodiorem videri mihi lectionem, *quod persequi*, quam *quem persequi*, ut illud *quod* referat *opus*, non *ordinem*, quoniam sequitur paulo post: *& quod si non ope ingenii orantis, at ipsa sui contemplatione* &c. Huic sententiae meae plerique reclamant, & priorem lectionem retinere malunt. Jus ergo liberum optionis esto, sequaturque unusquisque, quod sibi visum sit magis ad mentem Auctoris accedere. IDEM. Nihil necesse est *quem* in *quod* mutare, cum auctoritate libri calamo exarati, quicum Lutetiae Melam comparavimus, vulgatam lectionem tuente: tum quod sensus per se planus est, si operae, ut jussimus, parentheſi haec omnia includant, & ad *ordinem* proxime referatur. SCHOTT.

5. *Longa magis quam benigna materia*] Saepe hoc nomine questus Mela, lib. III. cap. 3. De montibus Germanorum: *quorum*, inquit, *nomina vix est eloqui ore Romano.* Et *quorum nomina nostro ore concipi nequeunt:* de Cantabris, qui vulgo Biscaini, quorum ho-

non [9] ope ingenii [10] orantis, at ipsa sui contemplatione pretium operae attendentium absolvat. Dicam [autem] aliàs plura & exactiùs: [11] nunc [10] autem

hodieque dialectus litteris exprimi commode non potest. Huc facit & Lucretii de Linguae Latinae inopia querela, lib. I.

Multa novis verbis praesertim cum sit agendum.
Propter egestatem Linguae, & rerum novitatem. IDEM.

6. *Benigna materia*] Praecessit Livius lib. XLII. cap. 38. *Ibi & Thessalis benigna materia gratias agendi Romanis pro libertatis munere fuit.* & sequitur Seneca lib. II. *de Ira* cap. 1. *Primus liber benigniorem habuit materiam.* & lib. VI. *de Beneficiis* cap. 29. *Sequatur illum materia, qua tam benigne utitur largiendo juvandoque.* GRONOV.

7. *Materia*] Oratorium est. OLIVAR.

8. *Et quod sine ope ingenii orantis, at ipsa sui contemplatione* &c.] Nullum reor esse codicem antiquum, in quo non exstet particula *at*. Id certe testantur editiones virorum doctorum. Ipse Pintianus in Retractationibus, ut vocantur, citans hunc locum, adduxit *aut ipsa sui*. Certe & de trium MSS. testimonio pronunciare & confiteri ipse possum, quibus nunc addo quartum, quem sub oculis habeo. Itaque qua ratione factum nuperrime, ut quia in optimis codicibus testatur Vossius legi *& quod sine ope*, ubi edebant, *si non ope*, ideo eam e contextu ejiciat, & sic non modo finceram simplicemque lectionem excudisse putet, sed etiam non dubitet, quin ipse sic scripserit Mela, quod omnia prisca exemplaria palam negant? Multa est haec audacia. Certe Mela scripsit, *sine ope ingenii orantis ac ipsa sui contempl.* Particulae *at* & *ac* quemadmodum in scriptis codicibus misceantur, docet locus Suetonii in Claudio cap. 12. ubi notatum viris doctis, ut & Salmasio ad Tertulliani Pallium pag. 117. Deinde hic stylus Auctoris est interponere copulativam, licet necessaria non sit. Sic lib. II. cap. 7. fin. *Colubraria intra id spatium, quod Ebusitana humo circumsignaverunt, sine pernicie & rata est.* Unde etiam copulam expulerunt editiones, quae tamen legitur sancte in MSS. Sic lib. III. cap. 5. *Araxes ingenti cum murmure sonansque devolvitur.* lib. I. cap. 9. *Cibos palam & extra sua tecta capiunt.* & cap. 13. *Terrêt ingredientes sonitu cymbalorum divinitus & magno fragore crepitantium.* In quibus copula quum videri posset abundare, non abundat: quippe per quam annectit Auctor explicationem prioris, quod nimis generaliter dictum videbatur. Itaque non dissimilia sunt lib. I. cap. 9. *divinitus & caelesti igne conceptus.* lib. II. cap. 1. de Hypani, qui *diu qualis natus est*, nempe dulci aqua, defluens, tandem ex Exampeo *adeo amaras aquas accipit, ut ipse quoque jam sui dissimilis, & non dulcis, hinc defluat.* lib. II. cap. 7. *Procul intuenti videbantur continua esse litora, & non pervium pelagus.* Unde sine dubio faciendum posthac, ut ita in Mela legatur. Adde not. ad lib. III. cap. 7. GRONOV.

9. *Ope*] Modestiam indicat. OLIV.

10. *Orantis*] Nimirum talis voluit haberi in prooemio. IDEM.

11. *Nunc autem ut quaeque erunt clarissima*] Dele verbum *autem*,

autem ut quaeque erunt clariſſima, & ſtrictim. Ac primò quidem quae ſit [12] forma Totius, quae maximae Partes, [13] quo ſingulae modo ſint, atque habitentur, [14] expediam; deinde rurſus Oras [15] omnium & litora, ut [15] intrà extràque ſunt, atque ut ea ſubit ac circumluit Pelagus; [16] additis quae in natura Regionum incolarumque memoranda ſunt. [17] Id quo faciliùs ſciri poſſit atque accipi, paulo altiùs ſumma repetetur.

ne intra pauca verba repetatur inutiliter. PINTIAN.

12. *Forma*] An videlicet ſphaerica, rotunda, aut alterius figurae. OLIVAR.

13. *Quo ſingulae modo ſint, atque habitentur*] Ita nunc quoque edidi obſecutus libris MSS. quomodo jam Voſſius notat ſe reſcripſiſſe ſecutum fidem optimorum Codicum, quum non modo per ipſum apparata editio, ſed etiam nupera Frauequerana inſulſe praeferant illud anterius, *atque habitentur*. GRONOV.

14. *Expediam; deinde rurſus*] Neque enim majorem diſtinctionem neceſſariam puto, qua tamen Editiones omnes utuntur, & forſan multi quoque libri manu exarati, ſed praeter regulam, quum ab illo verbo iſta ſequentia pendeant. GRONOV.

15. *Intra*] Ad ſinus refertur OLIVAR.

16. *Additis his quae in naturâ regionum incolarumque* &c.] Πρὸς τὴν τοπογραφίαν ſpectat. OLIVAR. Delenda quoque videtur praepoſitio, ut verba ſint pauciora, ſenſus elegantior. PINTIAN.

17. *Id quo facilius ſciri poſſit atque accipi*] Duo ultima verba non eſſe Auctoris perſuaſum habeo: quid enim aliud hic *accipi* quam *ſciri*. PINTIAN. Gloſſematis foedatus hic Auctor, natura Laconicus; cum ſupra ſcripta eſſent poſt in ſeriem admiſſa. Ut & cap. 12. *permutat ac miſcet*. SCHOTT.

POM-

POMPONII MELAE

DE

SITU ORBIS

LIBER I.

CAP. I.

De MUNDO & PARTIBUS ejus.

OMNE igitur Hoc, [1] quicquid est, cui Mundi Caelique nomen indidimus, unum id est, & uno

CAP. 1. Mundum inprimis quatuor distinguit partibus: deinde terram quinque regionibus, quas *zonas* appellat. Mare vero in quinque distribuit maria, Oceanum, Mediterraneum, Caspium, Persicum, & Arabicum. Indicat postea tria freta, & duos ingentes amnes, quibus terra ipsa in tres divisa est partes. OLIVAR. Illud monendum, Capitum distinctionem a Grammaticis esse, ut fere Argumenta in Auctoribus: & in MS. nostro saepe à vulgat. codd. diversam exstitisse. Quae res movit fortasse Eliam Vinetum, virum eruditiss. ut perpetua serie hos libros edendos curaret: quod fere omnia cohaereant, ut mox cap. 13. nec ἐπιγραφαὶ satis undiquaque respondeant. Nihilominus tamen, ne quis, dum capp. hactenus citata occurrent, quaerendo fatigaretur; nihil mutandum censui. SCHOTT.

1. *Quidquid id est*] Animatum enim mundum, omnique virtute praeditum, adeoque Deum Plato & Stoici censuerunt. Mundus ab Aristotele, seu quisquis auctor est libro *de Mundo* ad Alexandrum, & Cleomede lib. 1. definitur Κόσμος μὲν ἐν σύγκριμα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων. *Mundus est compages constans ex caelo & terra, & ceteris Naturis, quae in his continentur.* Cicero *de Universitate* ex Platonis Timaeo: *Omne igitur, caelum, sive mundus, sive quo alio vocabulo gaudet: hoc, a nobis nuncupatus sit.* Plato sic: ὁ δὴ πᾶς, οὐρανὸς ἢ κόσμος, ἢ καὶ ἄλλο ὅ τε πότε ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὀνομάσθω. *Hoc* igitur δικαίως dicebant Veteres caelum digito demonstrantes. Interpungendus igitur Ciceronis locus, qui ibidem, quem Graeci κόσμον, *mundum lucentem* vocat. Apud eun-

 dem

[2] uno ambitu se cunctaque amplectitur. [3] Partibus dif-

dem lib. II. *De Nat. Deorum* Ennius: *Cui quod in me est, exsecrabor hoc quod lucet, quidquid est.* Hinc illa Planto, Terentioque familiaria: *Lucescit hoc jam.* Plinius lib. II. ex Mela: *Mundum & hoc, quod alio nomine Caelum appellare libuit.* SCHOTT. Particulam *id* quae praeponebatur verbo substantivo, rejeci ad sequentia *unum id est*, quum & antiqui codices apud Vossium sic haberent, & ternos scirem quoque sic vele; immo & Antonius Francinus apud Philip. Juntam Florentiae sic edidit. Sed voculam *hoc*, quam scio in quibusdam MSS. non esse, & expelli quoque vult Vossius, retinui, quum in MSS. multis appareat, & falsè pronuncietur ab Vossio, veriorem procul dubio eam lectionem esse; quum retenta ea tanto verisimiliorem faciat lectionem, quanto crebrius fuit usurpata ab eruditis Romanis, ut docent notae And. Schotti, quod & tetigit Muretus ad Catulli carmen XIV. Forsan nec Mela noster nunc immemor fuit ejus Pacuviani apud Varronem lib. IV. L. L. *Hoc vide circum supraque, quod complexu continet terram.* Utique Scaliger tale quid considerans videtur legisse ita Naevianum illud in Varrone lib. VI. L. L. *Hoc ubi aethra caerula septum stat hemisphaerium.* Unde nec posteriores aut aequales omiserunt. Seneca epist. 95. *Omne hoc, quod vides, quo divina atque humana concluſa sunt, unum est.* Unde ferme apparet, quod Stoicum erat, à Pomponio traduci ad Geographiam: procedit enim inde Philosophus ad alia & ipsos potissimum homines, ut pateat eos cognatos esse ceteris rebus: ita sane actum fuit in pluribus. Sed scias principium esse totum Graecum: unde Suidas: Σύμπαν, ὁ λέγομεν κόσμον τὸ σύμπαν τόδε. ut mirari non oporteat placuisse etiam Lucretio v. 319.

Denique jam tuere hoc circum supraque, quod omnem
Continet amplexu terram.

GRONOV.

2. *Uno ambitu se* &c.] Igitur sphaericum est, refertur ad ea verba Prooemii, *Quae sit forma totius.* OLIVAR.

3. *Partibus differt*] Haec divisio, ab Pomponio descripta verbis, ab antiquis sic excogitata, solet praeclare exhiberi in nummis, duas transversas fascias in




globo sibi superductas habenti- bus, per quas in quatuor partes ille

differt; unde sol oritur, [4] Oriens nuncupatur, aut Ortus: quo demergitur, [5] Occidens, vel Occa- 5
sus: quâ [6] decurrit, [7] Meridies: ab adversa parte, Septen-

ille separatur, qualis est hic ab Augusto cusus, & secundus ab Constante. Ubi vides in priore nullas notari stellas, ut pateat orbem vere terrarum ostendi & partem habitatam; quum in altero stellae impositae dicent caelum innui, atque adeo hanc divisionem utrobique obtinere. Quod si placet, infaustae ignorantiae, sed tamen per alti aenigmatis suspicionem coloratae, verba cognoscere; en tibi, quae scribit Oudanius pag. 98. *dat 'er eenige banden dwers over en weder gaan, 't zy dit zijn de ringen, waar mede men de Sphera uytbeelt, ofte om te betoonen: dat met banden en wetten de wereld by een gehouden word.* Quanta sapientia! Rectissime ad nummos & Melam Lucretius lib. VI. v. 1109.

Quatuor à ventis & caeli partibus esse.

His partibus primis & maximis deinde minores adstruxit ingenium humanum, quas moneta sua celebrare voluerunt incolae Amorgi insulae, cujus nummi sunt apud Goltzium hi duo.



Itaque hinc etiam Cicero II. *de Divin.* 18. *Caelum in* XVI. *partes diviserunt Etrusci.* Sic vero agit Auctor, quasi haec excerpsisset ex Agatharchide, cujus fragmentum est pag. 40 τῆς ὅλης οἰκουμένης ἐν τέτταρσι κυκλιζομένης μέρεσι, ἀνατολῆς λέγω, δύσεως, ἄρκτου καὶ μεσημβρίας. Vid. Schol. in Homer. *Odyss.* B. I. Gronov.

3. *Oriens*] Oriens dicitur omnis pars terrae, in qua sol oritur: hinc est, quod punctum mobile vocatur, Graecis est ἀνατολὴ, Italis *Levante*, Germanis *Oft.* Olivar.

5. *Occidens*] Occidens est, ubicumque sol occidit: punctum etiam mobile. Graecis est δύσις, Italis *Ponente*, Germanis *Weſt.* Idem.

6. *Qua decurrit, Meridies*] Monet Vossius lectorem, ut *decurrere* accipiat pro deorsum currere, ut saepe; summum enim solis punctum esse Meridiem; inde *decurrere* solem, hoc est, descendere. Sed primo *qua* non est aequivocum τῷ *unde*, deinde cur

[8] Septentrio. [9] Huic medio Terra sublimis cingitur

maluit Auctor Meridiem designare à puncto summo, unde inciperet descendere, quam potius à termino, in quem desinit adscensus? Naturalius enim erat describere ab eo, quod fieret ante Meridiem, quam quod post Meridiem. Tum verbo *decurrere* utitur Auctor de Nilo & Cayco, ut Himera, & Baeti, non tam ut descensum & lapsum eorum notet, quam spatium, per quod agunt alveum. Quum Manilius scribit lib. I. de Orione:

& toto semper decurrere mundo,

notat Scaliger, *Orionem occupare utriusque Hemisphaerii magnas partes*, non quia deorsum currit. Omnino *Meridiem* vocat istud spatium, quod & in adscensu, & in descensu accenseri solet Meridiei: illud cum peragit sol est in meridie, & ibi decurrit, non aliter quam miles Romanus in exercitatione campestri, aut funere. Ideo istam explicationem pro *deorsum currit* jam olim ut falsissimam traduxi. Convocari huc debent, quae scribit Festus Pompejus in v. *Posticum: Sic etiam ea caeli pars, quae sole illustratur ad Meridiem, antica utique nominatur; quae ad Septentrionem est, postica: tursumque dividuntur in duas partes Orientem & Occidentem.* Hinc igitur & ab auctore ad Herennium scribitur lib. III. cap. 22. *Solis exortus, cursus, occasus nemo admiratur.* GRONOV.

7. *Meridies*] Duo sunt puncta fictitia, Meridies & Septentrio, sed immobilia. Meridies Graecis est μεσημβρία, Italis *Mezo giorno*, Germanis *Zuyd*. OLIVAR.


8. *Septentrio*] Graecis est βόρειος, Italis *Tramontana*, Germanis *Norden*. IDEM.

9. *Hujus medio*] Non dico sic à Pomponio scribi non potuisse; dubito an scripserit. Equidem sic video esse in editis: & sane ad eundem modum legimus lib. III. cap. 2. *aliis populis mediae ejus habitantibus.* Sed tamen etsi taceant omnes, quod miror; ipse in MS. vidi, & in alio esse scio *huic medio;* quod non dubito, quin servetur in pluribus vetustis exemplaribus. Et sane ut τὸ *hujus* referatur ad praecedens *omne* vel *unum*, non patitur Pomponii subtilitas hoc relativum arctissime comprimentis & ad maxime vicinum & proxime praecedens nomen referentis, & nunc scripturi *horum* vel *harum* sc. partium: ut omnino illud *hujus* debeat respicere septentrionem, quod sententia non patitur. *Huic medio* quod inter quatuor extrema patere describit, subintelligitur imposita, vel insidens, inclusa, ut Ovidio [lib. I. *Metam.* 48.] dicitur, & cincta atque ita locata in media mundi sede, ut ait Cicero lib. II. *de Nat. D.* cap 39. Accedit & Graecos simpliciter dixisse τὴν γῆν ἐν μέσῳ εἶναι vel ἐν μέσῳ ἱδρυσθαι. Sed etiam necesse non est quidquam subintelligere, quum dativi illius frequentatio, sane conspicua, sit affatim annotata Eruditis, praesertim ubi per modum, ut loquuntur, acquisitionis supervenit. Unde μοχθηρὰς clamores relinquens Vossio, restitui Pomponio velim, non quod mihi placet, sed quod libri veteres mihi significant, & doctius est, quam ut ab scioli manu venisse potuerit. Et ne ultra dubites, Antonius ille Francinus anno 1519. Florentiae sic exhibuit ex antiquissimo codice litteris scripto Longobardis, ut notat: quin etiam cum maxime sub oculis habeo membranas Pomponii, plane similiter haec duo vocabula praeferentes, ut merito nunc ita ediderim. GRONOV.

10. *Eo-*

tur undique Mari: [10] eodemque in duo latera, quae He-

10. *Eodemque in duo latera.*] *Eodemque* Hadrianus Turnebus Galliae lumen emendat, lib. xx. *Adverſ.* cap 11. ſed de America nuper Hiſpanorum navigatione reperta non recte exponit, nec enim ea vel de nomine Romanis cognita. Locus difficilis, ex Ciceronis *Somnio* explicandus: *Omnis*, inquit, *terra, quae colitur à vobis, anguſtata verticibus lateribus latior, parva quaedam inſula eſt circumfuſa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris.* Ubi Macrobius lib. II. cap. 9. *Comment.* Hemiſphaeria Oceani alveo in torrida zona (nec enim Bonae ſpei promontorium vel fando auditum) dividi: Ita fieri ut decuſſatim crucis in modum Oceanus ambiat globum terrae, à Septentrione in Meridiem: & ab Oriente in Occidentem; efficiaturque extentae chlamydis forma, quae ſu-



pra anguſta, infra latior. Dionyſius Alexandrinus Terrae globum fundae comparat, quam chlamydi Macrobius: & magnam inſulam vocat, quam parvam Cicero, habita ratione totius Univerſi, orbiumque caeleſtium. Punctiti enim inſtar: ſic enim ille:

Πᾶσα χθὼν, ἅτε νῆσος ἀπείριτος ἐστεφάνωται.
Οὐ μὴν πᾶσα διαπρὸ περίδρομος· ἀλλὰ διαμφὶς
Εὐρυτέρη βιόωσα πρὸς ἠελίοιο κελεύθους,
Σφενδόνη εἰακυῖα.

Ubi εὐρυτέρη ferri poteſt, licet ἐξυτέρη alii legant: longitudo enim ab oriente Sole ad Occaſum: verum nunc certiora de terrae ſitu, & Antipodibus comperta Hiſpanorum navigationibus & Mathematicorum induſtria. Vide inf. lib. III. cap. 5. extremo, & 10. de Antipodibus vero cap. 9. lib. I. ubi de fontibus Nili Nicagorae opinionem refert. SCHOTT.

Sequuti & nos ſumus veriſſimam reſtitutionem Franciſci Sanctii, quem Voſſius ne nominare quidem dignatur. Scholion ejus inſignis viri hoc eſt, [Lego, *eodemque*, hoc eſt, eodem Oceano ex Macrob. & Mela cap. 9. de Nilo. Hic locus olim magnos viros exercuit.] Sed tamen And. Schottus jam ex Turnebo id ipſum produxit, perinde ut Ger. Jo. Voſſius de Mathematicis cap. 42. Filius tamen Iſaacus uno faſtidio deſpiciens ac ſeponens omnes, ſe jactitat ita reſcripſiſſe, ſecutum fidem codicis Vaticani. Ceterum haec duo latera vel hemiſphaeria videntur praeclare exprimi in nummo Tiberii inter Crojanos, ubi unam faſciam cernis longe latiorem, quam eſt altera, indicaturam diſcrimen grande ardentis

[11] Hemiſphaeria nominantur, ab oriente diviſa ad occaſum, Zonis quinque diſtinguitur. [12] Mediam aeſtus infeſtat, frigus ultimas: reliquae habitabiles paria agunt anni tempora, verùm [13] non pariter. [14] Antichthones alteram, nos alteram incolimus. [15] Illius ſitus ob ardorem intercedentis plagae incognitus; hujus dicendus eſt. Haec ergo ab ortu porrecta ad occaſum, & [16] quia ſic jacet, ali-



plagae inter haec duo credita hemiſphaeria. Huic ſimilis eſt alter Auguſti in eadem Collectione, ac tertius Antonini Pii Tab. XLI. num. 19. GRONOV.

11. *Hemiſphaeria*] Semiſphaeria. OLIVAR.

12. *Mediam aeſtus*] Quia diu ſol decurrit per eam. IDEM.

13. *Non pariter.*] Quia quando nobis eſt hyems, habitantibus alterum hemiſphaerium eſt aeſtas, & quando nobis aeſtas, illis hyems. IDEM.

14. *Antichthones*] Adverſam terram habitantes, Antipodes. Χθὼν *terra* eſt, & ἀντὶ *adverſus*, *contra*. Nec eſt dubium, quin ſint Antichthones poſt apertas navigationes. IDEM.

15. *Illius ſitus ob ardorem* &c.] Seculo Pomponii nemo auſus fuit mediterranea Africae peragrare; exiſtimabant enim hanc plagam adeo fervere aeſtibus, ut non poſſet habitari. Mela ſui ſeculi ſententiam refert. Dices, ſunt multi qui ibi agant. Fateor: ſed ſeculo Melae nemo fuit, qui hoc fateretur. Hallucinati ſunt (dices) quotquot fuere illo tempore? Quaſi vero ignoratio eſſet hallucinatio: fateor plane eos ignoraſſe hemiſphaerium Antichthonum: ſed nec propterea hallucinatos fuiſſe. Quid igitur erravit Mela, ſi cum ſuo ſeculo ignoraverit alterum hemiſphaerium & navigationem per zonam torridam? IDEM.

Illius ſitu ob ardorem intercedentis plagae incognito] Hactenus nempe ut Geographiae pars etiamnum fieri nequeat, neque ut haec noſtra deſcribi. Interim tamen notum & ipſe habuit, dum illic ponit, & illi, quos in hac parte ſequitur. Notabilia ſunt verba Coſmae in Typographia Chriſtiana pag. 202. Τὸ δὲ κυμάτιον τὸ ῥιπτὸν κύκλῳ τὴν θάλασσαν πᾶσαν σημαίνει, τὸν λεγόμενον παρὰ τοῖς ἔξω ὠκεανόν· τὴν δὲ τριάνην τὴν πέριξ, τὴν πέραν γὴν τὸ ὠκεανὸ σημαίνει. ἔνθα καὶ ὁ παράδεισός ἐστι. GRONOV.

16. *Quia ſic jacet*] Haec verba Pomponii non puto, nec ſi putarem, ita legendum cenſerem, ſed *quia ſic jacet*, hoc eſt, quia porrigitur ab Ortu in Occaſum. PINTIAN. Pintianus fruſtra eſt. Nihil

[17] aliquanto quàm ubi latiſſima eſt longior, [18] ambitur omnis Oceano, quatuorque ex eo Maria recipit; [19] unum à ſeptentrione, [20] à meridie duo, [21] quartum ab occaſu. Suis locis illa referentur. [22] Hoc primùm anguſtum, nec ampliùs decem milibus paſſuum patens, [23] terras aperit, atque intrat. Tum longè latéque diffuſum, abigit vaſtè cedentia litora, iisdemque ex diverſo propè coëuntibus, adeò in arctum agitur, ut minus mille paſſibus pateat. Inde ſe rurſus, ſed modicè admodum laxat: rurſusque etiam quàm fuit arctius exit in ſpatium. Quo cùm eſt acceptum, [24] ingens iterum & magnae paludi, ceterùm exiguo

hil tollendum aut mutandum. Intelligendus enim locus ex Ariſtot. lib. 11. *de Caelo*, de longitudine in mundo, quae eſt à polo Arctico ad Antarcticum: ut latitudo eſt ab Ortu ad Occaſum. SCHOTT.

17. *Aliquanto*] Immo *multo*, ut Ariſtoteli videtur lib. 11. Μετεωρολογ. cap. 5. & Straboni lib. 1. *Geographiae*. IDEM.

18. *Ambitur omnis Oceano*] Homero & Ariſtoteli terra inſula eſt. OLIVAR.

19. *Unum à ſeptentrione*] Nihil fabuloſius, & in quo magis hallucinata ſit Antiquitas. Argumentum erroris fuit, quod à mari Caſpio usque ad Oceanum ſeptentrionalem parvum terrae tractum Veteres faciebant: hinc exiſtimabant mare Caspium ex Oceano defluere. OLIVAR.

20. *A meridie duo*] Perſicum & Arabicum intelligit. IDEM.

21. *Quartum ab Occaſu*] Mediterraneum, ſive noſtrum. IDEM.

22. *Hoc primum*] Mediterraneum. IDEM.

23. *Terras aperit atque intrat.*] Scribe, *Utque intrat*, cum majore littera & cum diſtinctione, ut ſit initium alterius ſenſus, *Utque intrat tum longè latéque*, conjunctim. Sic paulo poſt, *quo quum eſt acceptum, ingens iterum & magno ſe extendit ambitu*. Et in ſumma Africae deſcriptione, *Utque inde procedit, ita media praecipue*. Et in Italia, *Atque ut procedit, mediam ſe perpetuo Apennini jugo attollens* &c. PINTIAN. Nihil muto. Sunt enim verba ex Ariſtot. tralata, lib. *de Mundo* cap. 3. SCHOTT.

24. *Ingens iterum & magnum & paludi*] Aldi exemplaria: *Ingens iterum & magno ſe extendit ambitu & paludi* &c. Sed haec lectio, quòd ab antiquâ procul abeat; non placet. Propius vero eſt, ut legatur, *Ingens iterum, & magnae paludi, certerùm exiguo ore, conjungitur*. Reliqua falſo addita videntur. PINTIAN.

Ingens iterum & magno ſe extendit ambitu, ceterum exiguo ore paludi conjungitur] Haec ſcriptura praeplacere potuit ut Antonio Francino, ita Voſſio alios veteres codices ita eam concipere teſtanti, quum tamen eam ipſam ab Aldi exemplaribus propagatam rejiciat Pintianus ideo, quod haec lectio ab antiqua procul abeat. Certe

nos

30guo ore, conjungitur. Id omne quâ venit, quâque diſpergitur, uno vocabulo Noſtrum mare dicitur. Anguſtias introitumque venientis, nos [25] Fretum, [26] Graeci [27] πορθμὸν appellant. Quâ dif-

nos vidimus etiam in ſcripto exemplari *& magno & paludi cet.* ut notavit quoque Frater ex Mediolanenſi; ſed in altero, quod quondam fuit Pii II. Pontificis, inde venit in bibliothecam Cardinalis Chiſii, ſcio legi ſimpliciter *iterum & magnae paludi cet.* prout edidit Fr. Sanctius. Nec dubium poterit ultra eſſe, quin tam vera ſit haec ſcriptura, quam falſa eſt illa, quam tuetur ac recepit Voſſius, ſi vel attendas ad acumen Melae hanc quoque Boſpori Cimmerii & Maeotidis deſcriptionem ita breviter & velut in transcurſu perfectiſſimam dantis. Sed quod unice rem omnem decidit, obſervari meretur verbum *extendere* nunquam ab Auctore poni niſi de rectis littoribus, non incurvis & ambitum facientibus, ſic ut ex ſententia Melae *extendere ſe magno ambitu* Latinum non ſit, vel ſententiam bonam nullam faciat. Operae pretium eſt, inſpicere omnia loca. Sic lib. I. cap. 2. *Poſt ſe ingenti fronte ad Helleſponticum fretum extendit*, quum *ambitus* mox ibi praecedens jungatur cum τῷ *incurvat.* Sic lib. I. cap. 3. *Penè ut directo limite extenta eſt.* lib. I. cap. 17. *Anguſtisque cervicibus reliqua extendit;* lib. I. cap. 19. *Longò rectoque limite extentus.* lib. II. cap. 3. *Non tam lata quam coeperat, ingens tamen iterum & quaſi peninſula extenditur.* lib. II. cap. 6 *Hiſpania ubi Gallis adhaeret, maxime anguſta paulatim ſe in noſtrum & oceanum mare extendit.* lib. II. cap. 7. *Ab Peloro ad Pachynum ora, quae extenditur Ionium mare attingens.* lib. III. cap. I. *Iterumque rectò margine jacens ad promontorium Celticum extenditur.* lib. III. cap. 9. *An exhauſto fluctu ſine fine Africa ſe extenderet.* In his locis apud Melam eſt uſus ejus verbi, & egregie geographicus, & quidem ita, ut nunquam de quodam ambitu ſumatur. Quis igitur credat quum & praeclarus ille Vaticanus & tot alii codices aliter habeant, & facillimo remedio adjuvari poſſint, in uno tamen hoc loco contra indolem ſuam egiſſe Pomponium? Et quid? nonne haec ipſa variatio & brevitas ſtyli par eſt & gemina prorſus illis lib. II. cap. 3. *Facit ſinus qui anguſtis faucibus grande pelagus admittit.* lib. II. cap. 6. de ſinu Sucronenſi: *Major hic & magno ſatis ore pelagus accipiens.* lib. III. cap. I. *Sinus ore anguſto admixtum mare non anguſto ambitu excipiens?* Nec ſeu veternum hic ſeu ſtomachum crepet Voſſius, etiamnum quidquam horum poenitet. Imo tanto ſunt haec veriora, quod ſi retineatur Voſſii lectio, Pontum quidem Mela dicet ingentem & magno ſe extendere ambitu, (ſi hoc poteſt intelligi) Boſpori Cimmerii exiguum eſſe os; Maeotin vero tantum paludem eſſe, non etiam qualem: quod procul dubio ſignificavit. Itaque Voſſianam lectionem rejeci. *Magno ambitu mollique circumagi* dixit lib. II. cap. 2. GRONOV.

25. *Fretum*] Dictum à fervendo, auctore Varrone. Vulgus hunc fervorem vocat *Corrente:* inde omnia freta navigantibus ſunt viſa. OLIVAR.

26. Πορθμὸν] Id eſt, trajectum, de Graeco verbo πορθμεύω, quod

eſt

diffunditur, alia aliis locis cognomina acceptat. [28] Ubi primùm se arctat, [29] Helleſpontus voca- 35
tur. Propontis, ubi expandit. Ubi iterum preſſit, [30] Thracius Boſporus. Ubi iterum effundit, Pontus Euxinus. Quâ paludi committitur, Cimmerius Boſporus. Palus ipſa, Maeotis. [31] Hoc mari & duobus inclytis amnibus, Tanai atque 40
Ni-

eſt *trajicio*. Primum fretum dicitur Gaditanum, vulgo *Gibraltar*, corrupto vocabulo: nam antea *Gibel* Lingua Arabica dicebatur, quae dictio ſonat montem. OLIVAR.

27. *Graeci* Πορθμὸν] In quibus eſt Polybius lib. XVI. cap. 14. Ὥσπερ δὲ πρός τινα λόγον τῆς τύχης ποιεμένης τὴν κατασκευὴν ἀμφοτέρων τῶν πορθμῶν πολλαπλάσιον εἶναι συμβαίνει τὸν καθ' Ἡρακλέους στήλας πόρον τὸν κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον. Ubi Caſaubonus πορθμὸν & πόρον eodem ſenſu intelligit, vertens, *multis partibus Helleſpontiaco majus eſt alterum ad columnas Herculis*: quum de magnitudine non agatur, quae quidem variè poteſt conſiderari; ſed vel trajectu, vel maris tranſitu, quem in altero ait eſſe ſtadiorum duorum, in altero ſexaginta, & ideo πολλαπλάσιον. Et ab Euſtathio ad Dionyſium pag. 24 πορθμὸς definitur θαλάσσης πόρος στενὸς, ἑκατέρωθεν γῆς μεσολαβούμενος. Unde apparet in Lexicis non benè exponi *ſinum maris in anguſtias coarctati*: non eſt enim *ſinus*, ſed *tranſitus*, quorum proprietates adverſas ſibi eſſe docet Juſtinus lib. IV. cap. I. GRONOV.

28. *Ubi primum ſe coarctat*] MSS. & editio Antonii Francini *arctat*, & eo ſolent uti. Seneca *Herc. Fur. Illa quae Pontum Scythen Symplegas arctat*. Vellejus ad Pomponii aetatem proximus eo verbo delectatur etiam, ut collegit Heinſius ad lib. II. cap. 10. Sed & Juſtinus lib. XLIV. cap. I. *Hiſpania arctantibus freti littoribus in Pyrenaeum coit*. IDEM.

29. *Helleſpontus*] Nunc *El ſar di Gallipoli*. OLIVAR.

30. *Thracius Boſporus*] Nunc *El ſar di Conſtantinopoli*. *Far* ſignificat ſtrictum ſeu auguſtiam maris. IDEM.

31. *Hoc mari .... in très partes* &c.] Hoc ipſum eſt, quod Hadriani nummus indicare vult, dum in Herculis Gaditani manu tres orbes oſtendit in Crojan. Tab.



XXXVIII. Num. 10. Neque enim ſatis explicant, qui vident ſola mala Heſperidum aurea, in quibus eſt interpres Crojanorum, & Triſtanus Tom. I. pag. 486. nuper Comite Mediobarbo repetente, Herculis Gaditani praecipuum opus eſt induxiſſe mare, quo tres partes terrarum cognitae diſtinguerentur, ipſo cognomine illud fa-

Nilo, [32] in tres partes [33] universa dividitur. Tanais à septentrione ad meridiem vergens, in mediam ferè Maeotida defluit: & ex diverso Nilus in Pelagus. Quod terrarum jacet à Freto ad ea flumina, ab altero latere [34] Africam vocamus; ab

fatente: illuc inferretur navigatio, quae per puppim appositam signatur, idque ex Oceano, cujus additur effigies, non fluvii, ut putabant omnino iidem, non ipsius freti Gaditani, ut statuit interpres Crojanorum. GRONOV.

32. *In tres partes*] Varro in duas, Asiam & Europam: veteres apud Herodotum in quatuor, Asiam, Africam, Europam, & Ægyptum: recentiores in tres tantum: nam Ægyptum Asiae partem faciunt. OLTVAR. Totidem agnoscit Polybius lib. III. *Hist.* unde Mela transtuliisse videtur. SCHOTT.

33. *Universum dividitur*] Unde sic potuerint edere viri docti, aperuit denique Vossius in Appendice. Et certe sic quoque video legi in membranis, quas medio tempore possidere coepi. Sed quaeso quod illud universum? Nullum universum statuitur à Mela, nisi quod appellavit, *omne* vel *unum*. Atqui id aliis modis dividitur, ut dixit, non Tanai ac Nilo, & Mediterraneo mari, quibus dividitur noster orbis, unde etiam dixit lib. III. cap. 5. *universum orbem mari circumfusum esse*, ita integre dicturus nunc quoque non elisione substantivi adhibita. Omnia autem quae antecedunt in neutro genere, respiciunt *mare*; unde haec vox regi nequit. Clarè etiam in MSS. tribus exstat *universa*, quae verissima Auctoris manus est; subintelligitur zona quae cognita est, quam incolimus, & cujus situm dicendum sibi proposuit, quod & facit: unde sic edidi. GRONOV.

34. *Africam vocamus, ab altero Europen* &c.] Hanc gaeodaesian veterem docent & varii nummi, in quibus est primus Augusti, in



Crojan.

ab altero, Europen: ad Nilum, Africam; ad Tanain, Europen. Ultra quicquid est, Asia est.



Crojan. Tab. xv. Num. 18. alter Constantii editus ab Tristano Tom. III. pag. 681. ubi omnes gentes denotantur per tres icunculas genu posito adorantes Imperatorem, tiara signante Asiam, media Africam, intima Europen: tertius Juliae Domnae vulgatus Tristano Tom. II. pag. 126. quartus huic non valde dissimilis Commodi editus ab Erizzo pag. 380. & pessime expressus ab Oudanio Tab. XLVIII. ubi tres icunculae, ad totidem partes terrarum essingendas transeunt praeter globum stellatum, unde fata accipiunt. Nam quae vel in tertio Tristanus de quatuor anni stationibus, vel Oudanius in quarto de tribus feminis manu aliquid portantibus (sic ipse finxit eas & expressit) commemorant, ludicra sunt. Certe in primo & secundo designatur id ipsum, quod de Pompejo Vellejus lib. II. cap. 40. *Hujus viri fastigium tantis auctibus fortuna extulit, ut primum ex Africa, iterum ex Europa, tertio ex Asia triumpharet.* Idem.

CAP. II.

Brevis ASIAE Descriptio.

Tribus hanc è partibus tangit Oceanus, ita nominibus ut locis differens; Eous ab oriente, à meridie Indicus, à septentrione Scythicus.

cus. Ipsa ingenti ac [1] perpetua fronte versa ad orientem, [2] tantùm ibi se in latitudinem effundit, quantùm [3] Europe & Africa, & quod inter ambas Pelagus immissum est. Inde [4] cùm aliquatenùs solida processit, ex illo Oceano, quem Indicum diximus, Arabicum mare & Persicum, [5] ex Scythico Caspium recipit: & ideo quâ recipit angustior, [6] rursus expanditur, & fit tam lata, quàm fuerat. Deinde cùm jam [7] in suum finem aliarumque Terrarum confinia devenit, [8] media Nostris æquoribus excipitur; reliqua altero cornu pergit ad Nilum, altero ad Tanain. [9] Ora ejus cum alveo Nili amnis ripis descendit in Pelagus,

1. *Perpetua fronte.*] Non interrupta, sed integra versus Orientem & Septentrionem. OLIVAR.

2. *Tantum ibi se in latitudinem*] Haec referuntur ad secula Meiae, quibus nondum tota Africa innotuerat. IDEM.

3. *Europa*] Ne quid huc spectans omittamus, video in membrana Gud. legi *Europe*, ut est & in Mediolanensi. Hanc terminationem genuinam Auctoris esse colligo vel ex fine capitis praecedentis, vel ex lib. II. cap. 6. *Junonis promontorium finit Europen.* Et hinc est, quod non opiner repudiandam ejusdem membranae scripturam lib. II. cap. I. *In Maeotida remeantibus ad dextram Europe modo finistro latere innavigantium appositа:* ubi nunc editur, *Europa est*, in quibusdam MSS. etiam exstet *Europae*, quum illud verbum illic ad nauseam iteretur. Item lib. I. cap. 4. init. *quam Europe*, exstat in Mediol. Similiter lib. II. cap. 3. testes habeo tres MSS. Auctorem scripsisse *Pelle* non *Pella*, ut antehac segniter illic exhibebant. GRONOV.

4. *Cum aliquatenus solida*] Ex ignoratione illarum regionum haec dixit Mela: non erant haec littora maris Indici plenè cognita Pomponii tempore: constat enim ex recentioribus navigationibus, non posse solidam esse ad Meridiem, ob Sinum Arabicum, Persicum, Sinum Caticolpicum, Gangeticum, & Magnum. OLIVAR.

5. *Ex Scythico Caspium*] Diximus ignorasse Antiquitatem distantiam ab Hyrcano Mari usque ad Oceanum septentrionalem, & propterea incidisse in illum errorem. IDEM.

6. *Rursus expanditur*] In littore maris rubri versus Ægyptum. IDEM.

7. *In suum finem*] Hoc est, ad Caput Bonae Spei; nunc *Cabo de Buna Speranza*, versus Meridiem, & Tanain, versus Septentrionem. IDEM.

8. *Media*] Hoc est, mediam circumluit nostrum mare, sive Mediterraneum. IDEM.

9. *Ora ejus cum alveo & Nili amnis ripis descendit in pelagus*] Scribendum reor *ripa*, non *ripis*, ut sit sensus, Asiam ipsam descendere, una cum alveo Nili amnis, ripam factam, ut paulò pòst: *fit ripa*

lagus, & diu, ſicut illud incedit, ita ſua litora porrigit: [10] dein ſit venienti obviam, & primùm ſe [11] ingenti ambitu incurvat, pòſt ſe ingenti fronte ad [12] Helleſponticum fretum extendit: ab eo iterum [13] obliqua ad Boſporum, [14] iterumque ad Ponticum latus curva, [15] aditum Maeotidos [16] transverſo margine attingit. [17] Ipſam gre-

ripa qua Tanais eſt. PINTIAN.

10. *Deinde ſit venienti obviam*] Ad flexum Syriacum. OLIVAR.

11. *Ingenti ambitu*] A Peluſio oſtio, & oppido nunc *Damiata*, usque ad Cariam regionem Aſiae Minoris. IDEM.

12. *Helleſponticum fretum*] Quum ſic & prius editi & multi MSS. certe noſtri tres habeant, non magis credi poteſt, quia teſte Voſſio quidam libri *Helleſpontum* habent, *Helleſpontium* nunc ediditſſe Mela, quam infra *Pontium*. Hoc credant illi, qui ſimilem audaciam Reineſii probant in Inſcript. pag. 937. concinnantis *Helleſpontium Jovinum* ex neſcio qua corruptela. Sed ut infra noſter *Ponticum*, ita nunc dedit *Helleſponticum*. Ita certe etiam ſtatuit D. Heinſius, qui in Maximi Tyrii diſſert. x. vertit *Helleſponticum* & *Helleſpontica*: ubi Graecus Ἑλλησπόντιον & Ἑλλησποντία, ut paſſim Graeca monumenta & in his Herodoti ac Pauſaniae. Ita & Lactantius lib. 1. *de Falſ. Rel.* cap. 6. *octavam Helleſponticam*. *Helleſpontius* Poëtis gratum eſt, ut in *Priapeiis* pag. 85. *ora Helleſpontia*: etſi norim non penitus abſtinere alios proſa ſcribentes, ut ipſe Cicero in *Epiſtolis* utitur *aliquo Helleſpontio*: & inde *Helleſpontiacus*. Unde ille ipſe Voſſius in epiſtola ad Rivetum colligere & excerpere didicit: *Tenedos Helleſpontiaca inſula* & *numen Lampſacenum Helleſpontiacus Deus*: quod eſt Arnobii in lib. III. prout & Graecus Auctor apud Suidam in Συνεζάλλοντο. Fere miror quum lib. II. cap. 2. Voſſius egregie reſtitueret Ammianum, quare ejus corrupti verba *dudum Helleſpontum* correxerit *ductum Helleſponti*, & non ad hanc formam *Helleſpontium* quoque. GRONOV.

13. *Obliquat*] Utcunque flectitur in Propontide. OLIVAR.

14. *Iterum curva*] Ad Pontum Euxinum. IDEM.

15. *Aditum*] Cimmerium Boſporum oſtendit. IDEM.

16. *Transverſo margine*] Hoc eſt, angulum faciente. IDEM.

17. *Ipſam gremio ad Tanain usque complexa*] Sic ſe emendaſſe Voſſius ait ex Vaticano & aliis exemplaribus, in quibus legitur *ipſa gremio*, non ut vulgo *inde eam gremio*. Sane & in membranis legimus, *ipſa gremio ad Tanain usque complexa*: & ita Priſcianus in verſione Dionyſii v. 292.

Innumeras gentes gremio complexa reducto.

Mirum eſt, ita vitioſe haberi in ſcriptis. Nam ſane nos quoque ſic vidimus. Sed praeterea, quod ſileri non debebat, non in omnibus legitur *complexa*, ſed in nonnullis, ut manifeſte in Gudiano ſcriptura iſta ſic continuabatur, *ipſa gremio ad Tanain usque compreſſa*, hoc eſt, Aſia eo, quod gremium illic faciat ad excipiendam Maeotin, retroacta & quaſi compulſa ſe comprimere, reduce-

gremio ad Tanain usque complexa, fit ripa, quâ Tanais est. In ea primos hominum ab oriente accipimus, [18] Indos, & [19] Seras, & [20] Scythas. Seres media fermè Eoae partis incolunt, [21] Indi

re & retrahere, rursus ad Tanain laxius se exporrigens, non aliter ac homo sinu aliquid accipiens, quo id est grandius, eo magis se in illis partibus comprimit, ut gremium fiat capacius. Prorsus hanc lectionem videtur παραφράζειν lib. I. cap. 19. *Oram, quae à Bosporo ad Tanain usque deflectitur*, hoc est, quae gremio ad capiendam Maeotin comprimitur: & clarius lib. I. cap. 12. *Grandem sinum inflexo tractu littoris accipit.* Infra lib. II. cap. 3. ait: *Qua terra dat gremium.* Livius lib. XXII. cap. 47. *Qui cuneus, ut pulsus aequavit frontem primum, deinde nitendo etiam sinum in medio dedit.* & lib. XXX. cap. 2. *In sinum terra consedit.* Illud *considere* nonne compressionem notat? Apparet aut labdacismo dictantis & invalida litterae caninae pronunciatione exstitisse primam labendi originem, aut notam mediae syllabae per litteram *p* cum aliquo signo expressae fecisse lectores ancipites. Sic *complexus* & *compressus* certant in loco Valerii Flacci apud Heinsium lib. I. v. 491. GRONOV.

18. *Indos*] Ab Oriente & Meridie retinent nomen. Divisa est India in Superiorem & Inferiorem: Inferior, in Indiam extra Gangem, & Indiam intra Gangem: Superioris sunt regna praecipua, Cathai, Mulpha, Cyamba, Chairam, Thebet, Bocat, & regnum Mursuli, Moabor, Moabat, & regnum Var, nunc Synarum: Lusitani vocant *Chinarum.* India extra Gangem habet Lamay regnum. & propè Malaqua. India intra Gangem, Narsingam, regnum potentissimum, & prope caput Curiae Callicut, regnum & civitatem, ubi & Canamor, Tormapatain, Pandarani, Bisnagar, Bartacala. OLIVAR.

19. *Seras*] Orientalis regio Serica, & magis mediterranea, quam Scythica & India superior, inter Scythas & Indos sita: hujus regionis sunt provinciae Camul, & Chichitalis. IDEM.

20. *Scythas*] Quotquot sunt à parte illa orientali, quae provincia *Tangut* vocatur, usque ad Rha fluvium, omnes uno nomine Scythae dicuntur, & tota regio nostro seculo Tartaria: principio ab Oriente sunt Scythae: extra Imaum montem, ramentum Tauri, sunt quidem Tartari, apud quos est Tangur, Cathaia & Halor, subjecta omnia magno Cham, regi Tartarorum: in Scythia intra Imaum sunt alii Tartari usque ad Rha, ut diximus: postea usque ad Tanain sunt Sarmatici Asiatici. IDEM.

21. *Indi & Scythae ultima*] Voces mediae in nullo codice occurrerunt mihi, etsi taceant alii. Omisit editio Juntina Antonii Francini, ignorat & scriptum exemplar Mediolanensis Bibliothecae, & membranae, quas sub oculis habeo. Etiam, si recte videas, nimia repetitio. Immo quam bellè posset legi? *In ea primos hominum accepimus ab Oriente Indos, Seres & Scythas. Seres media fermè Eoae partis incolunt, illi ultima, ambo latè patentes*, &c. Ita agit alibi noster perinde & alii, ut planè debeat esse hoc genuinum, etsi mirer non scripsisse Auctorem *Seras & Scythas*, ut lib. I. cap. 14. *adversus Phoenicas.* lib. III.

di & *Scythae* ultima: ambo latè patentes, neque in hoc tantùm pelagus effusi. [22] Spectant enim etiam meridiem Indi, oramque Indici maris ([23] nisi quoad aestus inhabitabilem efficiunt) diu continuis gentibus occupant. Spectant & septentrionem Scythae, ac litus Scythicum (nisi unde frigoribus arcentur) usque ad Caspium sinum possident. [24] Indis proxima est [25] Ariane, deinde

III. cap. 5. *liberas & Hyrcanos.* lib. I. cap 8. *apud Garamantas*: quod in postrema editione mutatum temerè est: ut & lib. III. cap. 6. *Cassiteridas appellant.* Sic enim edidimus nunc ex MSS. ubi vulgo edunt *Cassiterides.* Haec quum nuper annotaverim; nunc confirmor non temerè in hoc loco me suspicatum aliquid fuisse: nam ex MS. Mediolanensi prorsus notavit Frater *Seras*, ut omnino sic edi oportuerit. Certè quum libro III. cap. 1. in fine edunt *per Autrigones & Origeviones*, aliena edunt, non Pomponiana: nam Pomponii exemplaria vetusta legunt *per Auariginos & Orgenomes.* GRONOV.

22. *Spectant enim etiam meridiem Indi*] Lego, *Spectant enim & meridiem Indi*: ut infra: *Spectant & septentrionem Scythae.* PINTIAN.

23. *Nisi quod aestus*] Sic ait se fecisse Vossius, quum in omnibus scriptis legatur *quod.* Nescio equidem: nam in Cod. Gudiano, quem nos adhibuimus, erat, eadem scilicet nota, qua etiam lib. I. cap. 8. *quoad potest* exprimebatur. Eademque nota occurrebat in eodem Codice lib. I. cap. 12. *Tyros nunc annexa terris deficit q, ab impugnante quondam Alexandro jacta opera*; ubi alii expresserunt *quondam*, alii *quando*, alii *quod*, Vossius, sententiam Pintiani dividens, penitus ejicit incertissima & ancipiti, si qua ulla, medicina. Et sic lib. II. cap. 3. *Macedonum populique urbes.* Et notula involvi opinor voculam *qua*: quae optimè huc facit: & solet Mela nunc *qua*, nunc *ubi* ponere. Ut enim lib. II. cap. 1. *nisi qua vident etiam ora vestiti*: sic infra lib. III. cap. 7. *Nisi ubi magis quam ut habitetur exaestuat.* At vero lib. II. cap. 1. clarè idem Codex efferebat *quod Satarchae & Taurici tenent.* unde Vossius verbum postremum expellit fide librorum, quos adhibuisse dicit: at certe in tribus exstare scio. Videbis easdem haesitationes librorum veterum in epistola Ciceronis 2. lib. III. ex Notis Gebhardi. GRONOV.

24. *Ariadne, deinde Aria, & Cedrosis*] Scribendum *Ariane, deinde Aria, & Gedrosis*, ex Strabone, Plinio, Stephano, cujus illa quoque verba sunt: Quoties, inquit, per C scriptum est *Cedrosis*, mendosus Codex est. BARBARUS. Fortè *Carmania* leg. ex Pomponio lib. III. cap. 8. In *Caspiani* nihil demuto. SCHOTT.

25. *Indis proxima est Ariane, deinde Aria*] Sic primus conjecit Hermolaus Barbarus ex vulgato *Ariadne*, eademque Ariane valde occupavit animum Vossii nuper, ut non hic modò in ea disputet, sed infra quoque, ubi Arsiacen fluvium nominat Mela, testetur Auctorem de Ariane agere provincia Indo contigua. Accipio reli-

[26] deinde Aria, & Cedrosis, & [27] Persis ad sinum Persicum. Hunc populi Persarum ambiunt, illum alterum Arabes. Ab his, [28] quod in Africam restat, Aethiopum est. [29] Illic Caspiani Scythis proximi sinum Caspium cingunt. Ultra

qua; immo omnia hactenus. Sed quo pacto probabitur, ullam talem Arianen agnosci ab Mela? an utique Mela mentem intentam habuit Asiae, prout fuit sub Alexandro & ducibus ejus, & aliquam maximam Arianen finxit, quae contineret Gedrosiam quoque, Drangianam & Carmaniam? ut scribit ac profert Vossius. Planè non capio, & prorsus se opponit Auctori nostro, qui Gedrosin omnino ab ea alienam nominat, sic ut vel partem parvam ejus sub illa comprehendisse Auctorem probari nequeat. Et profectò nimium est, statuere Indis proximam esse Arianen in littorali tractu. Sed & deinde ab tribus MSS. scio confirmari vulgatum *Ariadne*, cui nunc accedit testimonium MS. Mediol. quum in Juntina editione exstaret *Ariacne*; an licebit litteram ita confirmatam à continua Scribarum manu vilipendere? adeone ista grandis *Ariane* ignota fuit Librariis, ut quasi constituto omnes in ea peccare maluerint inserta littera *d*, quam in τῶ *Aria*? Immo quomodo *Gedrosis* vel tota vel non tota credi posset comprehensa fuisse sub *Ariane* in hoc loco apud Auctorem nostrum, qui inter *Arianen* & *Gedrosin* ponit mediam Ariam? Certè si Pomponius *Arianen* aliquam concepit tam grandem, ut putant; non necesse habuit infra dicere ad Meridiem easdem gentes interiora & littora tenere, sed eandem modo gentem. Quin ego non dubito quin Auctor scripserit *Arbiane*. Arbiane regio finitima Indi ripae occidentali ad mare, dicta ab Arbiis populo notissimo & in *Historia Alexandrina* Arriani, & aliis tam Historicis quam Geographis. Hanc reor satis à me contra pertinax Vossii caput defensam, & ideo reposui. IDEM.

26. *Deinde Aria, & Gedrosis*] Strabo, Ptolemaeus, Stephanus, Plinius *Gedrosia* enuntiant, non *Gedrosis*: unde gentile nomen *Gedrosii* Stephano. Ut corrigendus sit Plinii Codex, in quo *Gedrosi* ferè semper pro *Gedrosii* scriptum est. Reprehenditurque Dionysius Byzantius à Stephano, quod *Gedrosos* appellet, non *Gedrosios*. Strabo aliquando *Gedrosenos* vocat, sed dubito, an sit vitio exemplaris. Arrianus Historicus *Gedrosios* semper. Dicuntur etiam per *C* & duplex *SS Cedrossi* Stephano. PINTIAN.

27. *Persius*] Retinet nomen, cujus dominus est Sophus. OLIVAR.

28. *Quod in Africam*] Intellige Meridiem versus: nam Septentrionem versus Aegyptus est. IDEM.

29. *Illic Caspiani Scythis proximi*] Etsi non me fugit à *Caspia* deduci posse *Caspiani*, ut à *Cardia*, *Cardiani*, auctore Stephano; malo tamen hîc legere *Caspii* quam *Caspiani*: ex Strabone, Ptolemaeo, Stephano, Plinio. Item ipso Pomponio infra in tertio: *Intus*, inquit, *sunt ad Caspium sinum Caspii*. Nec fuerit alienum admonere, duplices esse *Caspios* Straboni in Selectis: quosdam magis occidentales Caduśiis, prope mare ab ipsis cognominatum Caspium & Cambysen fluvium; alios verò Parthis vicinos, quorum sint

Caspiae

Ultrà [30] Amazones, ultraque eas [31] Hyperborei esse memorantur. Interiora terrarum multae variaeque gentes habitant; [32] Gandari & Pariani, & [33] Bactri, Sugdiani, Harmatotrophi, Comarae, Co-

Caspiae portae. PINTIAN.

30. *Amazones, ultraque eas Hyperborei*] Sic enim veram sedem inclitis his feminis attribuit, certè quam docta & melior Vetustas agnovit, ut in fine hujus libri eadem repetat. Et huic convenit, quod exstat inter *Fragmenta* Sallustii: *Dein campi Themiscyrii; quos habuere Amazones à Tanai flumine incertum quamobrem digressae.* GRONOV.

31. *Hyperborei*] Scythae sunt & Tartari: sunt tamen qui dicant eos Europaeos esse. OLIVAR.

32. *Candari & Pariani*] Herodotus *Paricani*. BARB. Scribo *Gandarae*. *Paricani* ex Stephano & Plinio. *Gandaros* Plinius nominat. Stephanus *Gandros*. Hecataeus eodem auctore *Gandaras*. Sunt & *Gandarae* Ptolemaeo Indiae populi. PINTIAN.

Candari] Retineo hanc lectionem, ex Ptolemaeo lib. VII. in regione *Sogdiana*. SCHOTT.

Gandari] Sic edidi, non *Candari*, ut antehac, quum in duobus MSS. sic ipse reperissem, & L. Holstenius idem de alio MS. testetur in Annotationibus ad Ortelium pag. 39. Et tale quid jam voluit Pintianus: cui cur non paruit Vossius. GRONOV.

33. *Bactri, Susiani*] Lege *Sogdiani*: *Susiani* enim ad Persicum sinum porriguntur. Hic verò mediterraneae gentes enumerantur. Bactri & Pharmacotrophi Scythicae gentes sunt, à quibus longissimè Susiani absunt. Monuit hoc Josias Simlerus in Aethicum Cosmographum nuper P. Pithoei V. C. beneficio editum. SCHOTT. Sine ulla auctoritate nuper hic editum *Bactri & Sugdiani*; nos copulam temerè insultam induximus, quam alii MSS. habent, transpositam ante nomen *Bactri*. Nam quod praecedit *Gandari & Pariani*, hi primi bini non dant exemplum secundis, & plane ut nos censuimus, agit mox Mela *Lycia & Pamphylia, Caria, Ionia, Aeolis*, ubi scimus, quid de copulativa notent viri docti. Florus lib. IV. cap. 2. *Thraciae, Cappadociaeque, Ciliciae, Macedoniae, Graeciae, Aetoliae* &c. Antonin. Liberal. cap. 7. υἱοὶ μὲν Ἐρεσθεὺς καὶ Ἀιθ[illegible], Σχοινεὺς, Ἀχαι[illegible]. Similiter ludunt in editionibus, lib. I. cap. 2. ubi edunt: *Abydos & Lampsacum, Parion & Priapos*. Non secus ac paria quaedam composuisset Auctor, quum in MS. clarè viderim illic ter copulam repetitam, etiam Frater in MS. Mediolanensi, & in editione Juntina sic exstet, quod & nos nunc secuti sumus. Contra ejusdem libri capite 19. Vossius correxit edidítque, *& ideo Amazonium vocant*, sed nos in neutro MS. reperientes copulam, delendam rursus censemus, quum nihil prosit, etiam absit à MS. Mediolan. & editione Juntae. In quo quum sic agimus, malumus exsecrantes Vossianum [illegible] in nugis, sequi curam exactam Rhenani in Tacito lib. IV. *Hist.* cap. 78. supplentis, *Tutor & Classicus & Civilis*, Holstenii in Stephano v. Ἄγυε. Salmasii ad eundem in v. Τρεμίλαι. Quod ad *Sugdianos* attinet, equidem nescio an Vossius sic se reposuisse secutum vestigia veterum Codicum debeat scribere, & nos verius vestigia Josiae Simleri, rela-

54[34] Comani, [35] Paropaniſii, [36] Dahae, [37] ſuper Scythas, Scytharumque deſerta. At ſuper Caſpium ſinum, Chomari, Maſſagetae, Caduſii, Hyrcani, Iberi. Super Amazo-

ta ab And. Schotto, à quo ſic hunc locum reſtitutum eſſe in Notis hic teſtatur. Sed Graeca iſta appellatio, *Harmatotrophi*, merè Voſſiana, meliorem forſan ſpeciem praeferens, quam aliorum *Pharmacotrophi*, aut *Pharmacatrophi*, ſed nil niſi ex caligine Lectorem demittens in tenebras, acerba tamen & importuna eſt inter meras Scythicas, praeſertim quum libri veteres omnes diſtincte innuant duas gentes indicatas à Pomponio fuiſſe *Fariani*, *Cotrophi*, vel *Faxiani*, *Cotophi*. In quorum poſtremis litteris confuſis videtur latere *Tochari*, vel *Tocharii*, ſicut in prioribus gens *Phruni*, quos jungit etiam Dionyſius in *Periegeſi:* aut ſi placet inhaerere litterae *a* illic ſatis notabili, proximè recedunt *Parymae* ab Juſtino memorati lib. XII. cap. 5. GRONOV.

34. *Coamani*, *Rophanes*] Legendum fortè non *Rophanes*, ſed *Ochani*, ex Plinio lib. VI. cap. 16. ubi *Ochanos* refert cum Pharmacotrophis, Bomareis, Coamanis, & aliis, quorum hic mentio. PINTIAN.

35. *Paropaniſii*, *Dahae*] Ita ſuſtinuit facere Voſſius, quum in omnibus ferè, quos viderit, antiquis Codicibus ſcriberetur *Ropanes*, in optimo *Ropanis*, in editis *Rophanes*, idque ſperat neminem reprehenſurum. At quomodo quisquam probabit? An ab Oriente procedens per Indiae Scythis vicinae gentes Paropaniſios numerabit ante Dahas? Non poteſt probari, licet reprehenſionem lucretur. Eſt utique, teſte Stephano, Ῥαγάη πόλις ἐν τῇ Ἰνδικῇ. Hujus cives & accolae Ῥαγανῖς, quos videtur innuere Auctor. GRONOV.

36. *Dache*] Scribo *Dahae:* Plinius & Silius. BARBARUS.

Dahae. Super Scythas] Sic interpunge, *Dahae ſuper Scythas, Scytharumque deſerta. At ſuper Caſpium ſinum* &c. SCHOTT.

37. *Super Scythas, Scytharumque deſerta, ac ſuper Caſpium ſinum*] Scribendum cum minore littera, *ſuper Scythas, Scytharumque deſerta*, & conjunctim cum ſuperioribus. Quae autem ſtatim ſequuntur, adjuncta praecedentibus & cum majore littera, ut inchoent novum ſenſum, ſic legito: *At ſuper Caſpium ſinum*, & reliqua: ut ſingula referas ad ſingula. Ad Scythas, Scytharumque deſerta, Gandaras, Paricanos & reliquos, quos ſubtexit. Ad Caſpium ſinum, Comaros, Maſſagetas, Caduſios & alios. Ad Amazonas autem & Hyperboreos, Scythas, Cimmerios, Heniochos, &c. Libuit etiam addere uſum duarum in Pomponio vocum, *ſuper*, & *ultra:* quam video ignorari à pleriſque etiam eorum, qui ſe pro doctis gerunt. Nam cùm ab exterioribus gentibus locisve Oceano finitimis, procedit ad interiora, ſuper exteriores gentes poſitas eſſe ait interiores. Cùm verò contrario ab interioribus ad exteriora, ultra interiores ait eſſe exteriores. Non tamen hoc ita perpetuum eſt, ut non aliquando ſecus cadat. Nihil enim ſine exceptione; ſed ferè hoc obſervat Pomponius. Exemplum & hic habes & in his quae ſequuntur paſſim occurrent. PINTIAN.

38. *Ciſ-*

zonas & Hyperboreos, Cimmerii, [38] Ciſſi, [39] Heniochoe, Georgi, Moſchi, [40] Cercetae, [41] Toretae, Arimphaei: atque ubi in Noſtra maria

38. *Ciſſianti*] Ad locum Plinii, quem citavit Voſſius, ita indicem hunc Melae citat viciſſim Harduinus. Sed haereo, an Voſſius, dum citat Fratrem, id non faciat ex animo non agnoſcente ſe auctorem, quum forſan Romae id didicerit ex Holſtenio, qui exemplar Theſauri Orteliani ſic conſcriptum habebat, niſi quod ſcripſerat, *Ciſſianthi*. Gronov.

39. *Antioche georgili*] Arbitror ſcribendum, vel *Eniochae Georgi*, ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio: vel *Antacci*, ab amne dicti, vel *Achei*, iisdem ferè auctoribus, vel *Axiacae georgi*. Pomponius ſecundo libro, *Colunt*, inquit, *Georgi, exercentque agros. Axiacae furari quid ſit ignorant:* & ii à fluvio nomen habent. Plinio, Ptolemaeo, ceteris. Barbarus.

40. *Corſitae, Phoriſiae, Riphaces*] Expenſis ſyllabatim dictionibus puto legendum, *Cercetae, Coraxi, Phthirophagi:* ex Geographis omnibus gregatim & ipſo praecipuè Pomponio in fine hujus primi voluminis; & paulo ante: *Cimmerii, Scythae, Heniochi, Georgi*, legendum eſt ordine inverſo, *Scythae, Cimmerii, Heniochi, Georgi*, ex Plinio lib. VI. cap. 13. *Ultra eos*, inquit, *plane jam Scythae, Cimmerii, Ciſianthi, Georgi*, &c. & Strabo Cimmerios à Scythis ſedibus ſuis pulſos tradit, & Scythas à Graecis. Pintian.

41. *Pterophoritae, Riphaees:*] Hic fuit ille infauſtus linguae Graecae ſimul & Latinae Iſaaci Voſſii genius, ut nihil penſi habens & corruptus ab blandis hominibus effunderet, quidquid vellet. Nam quis non his *Pterophoritis* applauſit? quoties ſtudioſis explanati & commendati ſunt? Quid autem illis alienius & perverſius? An quia fuit & regio Cinnamophoros, inde & incolae reperiuntur dicti Cinnamophoritae? Imo licet id eſſet, (quippe futurum excuſabile) hic nemo talis dici aut ſupponi poſſet, quia nec alii poterant accedere, nec ab ullis hominibus poterat incoli. Ipſe Mela dicit Rhipaeos tantùm montes eſſe, proxima per nives invia, tum adhuc regionem inhabitabilem; denique primos hominum Scythas. Non aliter in principio libri ſecundi. Quos fingemus igitur *Pterophoritas*, tanquam incolas regionis continuis nivibus obtectae? Quis autem ullus ab verbo φίρω finxit tale ſubſtantivum? An dicuntur Μελανοφόριται? Paſſim audio μελανεφόρος, στεφανοφόρος, κισσοφόρος, δενδροφόρος, φασφόρος, τελεσφόρος. Haec una vulpecula ſic audet inſultare Melae & humano generi, quum *Phoriſiae* aut *Phorſitae* legatur in omnibus libris. Id ſi ab nivibus voluit nominatum, cur non ex Ammiano petiti fuerunt *Chionitae* ἀπὸ χιόνος. Sed nugatorium eſt cogitare de incolis regionis Pterophorae vel Chionophorae. Scribit Stephanus: Ποτὲ δὲ καὶ Ταρυνίται, εἰσὶ, καὶ Ταρυναῖοι, ἔθνος Πτεροφορέων, παρ' οἷς οἱ γρύπες τὸ χρυσὸν φυλάσσουσιν. ὡς Ἡρόκλης ἐν τοῖς Φιλίσοφοις. Vide, an tale quid lateat. Certè iſta Voſſiana natio eſt imaginaria, nec aliud niſi cum ipſa auctoris & procreatoris

ria tractus excedit, [42] Matiani, Tibarani: & notiora

memoria meretur mitti in istud ἱρ. ὧδις ὕδωρ. GRONOV.

42. *Mardi*, *Antibarani*] Aldus, *Mario Antibarani*. Scribo *Macrones*, *Tibarani*, ex Strabone, Stephano, Plinio, Herodoto, Xenophonte, Dionysio Periegete, Marciano, Marcellino, Apollonio Rhodio, Valerio Flacco, & omnibus ferè Graecis ac Latinis non Geographis modo, sed Historicis etiam ac Poëtis, qui de Boreali Asiae plaga prodiderunt. Semper enim *Macronas*, *Tibaranos*, & *Mosynoecos*, ut finitimos inter se conjungunt. Nec me fugiunt, quae de Mardis Plinius & alii tradunt. *Macronas* Apollonius lib. I. *Argonaut*. *Macrieas* appellat, sic dictos, ut ejus Enarratores exponunt, quod sint coloni Euboeensium. Euboea enim *Macris* alio nomine dicta est, quod sit longa & toti praetenta Boeotiae, ut secundo volumine refert Pomponius. Hi postea *Sanni* dicti, ii quid Strabo & Stephanus veri crepant. Nam Xenophon lib. IV. fin. & lib. V. init. de Cyri adscensu *Macronas* alios à *Saunis* facit: quos *Drilas* ipse nominat, referente Arriano in *Periplo Ponti Euxini*. Sed & ipse Arrianus *Sanos* distinguit à Macronibus, quos tamen ipse non *Macronas*, sed *Machelonas* appellat. Plinius quoque Xenophonti & Arriano subscribit lib. VI. At *Tibarani* etiam *Tibareni* & quidem frequentius dicuntur. Orpheus in *Argonauticis Stybarenos* vocat. PINTIAN. Nihil muto, Herodoti *Thalia* auctoritatem secutus SCHOTT.

Mantiani, *Tibarani*] Vix scio, qui liqueat ex Herodoto vicinos hos fuisse populos, quod affirmat Vossius, quum Herodotus bis nominet Τιβαρηνὲς, & nusquam cum Mantianis jungat, sed cum Moschis, Macronibus & Mosynoecis. Deinde monet eos Mantianos hic intelligendos, quos ad dextram Halyos ripam ponit Herodotus. Quaeso, an jam ad Helyn usque pervenit recensendo gentes illas ex Oriente versus Occidentem sitas? Utique nondum ad Armenios pervenit. Insuper sanè *Amardi* non sunt notioris nominis, quam *Tibarani*; & cur hi nunc ita appellantur, quum lib. I. cap. 19. vocentur *Tibareni*, ubi locat inter Chalybas & Mosynoecos? à quo non alienus Stephanus scribit, Τιβαρηνία, χώρα πρὸς τῷ Πόντῳ, πρόσοικος Χάλυψι καὶ Μοσυνοίκοις; qui & ipse in v. Βόσπορος novit, etsi in loco dubio, Τιβαρωνὲς & Τιβαρηνός. Apparet aliud latere. Nempe quum in MSS. legatur *Mathi antibarani*, vel *Mathi anthibarani*, in Mediolanensi *Mati antibarani*, quum Juntina dedisset *Mari*, *Antibarani*, inde videmus primam litteram *t* in restitutione addi. Id temerè fieri censemus, quum litterarum numerus ac forma doceat hic lectum fuisse *Ibarani*. Quod verum est, sed in eo prima littera degeneravit ex O. Aut scripsit enim Mela *Obarani*, aut sub τῷ *Ibarani* intelligi voluit Stephanus, Ὠβαρηνοὶ, μέρος Ἀρμενίας, planè ut de Amardis ex Ptolemaeo statuit Vossius, quos tamen nescio qui ille è veteribus libris restituisse se dicat, quum nemo in istis aliter legi fateatur, quam in vulgatis *Medi*, qui sanè propius accedunt ad Otenos, quos à Quadrato jungi Obarenis illic testatur Stephanus. Sed ruit in his omnibus Vossius aequali ausu, quo sustinuit impingere contextui Auctoris *Mariandyni* pro vulgato *Murrani*. Quo-

tiora jam nomina, Medi, [43] Armenii, Commageni, [44] Mariandyni, Veneti, [45] Cappadoces, Gallograeci, Lycaones, Phryges, Pisidae, I-55 | sauri,

Quomodo si scripsit Auctor, quid illo inordinatius fieri potuit, ut & tam maturè ponat Mariandynos, & Bithynos, quos infra cum his conjungit, nunc omittat? Conjunxerint etiam alii Mariandynos cum Venetis, quod fieri potest ob varias causas. At nunc Mela in recensendis nationibus versatur adhuc extra Halyn amnem. Itaque credibile id profectò esse cuiquam nequit, & plane mihi imaginor, quum notissimi sint Mariandyni, neminem priorem editorum tale quid proferre voluisse, quia nimis absurdum videbatur, & infra lib. II. cap. 7. rectè nominantur & collocantur, aequè ut hoc libro cap. 19. neque talis ordo cuiquam in mentem venire poterat, qualis nunc occurrit, ut Mariandyni sequantur Commagenos, illos Veneti, tum Cappadoces, & Gallograeci? Immo & Gallograeci hi sunt ficti falsique, quum nullus MS. Codex ex posteriore voce plus agnoscat quam τὸ *Graeci*, unde illi ab Hermolao fabricati & mira libidinis constantia ab omnibus deinde adsciti. Itane grassari oportet in alienis scriptis? Equidem quid de τῷ *Murrani* statuere me oporteat, haereo: hactenus tamen certus, ut quum portionem Armeniae Μυρτανὴν vocari ab Ptolemaeo sciverit notaveritque Vossius ipse, hanc rectius in Mela intelligi convenire, quam Vossianos *Mariandynos*. Etiam Strabo lib. XI. pag. 531. scribit, Θρακῶν τινας οἰκῆσαι ὑπὲρ τῆς Ἀρμενίας, πλησίον Γερανίων καὶ Μήδων. Certè hi *Guranii* accedunt prope ad Pomponii *Murranos*, quos ideo ex contextu ejus non amovi. Deinde potius erit, ut vel retineatur vetusta lectio, vel, si ita placet, scribamus *Veneti*, *Cappadoces*, *Pterii*, &c. *Pteria* enim tum regio fuit, tum urbs vel prope vel inter Cappadocas, ut clarè colligi potest ex Herodoti notissimo loco, lib. I. cap. 76. & quidem prima ab Haly accedentibus. GRONOV.

43. *Armenii*, *Comageni*] Scribendum cum duobus *m m*, *Commageni* ex Strabone & Ptolemaeo. PINTIAN.

44. *Myrrani*, *Vegeti*] Loco illius *Murrani* posset non absurdè substitui *Morimeni*. Est enim *Morimena* praefectura Cappadociae Straboni lib. XII. quam unà cum Lycaonia memorat, de qua mox paulò Mela. Posset autem pro *Vegeti*, *Eneti* legi, qui sunt Paphlagoniae populi, ab Homero & omnibus ferè Geographis nobilitati, à quibus Veneti Adriatici sinus fluxisse creduntur. Sed super omnia sedet, duas has voces barbaras plane esse, & ex illarum numero, quae non paucae huic operi irrepserunt, temeritate quorundam, qui nihil pensi habentes, ineptias suas pro glossematis bonis Auctoribus affingunt: Itemque Librariorum ignorantia, qui eas statim Auctoris lectioni inferunt. Cujus notae sunt, in Gallia, *Elusaberris*; in Thracia, *Tritonice*; in Scythia, *Terrestria*, *Sexolitae*; in Lesbo, *Cirava*; in Oceano Septentrionali, *Satmali*; & alia his comparia monstra, quae propriis locis aestimabuntur. IDEM.

45. *Cappadoces*, *Graeci*] Legendum non *Graeci*, sed *Galli-graeci*, hoc est, Galatae. BARB.

ſauri, Lydi, Syrocilices. [46] Rurſus ex his quae meridiem ſpectant, [47] eaedemque gentes interiora litore tenent usque ad ſinum Perſicum. [48] Super hunc

64. *Rurſus ex his quae Meridiem ſpectant, eaedem gentes interiora littora tenent*] Quoniam haec verba negotium multis exhibent, libuit nonnihil eis lucis afferenti admonere Lectorem, pronomen illud, *eaedem*, antedictos populos referre, *Indos*, *Arianos*, *Arios Gedroſios*, *Perſas*. Ordinem vero in recenſendis Aſiae gentibus hunc obſervaſſe Melam. Differuit de ora Aſiae Orientali & ejus habitatoribus: Deinde de Meridiana, & Septentrionali. Reliquum videbatur monſtrare, à quibus interiora incolerentur. Incipiens igitur à Septentrione dixit habitari à multis variisque gentibus, Gandaris, Paricanis, &c. Poſtea verſus ad Meridiem, exponensque à quibus mediterranea tenerentur, ait easdem gentes incolere interiora, quas non multo antè dixerat tenere oram, hoc eſt, *Indos*, *Arianos*, *Arios*, *Perſas*, *Arabas* usque ad ſinum Perſicum: quem veluti umbilicum facit in hoc gentium Aſiae tractu. Exiſtimo itaque verbum illud *litora* adulterinum eſſe: aut ſi mavis, legatur *interiora litorum*, ſicut paulò antè *interiora terrarum* dixerat. Locus ſit aeſtimationi. PINTIAN. Tò *litora* obelo fodi, quòd gloſſam oleret. SCHOTT.

47. *Eaedem gentes* &c.] Quae multa dicit Voſſius ad conſiderandum modum deſcribendae Aſiae ab Mela habitum, non ſunt alia, quam quae attulit Pintianus, & afferre poſſet unusquisque. Sed oro, quid vult, quum ſcribit Melam nunc dicere gentes illas ſupra memoratas Meridiem verſus, Arianos nempe & Gedroſos, tam vaſtas eſſe, ut non littora & oras tantùm occupent, ſed etiam interiora terrarum teneant. An nullus ergo locus Ariis? nullus Perſis? quos antea ſimul junxit? Immo cur non indicavit in ſuis MSS. aliter legi, ſicut legi ſcio in tribus & editione Juntina *eae denique gentes*. Imo ubi dixit Mela Indos, Seras & Scythas poſſidere totum Aſiae tractum orientalem? Indos & Scythas latè patere dixit: Seribus nihil niſi media fermè Eoae partis attribuit, ut vix ad Gangen pertinuerint, quum tamen latè patens verſus Occidentem India fuerit, ut docet lib. III. cap. 7. non procul ab principio. Sunt omnia perturbata. Scripſit Mela, *Rurſus ex iis*, *quae Meridiem ſpectant*, *Eoae Indaeque gentes interiora*. Indiam mediterraneam, ſed vergentem ad Meridiem dicit tenuiſſe illas gentes, quas propriis appellationibus deſignare non poterat, nec tamen aliunde illuc intraſſe ut colonias audierat, Eoas à tergo Serum jacentes, & alias Indas ab poſtico littoralium Indorum poſitas. Tu, cui copia eſt, vide quaeſo, an non MSS. ſic habeant. Certe lib. III. cap. 9. pro illis *ad eoa*, editiones *ad ea* habebant. GRONOV.

48. *Super hunc ſunt Parthi & Aſſyrii*, *ſuper illum alterum Babylonii*, *& ſuper Aethiopas*, *Aegyptii ripis Nili*, &c.] Super ſinum Arabicum eſſe Babylonios falſum propalam eſt, vel unica Strabonis auctoritate, ut ceteri in re comperta omittantur. Is in lib. III. *Geograph. Deinceps*, inquit, *ſunt mare verſus quidem Perſae*, *& Suſii*, *& Babylonii*, *deſcendentes ad mare Perſicum*. Quapropter ne cogamur Pomponium in jus vocare, reſtituenda ſunt in

hunc sunt [49] Parthi, & Assyrii: super illum alterum Babylonii, [50] & super Aethiopas Aegyptii. [51] Ripis Nili amnis & mari proxima iidem Aegyptii possident. Deinde Arabia angusta fronte sequentia litora attingit. Ab ea usque ad flexum illum, quem supra retulimus, Syria; & in ipso flexu, Cilicia: extra autem, Lycia & Pamphylia, [52] Caria, Ionia, Aeolis, Troas usque ad Hellespontum. Ab eo Bithyni sunt ad Thracium Bosporum. Circa Pontum aliquot populi, alio alioque fine, [53] uno omnes nomine Pon-

in pristinum situm verba, tum luxato & praeposteró ordine scripta, tum etiam corrupta. Lego igitur sic: *Super hunc sunt Parthi, Assyrii, & Babylonii: super illum alterum & super Aethiopas, Aegyptii. Ripis Nili amnis & mari proximis iidem Aegyptii possident*, &c. ex omnibus Geographis & Historicis: & ex ipso Pomponio, qui de sinu Persico loquens lib. III. *In parte*, inquit, *quae pelagi ostio adversa est, Babyloniorum fines Chaldaeorumque sunt, & duo clari amnes Tigris & Euphrates.* Pintian.

49. *Parthi*] Parthi & Assyrii sub ditione Sophi Regis. Olivar.

50. *Et super Aethiopes*] *Babylonii* ad superiora transtulimus, & *Arabes* in ejus locum subjecimus. Paulò aliter igitur locum concepimus, atque in *Retractationibus* Pintianus. Schott.

51. *Ripis Nili amnis & mari proxima*] Itane? Aegyptii modo possident proxima ripis Nili, non ipsas ripas? Voces enim, quibus sua conscripsit Auctor, arctissimè consideravit, & quae sunt ripis proxima exponit clarius lib. I. cap. 19. *Ripis ejus Sauromatae & ripis haerentia possident.* Ripis haerentia & ripis proxima sunt eadem. Id de Aegyptiis dici nequit, quorum omnino medius est Nilus. Hoc vitium lectionis jam olim deprehendit Pintianus, unde is in *Retractationibus* tentabat, *Ripis Nili amnis & mari proximis* (male enim in editione Schotti *proximus*) *iidem Aegyptii possident.* Sed non sic loquitur Pomponius. Propius ad verum est, quod in MSS. tribus exstare scio, *ripis Nili amnis & mari proximo*, ut *possidere* construatur tanquam neutrum, quod solent facere in verbo *colere* & *incolere.* Aut hoc igitur retineo, aut ex similitudine loci citati videtur corrigendum *ripas Nili amnis & mari proxima.* Gronov.

52. *Caria*] Ab ea usque ad Bithyniam regio Asia Minor, dicitur, nunc Anatolia & Turgiva. Olivar.

53. *Omnes uno nomine Pontici dicuntur*] Plane non egemus verbo postremo, quod à tribus MSS. abesse scio. Immo non est Melae. Itaque quum & Vossius coire mecum in hoc testimonium compulsus sit, delevi verbum istud. & laudi Vossianae, quam ut proferret gaudeo me coëgisse, id dedi, ut vulgatum quoque ordinem mutarem, ex indicio etiam Mediolanensis libri, ut lib. II. cap. 2. *aliis aliisque praediti & nominibus & moribus.* Gronov.

54. *Sau-*

Pontici. Ad lacum, Maeotici: ad Tanain, [54] Sauromatae.

54. *Sauromatae*] Sarmatae Asiatici, inter quos sunt Magni Bulgari. OLIVAR.

CAP. III.

Brevis EUROPAE descriptio.

EUROPA terminos habet, ab oriente [1] Tanaîn & Maeotida & Pontum; à meridie reliqua Nostri maris; ab occidente Atlanticum; à septentrione Britannicum Oceanum. Ora ejus [2] forma litorum à Tanai ad Hellespontum, quâ ripa est dicti amnis, [3] quâ flexum paludis ad Pontum redigit, [4] quâ Propontidi & Hellesponto latere adjacet, contrariis litoribus Asiae non oppositа modò, verùm etiam similis est. Inde ad Fretum, [5] nunc vastè retracta, nunc [6] prominens, tres maximos sinus efficit, totidemque in altum se magnis frontibus evehit. Extra Fretum ad occidentem inaequalis admodum, [7] praecipuè media, pro-

1. *Tanain*] Nunc *Tana* dicitur. OLIVAR.

2. *Forma littorum*] A Glossa est, ideoque ὁρισμός. SCHOTT.

3. *Qua flexum paludis ad Bosporum redigit*] Aldus, *qua flexum paludis ad Ponticum redigit*. Lego, *ad Ponti os redigit*. Appellat enim *Ponti os* Bosporum Cimmerium. Sic supra, *& paludi ceterum exiguo ore conjungitur*. PINTIAN.

4. *Qua Ponto, Propontidi, & Hellesponto latere adjacet*] Lego *objacet* non *adjacet* ex familiari loquendi modo Pomponii, ut ex sequentibus constabit. *Latere* autem, quia latera sunt illa Europae, quibus Asiae obtenditur. De frontibus paulò pòst. IDEM. Malim *objacet*, ut & cap. 12. SCHOTT.

5. *Nunc vastè retracta*] Ad sinum Aegaeum, Adriaticum & ad Thuscum refertur. OLIVAR.

6. *Prominens*] In Peloponneso, & promontorio Calabriae. IDEM.

7. *Praecipuè media*] Versus Pyrenaeos, ad fontem Rabiam. IDEM.

Praecipuè media, qua procurrit ad

procurrit ad septentrionem, nisi [8] ubi semel [9] iterumque grandi recessu [10] abducitur, penè ut [11] directo limite extenta est. Mare, quod primo sinu accipit, [12] Aegaeum dicitur: quod [13] sequenti, in ore, Ionium; Adriaticum, interius: quod ultimo, [14] nos Tuscum. [15] Graii Tyrrhenum perhibent. [16] Gentium prima est Scy-

ad Septentrionem: nisi &c.] Cur sic placuerit postremis & nonnullis priorum distinguere, causa nulla est. Et sanè qua procurrit ad Septentrionem, non est inaequalis. Itaque Auctor, quum lib. III. cap. 2. in ora exteriore Galliae considerarat partes ultra Garumnam, ait, *Tunc ad Septentriones conversa iterum longo rectoque tractu ad ripas Rheni amnis expanditur*. nec post ea quidquam inaequale praeter sinum Codanum amplius memorat ad ultima Europae. Distinguendum est, *inaequalis admodum, praecipuè media.* (nempe circa confinia Galliae & Hispaniae, ubi agnoscit Pomponius ultima versus Occidentem) *Qua procurrit ad Septentrionem, nisi ubi semel iterumque*, &c. Hanc, quum verissima sit, & vellet eam Vossius ab se inventam esse, in contextu observavi. Sed estne quid amplius: Immo animadverto in tribus MSS. non exstare voculam *qua;* nec dubito, quin eadem ab pluribus absit. Et sanè illa prorsus non videtur esse Auctoris. Vide enim, quam leniter procedat haec descriptio: *inaequalis admodum. praecipuè media, procurrit. Ad Septentrionem, nisi ubi semel iterumque grandi recessu abducitur, penè ut directo limite extenta est.* GRONOV.

8. *Ubi semel*] Apud fontem Rabiam. OLIVAR.

9 *Iterumque*] In Germaniam. Pomponius reliquit sinum Danorum. IDEM.

10 *Abducitur*] Dictio familiaris Melae: trahitur. IDEM.

11. *Directo limite*] Directo margine & littore: id est, perpetua est, nisi in fine Pyrenaeorum, & in Germania: nam tres sinus facit. IDEM.

12 *Aegaeum*] Dictum auctore Varrone ab hinnulis, quòd in eo mari scopuli à similitudine caprarum, αἶγες vocantur. IDEM.

13. *Sequenti in ore*]. *Os* appellat, & non sinum Corinthiacum; quanquam revera sinus est. Mare Aegaeum protenditur ab Hellesponto usque ad sinum Megaricum, sin Peloponneso: à sinu vero Megarico usque ad os sinus Adriatici, Ionium. Mare Aegaeum nunc dicitur *Archipelago:* nam complectitur Syriacum, quod nunc est *El mar de Suria*: Mare Adriaticum ab Adria oppido dictum jam non exstat: erat enim prope Venetias; nunc hoc mare dicitur *La Canal de Venecia.* IDEM.

14. *Nos Thuscum, quod Graii Tyrrhenum perhibent.*] Demendum est verbum *quod.* PINTIAN.

15. *Graii Tyrrhenum*] MSS. duo *Tyrrhenicum.* GRONOV.

16. *Gentium prima est Scythia, alia quam dicta est, à Tanai in media fermè Pontici lateris. Hinc in Aegaei partem pertinens Thracia. Huic* &c.] Aliter distinguendum curavi, credens voluisse quoque distinguere Vossium, licet prout nunc citavi, haec pars in ejus editione digeratur. Nam ut per-

CACION PROVINCIAL DE MORE... GRANA...

[17] Scythia, alia quàm dicta est, [18] à Tanai in media ferme Pontici lateris; [19] hinc in Aegaei partem pertinens Thracia Macedoniae adjungitur. [20] Tum Graecia prominet, Aegaeumque ab Ionio mari dirimit. Adriatici latus [21] Illyris occupat. Inter ipsum Adriaticum & Tuscum Italia procurrit. [22] In Tusco intimo Gallia est, ultra Hispania. Haec in occidentem, [23] diuque etiam ad septentrionem, [24] diversis frontibus vergit. Deinde rursus Gallia est, longè & [25] à Nostris litoribus huc usque permissa. Ab ea Germani [26] ad Sarmatas porriguntur, illi ad Asiam.

pertinens dependet ab verbo praecedente *est*: alioqui dixisset Auctor *pertinet* aequè ac *adjungitur*. IDEM.

17. *Scythia*] Duplicem indicat Scythiam, sicut duplicem Sarmatiam: Scythiam Asiaticam, quae pars est Tartariae; & Europaeam, quae Hunnos, Moschobitas, Lituanos comprehendit. OLIVAR.

18. *A Tanai media*] Forte rectius *à Tanai ad media ferme* &c. SCHOTT.

19. *Hinc*] Hoc est, à medio latere Ponti usque ad Aegaei partem est Thracia: cujus metropolis est Constantinopolis, ubi mediterranei sunt Bulgarii & Valachi. IDEM.

Hinc in Aegaei partem continens, Thraciae ac Macedoniae adjungitur] Castigo, *Huic in Aegaeum mare continens Thracia: Huic Macedonia adjungitur*. Nam Scythiae conjungi Thraciam; Thraciae autem Macedoniam adeò notum, ut nullo egeat testimonio. PINTIAN. Pintianus *huic*: Edita lectio magis adblanditur. Interpunctione locum lanavi, adjutus etiam Pintiani ἐυστοχίᾳ. SCHOTT.

20. *Tum Graecia prominet*] Peloponnesum intelligit, nunc est *la Morea*. OLIVAR.

21. *Illyris*] Nunc *Sclavonia*. IDEM.

22. *In Thusco intimo Gallia*] Ita est, si nomine Galliae comprehenderis Cisalpinam & Transalpinam. IDEM.

23. *Denique etiam ad Septentrionem*] Scribendum. *Eademque etiam ad Septentrionem*. PINTIAN. Malim, *dehincque etiam*. SCHOTT.

24. *Diversis frontibus*] Primum Sacro promontorio, quod nunc dicitur *Cabo de San Vincente*. Deinde Nerio, quod nunc est *Finis-terrae* in Compostella. Tum Gobeo, in Britannia Minore: nunc est *Sanctus Matthaeus*. Postea Dacico, ubi sunt liberae civitates; quarum praecipua est Lubecum: dictae nunc *civitates Ostrelingorum*. OLIVAR.

25. *A nostris litoribus*] Id est, à litoribus Maris Mediterranei. IDEM.

26. *Ad Sarmatas*] Nunc *Polonos*, id est, usque ad Visulam amnem, distinguentem Sarmatiam à Germania. IDEM.

CAP.

CAP. IV.

Brevis AFRICAE descriptio.

AFRICA ab orientis parte [1] Nilo terminata, Pelago à ceteris, brevior est quidem quàm Europe, [2] quia [3] nec usquam Asiae, [4] & non totis hujus litoribus obtenditur; [5] longior tamen ipsa quàm latior, [6] & [7] quâ ad fluvium attingit, latissima. Utque inde procedit, [8] ita media prae-

1. *Nilo terminata*] Africam Catabathmo terminari auctor Herodotus Μελαμπύγη. Sallustius *Jugurth.* Strabo *Geograph.* ult. & Pomponius ipse infra cap. 8. Sed sunt, qui Nilum usque ad Catabathmon pertinere putent. Aliter vero Ptolemaeus lib. II. cap. I. Africam terminat. SCHOTT.

2. *Quia nec usquam Asiae*] Nusquam Asiae littoribus contrà tenditur Africa. OLIVAR.

3. *Nec usque Asiae, & non totis hujus litoribus obtenditur.*] Res digna spectatu, quam sibi potuerit blandiri Vossius. Rogat acriter, [Atqui cum ipse inquiat Africam Nilo terminari ab Asia, quî fieri potest, ut nusquam Asiae obtendatur?] Sed quis tamen inde exibit urceus? Nempe quia in omnibus libris manu exaratis ipse invenit *usquam*, idque ipse testatur, ideo scripsisse Melam *usque*. An potuit quidquam Ἀσιατικώτερον? Quasi τὸ *Asiae* illic usurparet Mela in tertio casu, ut imprudentissimè sibi fingit Vossius; & non secundo: cohaerent enim τὰ *Asiae litoribus*. Africa nusquam obtenditur Asiae litoribus; id verum est, sed tantum ripis ejus ad Nilum, Id in hac ipsa nota significavit Schottus: sed cujus hanc partem sapienti judicio scriptam praetermittit Vossius, laetus insultare parti posteriori, quam sanè omitti ab Schotto melius fuit, Et quaeso qui sustinerem illud *nec usquam* in Mela mutare, quem novimus sic repetere lib. III. cap. 3. *nusquam latè patet, nec usquam mari simile.* GRONOV.

4. *Et non totus*] Alii *totius*. Malim *totis*. Nusquam, inquit, obtenditur Asiae litoribus, nec totis litoribus Europae. Si enim lineam à Nilo in Septentrionem ducas, nusquam Asiae litora attinges; Europae tamen quaedam. SCHOTT.

5. *Longior tamen ipsa quàm latior*] Nil verius, si ad secula Pomponii referas, quibus Africa usque ad principium Aethiopiae solùm cognita erat. OLIVAR.

6. *Et qua ad fluvium attingit*] Videtur praepositio superfluere, ut non longè pòst, *peragratisque amnibus, quae mare attingunt*, & alibi: *Dictum est Atlanticum esse Oceanum, qui terras ab Occidente contingeret.* PINTIAN.

7. *Qua ad fluvium*] Nilum intellige. OLIVAR.

8. *Ita media praecipuè in juga*] A Numidia, quae sita est in media Africa, incipiunt exsurgere mon-

praecipuè in juga exsurgens, [9] pergit incurva ad occasum, [10] fastigatque se molliter: [11] & ideo ex spatio [12] paulatim [13] adductior, ubi finitur, ibi maximè angusta est. [14] Quantum incolitur, eximiè fertilis: verùm quòd pleraque ejus inculta, & aut arenis sterilibus obducta, aut [15] ob sitim caeli terrarumque deserta sunt, aut infestantur multo ac malefico genere animalium, vasta est magis quàm frequens. Mare, quo cingitur à septentrione, Libycum; à meridie, Aethiopicum; ab occidente, Atlanticum dicimus. In ea parte, quae Lybico adjacet, proxima Nilo provincia, quam [16] Cyrenas vocant: dein, cui totius regionis vocabulo cognomen inditum est, Afri-

montes; quanquam à Catabathmo usque ad fretum semper exsurgit Africa, praecipuè tamen in Numidia. IDEM.

9. *Pergit incurva*] Id est, nullos facit sinus: nisi voles Syrtes appellare sinus. IDEM.

10. *Fastigiatque se molliter*] Id est, erigitur, & contrahitur in cunei formam pedetentim. IDEM. Legendum, *fastigat*: neque enim *fastigiat* verbum Latinum est. PINTIAN.

11. *Et ideo ex spatio paulatim adductior*] Ex spatio, quasi vix scires cognoscere discrimen contractionis, nisi in magno spatio. OLIVAR.

12. *Paulatim adductior. Ubi finitur*, &c.] Non intelligo, cur ita placuerit Auctorem hunc secare in membra nimis tenuia. Nonne enim multo lenius cohaeret? *& ideo ex spatio paulatim adductior, ubi finitur, ibi maximè angusta est.* Sic sanè edidi. GRONOV.

13. *Adductior*] Contractior. OLIVAR.

14. *Quantum incolitur*] Hoc est, totus tractus marinus eximie fertilis, mediterraneus sterilis. IDEM.

15. *Ob sitim caeli*] quidam, *situm caeli*. Hinc Proverbium, *Africa semper aliquid novi adfert*: quod ob ferarum dissimilium congressum, tot monstra pariat: & tanta leonum copia, ut urbes obsidere ferantur; si verè Plinius. Ad haec tanta illic serpentium vis, ut cervis idcirco destitutam putarit Herod. *Melpomene*, Aristoteles, Plinius Lucanus lib. x. & Seneca. Contrà verò cervos gigni affirmant Philostratus lib. VI. de *Vita Apollonii*, Virgil. I. *Aeneid.* & Oppianus II. *Cyneget.* Ut & Ursos Aelianus, Herodotus, Livius, Solinus, Strabo, Juvenalis, & Maro: tametsi neget Plinius: quod minimè mirandum est, cum illius & Pomponii aetate nondum satis notum Romanis Aethiopiae primum clima ultra Aequatorem: ut ex hac Africae descriptione apparet. SCHOTT.

16. *Cyrenas*] Nunc dicta *Corena*. OLIVAR.

17. *Afri-*

[17] Africa. Cetera Numidae & [18] Mauri tenent: sed Mauri & in Atlanticum pelagus expositi. Ultra [19] Nigritae sunt, & Pharusii, usque ad Aethiopas. Hi & reliqua hujus, & totum latus, quod meridiem spectat, usque in Asiae confinia posident. At super ea, quae Libyco mari abluuntur, Libyes Aegyptii sunt, & Leucoaethiopes: & natio frequens multiplexque Gaetuli. Deinde [20] latè vacat regio, perpetuo tractu inhabitabilis. Tum primos ab oriente Garamantas, post [21] Augilas & Trogodytas, & ultimos ad occasum Atlantas audimus. [22] Intrà (si credere libet) vix jam homines, magisque semiferi, [23] Aegipanes, & Blemyes, & Gamphasantes, & Satyri, [24] sine tectis ac sedibus passim vagi, [25] habent potiùs terras, quàm habitant.

Haec summa nostri Orbis, haec maximae Partes: hae formae gentesque Partium. Nunc exactiùs Oras situsque dicturo, inde est commodissi-

17. *Africa*] Minor, nunc dicta *Barbaria*. IDEM.

18. *Mauri*] A potentissima civitate dicti, quae nunc est *Marruecos*, ubi agunt Alarabes. IDEM.

19. *Nigritae & Pharusii*] Dicam postea, mediterranei sunt. IDEM.

20. *Latè vacat regio*] Virgilium videtur imitatus III. *Georg.* —— *& longè saltus lateque vacantes*. SCHOTT.

21. *Augilas & Troglodytas*] Ptolemaeus *Augilas* modo per *i* modo per *y* enunciat. Plinius & Herodotus cum *i* semper. Stephanus *Augilitas* nominat. *Troglodytas* Strabo sine *l* semper, *Trogodytas*. PINTIAN.

22. *Intra si credere libet*] Expende, an sit commodior lectio, *Ultra si credere libet*, hoc est, Oceanum versus Aethiopicum. IDEM.

23. *Aegipanes & Blemmyae*] Stephanus unico *m*, & quinta apud Graecos inflexione *Blemyes*, cui subscribunt Dionysius Byzantius & Thescritus, primam corripientes. Strabo duplici *Blemmyes*, à quo stat Suidas. *Blemyae* Marcianus Capella uno tantùm & prima inflexione. IDEM.

24. *Sine tectis passim ac sedibus vagi*] Ad Melae manum si attendas, rectius abesset τὰ *sedibus*: *Sine tectis passim ac vagi*, ut lib. I. cap. 8. *passim ac sine lege dispersi*. Et ibidem: *confuso parentum coitu passim incertique*. Sed in scripto codice legi *sine tectis, sedibus, ac passim vagi*; Mediol. *sine tectis ac sedibus passim vagi*, ut & Juntina editio. GRONOV.

25. *Habent potiùs quam habitant.*] *Habere* tamen saepe pro habitare: lib. III. cap. 5. *Meroem*

disſimum incipere, [26] unde terras Noſtrum pelagus ingreditur; & ab iis potisſimùm, [27] quae influenti dextra ſunt: deinde ſtringere litora ordine quo jacent, peragratisque omnibus, quae [28] in mare attingunt, legere etiam illa, quae cingit Oceanus; donec curſus incepti Operis intrà extráque circumvectus Orbem, [29] illuc unde coeperit redeat.

habent: ubi *habitantes*, temerè Pintianus. Vide modos Habendi in Ariſtot. *Categoriis*. De his gentibus inf. cap. 8. SCHOTT.

26. *Unde terras noſtrum* &c.] Id eſt, à freto Gaditano. OLIVAR.

27. *Quae influenti dextra*] Ab Africa. IDEM.

28. *In mare attingunt*] Sic nuper edidi ex MSS. GRONOV.

29. *Illuc unde coeperit*] Id eſt, in idem fretum. OLIVAR.

CAP. V.

Particularis AFRICAE deſcriptio.

MAURETANIA.

DICTUM eſt [1] Atlanticum eſſe Oceanum, qui terras ab occidente contingeret. Hinc in Noſtrum mare pergentibus, laeva Hiſpania, Mauretania dextra eſt; [2] primae partes, illa Europae, haec Africae. Ejus orae finis, [3] Mulucha: caput atque exordium eſt promontorium, quod

CAP. V. De Africa vide Plinium lib. v. cap. 1. & 2. & Solinum cap. 30. SCHOTT.

1. *Atlanticum*] Atlas mons major Africam dividit, nunc dicitur *Majuſte*: Atlas minor, *Lante*. OLIVAR.

2. *Primae partes, illae Europae, hae Africae*] Rectius, ut ſentio, *illa Europae, haec Africae*. PINTIAN.

3. *Muluca*] Scribendum *Molucha*: nam Strabo vocat eum *Melochath*. Plinius tamen & Salluſtius *Mulucha*. Phocas Grammaticus, *Neutro*, inquit, *genere barbara duo lecta ſunt apud Salluſtium nomina fluminum, hoc Mulucha, & hoc Turia*, qui amnis eſt citerioris Hiſpaniae, de quo plura in Plinio. BARB.

quod Graeci [4] Ampeluſiam, Afri aliter, ſed idem ſignificante vocabulo, appellant. In eo eſt ſpecus Herculi ſacer: & ultra ſpecum [5] Tinge oppidum pervetus, ab Antaeo (ut ferunt) conditum. Exſtat rei ſignum, [6] parma elephantino tergori exſecta, ingens, [7] & ob magnitudi-

Barb. *Mulucham* Salluſtius *Jugurth.* inter Mauros & Numidas collocat; inter duas Mauritanias terminum Plinius. Schott.

4. *Ampeluſiam*] A vinetorum copia, promontorium eſt: nec hodie vocatur *Cabo de Sparto*, ſed *Cabo de Cantero*. Oliv̄ar.

5 *Tingi*] Nunc *Taniar*, Regis Luſitaniae. Idem. Ptolemaeo *Tingis* eſt, quam Caeſaream nominat. Straboni *Tiga*; Stephano *Tingios*; Plinio *Tingi*. Pintian.

6. *Parma elephantino tergore exſecto*] Legendum puto, *parma elephantini tergoris excedra*. Eſt *excedra* ſive *excetra* durities ferro invicta, telis impenetrabilis, quaſi ſine caede, quod caedi nequeat, unde & per *ae* diphthongon magis ex etymologia ſcriberetur. Niſi mavis deductam à *cedo*, quod non cedat, etſi hoc genus etymologiae parum Quintiliano placeat. Hydra itaque illa Lernaea, multiceps malum, *excedra* vocata eſt à Plauto in *Perſa*, & à Cicerone ſecunda *Tuſculana*. Plinius lib. xi. cap. 37. *Elephantorum* inquit, *tergora impenetrabiles ſetas habent*. Plinii vetuſtus Codex, qui in publica Salmanticenſis Academiae Bibliotheca aſſervatur, non *ſetas* habet, ſed *eſcaſedras*: ut legendum videatur *excedras*. Hoc enim melius, quam quod Hermolaus emendat *quaſi ſetas*, inſipida nimis caſtigatione. Hinc & *cetra* genus ſcuti, ex corio praeduro facti, quod non cedat. Pintian. Emendavi: *Exſtat rei ſignum, parma elephantini tergoris excetra*, ex auctoritate Plinii lib. xi. cap. 37. apud quem in exemplari Salmanticenſi legitur: *Elephantorum tergora impenetrabiles eſcaſedras habent*: quo in loco dixi pro *eſcaſedras* legendum videri, *excetras*. Nunc illud addo; in antiquiſſimo Toletano apographo, quo in Plinio emendando uſus ſum, non *eſcaſedras* haberi, ſed *cetras* proſpalam; quod adhuc emendationem noſtram adjuvat. Et fortè apud Pomponium aptius legeretur diviſa dictione: *parma elephantino tergore, ex cetra*. unde & *cetram* ſcuti genus, denominatum crediderim. Sed quia hoc commentum multis non ſatis placet, in aliam conjecturam, poſt longam in hac ſalebra volutationem, deveni, an hîc non *execto*, ſed *exucto* ſcribendum ſit: hoc eſt, nullo prius humore madefacto. Plinius de Hippopotamo lib. viii. cap. 25. *Tergoris*, inquit, *ad ſcuta galeasque impenetrabilis, praeterquam ſi humore madeat*. Idem. Tò *exſecto*, aliis delendum videtur: ego *tecto* tentabam. Exempla in mundo ſunt: & è littera accreviſſe, ut ſolet, videtur à priore voce; Salluſt. lib. iv. *Hiſtor. De pecore coria recens detracta quaſi glutino adoleſcebant*: vel *Cetera* ex *excetra*, quod in MS. eſt faciendum; ut *Cetera Grajus*. Schott.

7. *Et ob magnitudinem nulli nunc uſuro habilis*] Neſcio quinam illi manu exarati libri ſint, quorum fiducia Voſſius vocem *uſuro* ejecit, ſi quidem id ſponte ejus

tudinem nulli nunc usuro habilis; quam locorum accolae ab illo gestatam pro vero habent, tra-
15 duntque, & inde eximiè colunt. Deinde est mons praealtus, ei, quem ex adverso Hispania attollit, objectus: [8] hunc [9] Abylam, illum [10] Calpen vocant, Columnas Herculis utrumque. [11] Addit fama nominis fabulam, Herculem
20 ipsum junctos olim perpetuo jugo diremisse colles, atque ita exclusum antea mole montium Oceanum, ad quae nunc inundat admissum. Hîc jam mare latiùs funditur, summotasque vastiùs terras magno impetu inflectit. Ceterùm regio
25 ignobilis, & vix quicquam illustre sortita, parvis oppidis habitatur, parva flumina emittit, solo quàm viris melior, & segnitia gentis obscura. Ex his tamen quae commemorare non piget, montes sunt alti, qui continenter & quasi
30 de industria in ordinem expositi, [12] ob numerum, septem, ob similitudinem Fratres nuncupantur. Ta-

contigit: nam in nota est citatio satis dubia; unde restituere debui. Quippe Pomponius suum vindicat lib. III. cap 7 *ut elephantis etiam sicut nos equis, facile atque habiliter utantur.* Isidorus apud Lipsium lib. II. *Saturnal.* cap. 12. *omnes cum aureis galeis minoribus & habilioribus armis.* Habent omnes ab Livio lib. VII. cap. 10 *Hispano cingitur gladio ad propiorem habili pugnam.* Et, *in armis habilibus magis quam speciosis.* GRONOV.

8. *Hunc Abylam, illum Calpen vocant*] Sic quidem Strabo, & Plinius *Abylam*, at Ptolemaeus & Dionysius Byzantius permutatis litteris efferunt *Alybam.* PINTIAN.

9. *Abylam*] Nunc *Aceuta*: oppidum etiam Lusitanorum: hinc sumit initium mons ille, qui nunc dicitur *La Siera dal Marca*: *Siera* Hispanicè sonat *montem*: plenus est hic similis. OLIVAR.

10. *Calpen*] Nunc *Gibraltar.* IDEM.

11. *Addit fama nominis fabulam*] Scribe *nomini*, non *nominis.* PINTIAN. Rectiu *nomini.* Fortè, *addit famae nominis fabula.* SCHOTT.

12. *Ob numerum septem*] Hos ipsos esse, quos in nummo Hadriani Africa cubito premit, non levis est conjectura interpretis nummorum Crojanorum, quem ecce

[13] Tamuda fluvius, & [14] Ruſadir, & [15] Siga, parvae urbes; & portus, cui Magno eſt cognomen ob ſpatium. [16] Mulucha ille, quem diximus, [17] amnis eſt, nunc gentium, olim regno- 35
rum quoque terminus, Bocchi Jugurthaeque.



ecce hic appoſitum. Gronov.

13. *Tum vada fluvius*] Scribendum junctim *Tamaada*, ſive *Tamuda fluvius*, ex Plinio. Barb.

Tamuada] Nunc *Bedie*: rigat regionem Alarabum. Olivar. Ptolemaeus *Thaluda*, Plinius *Tamuada*. Pintian.

14. *Ruſicada*] Nunc *Aſtora*. Olivar. Lego, *Ruſadir*, ex Plinio lib. v. Ptolemaeus *Rhyſſidiron* vocat. Nam *Ruſicada* infrà dicetur in Africa propriè dicta, ubi & à Ptolemaeo locatur. Plinius in Numidia conſtituit. Pintian.

15. *Siga*] Nunc *La Guardia* vulgo dicitur. Olivar.

16. *Mulucha ille, quem diximus, amnis eſt ingentium olim regnorum terminus*] Rectius Aldus, *Mulucha ille, quem diximus, amnis eſt, nunc gentium, olim regnorum terminus*. Nec enim procedit Mauritanias appellari à Mela *ingentia regna*, de quibus paulò antè dixerat: *Ceterum regio ignobilis, vix quicquam illuſtre ſortita*. Pintian.

17. *Amnis eſt ingentium olim regnorum terminus*] Antiqua lectio, *nunc gentium, olim regnorum quoque terminus*. Plinius lib. v. cap. 2. *Amnis Mulucha Bocchi Maſſaeſylorumque finis*. Schott.

CAP. VI.

NUMIDIA.

Ab eo [1] Numidia ad ripas expoſita [2] fluminis Ampſaci, ſpatio quidem quàm Mauretania anguſtior eſt, verùm & culta magis & ditior. Ur-

1. *Numidia*] Pars Africae minoris teſte Ptolemaeo. Olivar.

2. *Fluminis Ampſacis*] Scribendum *fluminis Ampſagae*. Barb.

Urbium quas habet, maximae sunt, [3] Cirta procul à mari, nunc Sittianorum colonia; quondam regum domus, & Syphacis cùm foret, opulentissima. [4] Iol ad mare, aliquando ignobilis; nunc, quia Jubae regia fuit, & quòd Caesarea vocitatur, illustris. Citra hanc (nam in mediodio fermè litore sita est) [5] Cartinna & [6] Arsinna sunt oppida, & Quiza castellum, & Laturus sinus, & Sardabale fluvius: [7] ultra, Monimentum com-

3. *Cyrtha*] Nunc *Constaena*. OLIVAR.

Cyrtha procul à mari nunc Sucianorum] Plinius & Appianus *Sittianorum*. BARB.

Cirta procul à mari nunc Sittianorum colonia] Ordo verborum vitiatus est & verba ipsa mendosa. Legendum videtur, *Cirta colonia procul à mari, cognomine Sittianorum*. Neque enim *Cirta* deducta fuit à Sittianis, sed ab illis cognomen accepit, dictaque est *Sittianorum*. Plinius lib. v. *In mediterraneo colonia Cirta, Sittianorum cognomine*. Marcianus quoque *Cirtae coloniae* mentionem faciens, non addit *Sittianorum*. Unde autem *Cirta* & alia Africae loca dicta fuerint *Sittianorum*, ostendit Appianus lib. IV. *Bell. Civil.* PINTIAN.

Cirtha procul mari, nunc Sittianorum colonia, quondam regia domus] H. Stephanus sic in vett. codd. se reperisse affirmat; & mox; *regum domus*: *& quum Siphacis foret opulentissima*. Fides sit penes auctorem. Malim tamen Plinii auctoritate, qui hinc exscripsit, minori quam Pintianus audacia, oblitteratis tantum duabus vocibus, legere: *Cirta procul mari Sittianorum, quondam regia domus Iubae & Siphacis, cum foret opulentissima*. Ceterum *Cirta* scribo, Appianum, Strabonem & Ptolemaeum Graecos secutus. Non illud celabo Lectorem, Strabonem lib. XVII. extremo *Geogr.* Μασαγίσσαι καὶ τῶν ἐξῆς διαδόχων βασίλειον facere. SCHOTT.

4. *Iola ad mare*] Scribendum *Iol ad mare*, Plinius, Ptolemaeusque. BARB.

Iol] Nunc *Bugia*. OLIVAR.

5. *Cartinna*] Plinius *Carcenna*. Ptolemaeus tamen & Antoninus, *Cartenna*. BARB.

Cartenna] Nunc *Silefae*. OLIV.

6. *Arsinna*] Plinius & Ptolemaeus & Antoninus, *Arsenaria*. BARB.

Arsenaria] Nunc *Arsen*, OLIVAR.

7. *Ultra, monumentum commune regiae gentis. Deinde Icosium & Uthisia urbes*] Non exprimitur his verbis, quis locus, urbsve fuerit monumentum commune regiae gentis. Proinde legendum puto permutatis verbis, *Ultra monumentum commune regiae gentis Icosium; Deinde Uthisia urbes*. Aestimandum etiam an sit fidelior lectio, *Uia*, trisyllabum, quàm *Uthisia* ex Ptolemaeo, qui *Icosium* & *Uiam* conjungit in quarto. PINTIAN.

Ultra, monumentum commune regiae gentis, deinde Icosium] Sic reposui vulgatam lectionem ab omnibus MSS. confirmatam, quos ita fervidè contemnere, ut pro ea substituas, *Deinde munimentum commune regiae gentis, ultra Icosium*, mera

commune regiae gentis, deinde Icosium & Ruthisia urbes, & fluentes inter eas Aveus & Nabar,

mera impotentia est. Explicatur tamen, & dicitur Mulucha vocari munimentum commune regiae gentis. & nihil esse clarius. Quod mirari satis nequeo: nam cur hanc notabilem descriptionem non adjunxit capiti praecedenti & ipsi mentioni amnis Muluchae. quod profectò fieri decuit? Deinde Mulucha non est magis munimentum Numidiae quàm Mauritaniae, si modò hic sensus erit, & ipsos Numidas Maurosque intelligemus regiam gentem: in hoc autem sensu ita loqui profectò non est eruditi Latini, qui tunc nunquam aliter quàm munimentum regnorum regnive dicturus fuit. Sic memini Curtium scribere de fluviis extremis imperii Persici, etsi Persae aequè ac Numidae fuerint regia gens. Et ejusmodi regia gens potius dilata paulum ab Pomponio fuisset, & ad Basilidas inferius relata. Praeterea hic ipse sensus jam editus est à Mela in prioribus, ubi hunc amnem dixit ingentium regnorum terminum: ut ita prorsus idem nunc recoxerit. Sed videlicet potest *munimentum regiae gentis* non de ipsis populis accipi, verum de familia regia, & sic debere intelligi putamus; in quo sensu equidem non video, qui intelligere & percipere debeam Mulucham amnem munimentum commune regiae gentis? Sic nostri nec rure loquuntur. Quare omnino retinemus vulgatum, & monumentum commune regiae gentis interpretamur locum sepulchro omnium è regia Numidarum familia destinatum, ut lib. III. cap. 8. *Erythrae regis monumentum.* Neque verò hic nobis imaginamur insulam, neque quia vel non ab aliis indicatur, vel non exprimitur locus urbsve fuerit, an quid aliud, ideo quidquam scrupuli hic videmus. Satis est, quod unus Mela ex residuis Scriptoribus id nobis dicat, & illi credimus fuisse locum secretum & immunitum, qui Numidico sermone tale quid significaverit, quod nomen Latino ore concepit Auctor. Icosium esse id nequit, si credimus Solino, ex Graeca Lingua deducenti, quasi ab xx. Herculis comitibus appellatum. Sed sine haesitatione statuimus nunc facere Auctorem, quod facit lib. I. cap. 13. ubi scribit in parvo tumulo Arati poëtae monumentum, nec tamen indicat, quod istius tumuli aut loci postea notabilis nomen fuerit. Sed Latinè scripsit *monumentum regiae gentis*, sic interpretans vocem Africanam, ut non modo facit in his barbaris vocabulis, sed & in aliis. Sic lib. II. cap. 3. in Argolide maluit dicere praeter Argos & Mycenas esse *templum Junonis vetustate & religione percelebre.* An causa fuit, cur non dixerit Heraeum? nulla, nisi ipsius genius, cui sua fuit causa & justa. Sic lib. II. cap. 4. maluit *Petrae quas Sirenes habitavere*, quum tamen lib. II. cap. 3. non tantum dicat *Scironia saxa*, sed & causam appellationis explicet. Id autem regiae Numidarum gentis monumentum ubi melius statueretur. quam circa Iol, regiam sedem ferè in medio litoris & regni ab ea parte? Sed neque magis mirum est, id fuisse ad litus. Nam & sic ab Plinio scribitur lib. VII. cap. 2. *Similis & in Africa gens Psyllorum fuit, ut Agatharchides scribit, à Psyllo rege dicta, cujus sepulchrum in parte Syrtium majorum est.* Sic apud Pausaniam in *Atticis*, Μνῆμά ἐστι πρὸς θαλάσσῃ Λίλυβον, & passim alia principum virorum, maximè circa

bar, aliaque quae taceri nullum rerum famaeve dispendium est. Interiùs, & longè satis à litore (si fidem res capit) [8] mirum ad modum, spinae piscium, muricum ostrearumque fragmenta, saxa attrita (uti solent) fluctibus, & non differentia marinis, infixae cautibus ancorae, & alia ejusmodi signa atque vestigia effusi olim usque ad ea loca pelagi, in campis nihil alentibus esse invenirique narrantur.

Trojam. Immo ipsum Cadmi & Harmoniae monumentum: nonne ait Dionysius: Κεῖνον δ' ἂν περὶ πόλιν ἴδοις ἐρικύδεα τύμβον; Ravennas Anonymus inter Ruscade & Hipponem sic notavit, *Monumentum Annibal.* GRONOV.

8. *Mirum admodum*] Glossema in insulam deportetur: & mox illud, *non differentia marinis*, irrepsit ex ora. Lege igitur, & *infixae cautibus anchorae: aliaque hujusmodi signa*, &c. Horatius I. *Carm.* Oda XI. *Quae nunc oppositis debilitat pumicibus mare Tyrrhenum.* & Mela de Araxe lib. III. cap. 5. *Frangit se subinde ad opposita cautium.* SCHOTT.

CAP. VII.

AFRICA propriè dicta.

[1] REGIO, quae sequitur à promontorio [2] Metagonio ad [3] aras Philaenorum, propriè nomen

1. *Regio quae sequitur à promontorio Metagonio*] Benè habet. Non quia nuper inceperunt existimare, errasse accuratissimum alias Auctorem, ideo etiam erravit, id pro certo admitti debet. Ita tamen scribit Vossius, idque ideo, quia Polybius, Strabo, Ptolemaeus, omnes gentem illam haud procul à freto collocant, ipsum vero promontorium Metagonium flumini Molochath vicinum faciunt. De duobus posterioribus non est, quod fatagam: de Polybio, unico horum & fidelissimo arbitro, videamus. Is lib. III. cap. 35. scribit ab Annibale Hispanos milites, Thersitas & Mastianos in Africae praesidia traductos esse, πλείους εἰς τὰ Μεταγώνια τῆς Λιβύης, τινὰς δὲ εἰς αὐτὴν Καρχηδόνα. Ex quo loco apparet perspicuè *Metagonia* fuisse sub imperio Carthaginiensium. At Mauritania vel propinqua flumini Molochath nunquam probabuntur fuisse sub Carthaginiensibus hoc tempore, de quo Polybius, quum in Numidia esset Syphax, Mauritania

nomen Africae usurpat. In ea sunt oppida, [4] Hippo Regius, & [5] Rusicade, [6] & Thabraca. Dein tria promontoria, Candidum, Apollinis, Mercurii, vastè projecta in altum, duos grandes sinus efficiunt. Hipponensem vocant proximum [7] ab Hippone Diarrhyto, quod litori ejus appositum est. In altero sunt castra Dellia, castra Cornelia, [8] flumen Bagrada, urbes [9] Utica & Cartha-

tania diu adhuc post habuerit reges suos. Immo plus fidei in his partibus mereretur Pomponius, quàm alii, ut qui in oppositis Hispaniae locis natus, haud dubiè peritissimus fuit litoris Africani. Quin etiam hoc ipsum confirmant verba Aristotelis clarè dicentis ἐν τῇ ἐπικρατείᾳ τῶν Καρχηδονίων fuisse τὸ Τάνιον. Itaque viderint alii, quid in discrepando ab hac sententia sequuti sunt. Nam quae Vossius praeterea addit, voluit opinor compositae fabulae lepidum dare ἐπεισόδιον. Quod monere etiam debeo, Africam Minorem in Mela uspiam occurrere non video, ut neque alias illas divisiones regionum quarundam in majores, & minores, si Baleares excipias. Hic autem quum Mela se ipsum satis ostendat in ipso mox principio, putavi titulum concipiendum, non *Africa Minor*, ut pasim in editionibus, quas secutus est Vossius, sed *Africa proprie dicta*. Certè Pintianus isti capiti *Castigationum* suarum praescripsit EX AFRICA PROPRIE VOCATA; & in MS. vidi praenotatum *Africa prima*, incertum unde & qui. Ipse Mela se servat lib. II. cap. 3. *quos propriè Illyricos vocant*. Et lib. III. cap. 5. *in eum quem propriè & totius nomine Caspium appellant*. GRONOV.

2. *Metagonio*] Nunc dicitur *El Cabo de tres Arcas*. OLIVAR.

3. *Aras Philaenorum*] Hodie sunt *Porto de Saba*. IDEM.

4. *Hippo*] Nunc *Bona*. IDEM.

Hippo regius] Silius Italicus lib. III.

& antiquis delectus regibus Hippo.

Promuntorium vero MS. codd. ferè per *u* praeferunt, quasi à *prominendo*; & *Opidum* simplici *p* ab *Ope*, Varro IV. de *L. Lat.* & Cicero *de Gloria* apud Festum derivant. SCHOTT.

Hippo Regius] Ita edidi, non ut Vossius & alii *regius*, quum mox à majuscula littera incipiant voces *Hippone Diarrhyto*. GRONOV.

5. *Rusicade*] Ptolemaeus *Rustcada*. Plinius *Ruscade*. PINTIAN.

6. *Et Tabraca*] Ptolemaeus cum adspiratione in prima *Thabraca*. IDEM.

7. *Ab Hippone Diarito*] Scribendum, *ab Hippone Diarrhyto*. Duplex enim *Hippo*, Regius & Diarrhytus, ex Plinio, Antonino, ceteris. BARB.

8. *Flumen Bragada*] Nomen retinet. OLIVAR.

Bagrada] Sic Aethicus Cosmographus, ubi mirari se ait, à majoribus inter flumina non relatum. Alii *Bragada* scribunt: ὁ Βαγράδας Strabo lib. XVII. infra *Magrada* Hispaniae fl. nominatur lib. III. cap. 1. SCHOTT.

9. *Utica*] Nunc *Bisartha*. OLIVAR.

[10] Carthago, ambae inclytae, ambae à Phoenicibus conditae: illa fato Catonis insignis, haec suo; nunc populi Romani colonia, olim imperii ejus pertinax aemula; jam quidem iterum opulenta, [11] etiam nunc tamen priorum excidio rerum, quàm ope praesentium clarior. [12] Hadrumetum,

10. *Carthago*] Nomen retinet. IDEM.

Karthago inclyta] Septingenta hominum millia habitasse Karthagine jam à Rom. obsessa, & dedita, auctor ibidem Strabo, qui πόλιν ἀντίπαλον τῇ Ῥώμῃ vocat, quam hic, *imperii aemulam*. SCHOTT.

11. *Etiam nunc tam priorum excidio rerum*] Lego, *nec tam priorum excidio rerum:* ut particula illa *etiam* redundet. PINTIAN.

12. *Hadrumentum*] Ptolemaeus, Stephanus, Strabo, Plinius, Cornelius Tacitus, omnes sine adspiratione. Sed Ptolemaeus *Adrumitios* enunciat, Stephanus tum *Adrumetos*, tum *Adrumeton*. Strabo *Adrume*. Cornelius Tacitus, & Plinius cum *n* in penultima *Adrumentum*. IDEM.

Hadrumentum, Leptis, Clupea, Abrotonum, Taphrure] In uno MS. inveni *Adrumentum Leptis Dupea adromathe* (*habromacte* Mediol.) *phire*. In altero erat *Hadrumetum Leptis Dupea Abromacte phyre*, quae satis conveniunt ad varias lectiones ab aliis prolatas. Quibus antequam medicina à me admoveatur, nihil mihi nocuerit ante deprecor littera *m*, in τῷ *abroma*, quae non aliunde facta est, nisi ex coalescentibus lineolis III, ut saepe accidit in hoc scripto. Sic lib. II cap. 7. *Aegina* editum fuit pro *Aegilia:* sic ibidem edebatur *Iginium* pro *Igilium*. Immo inopinanter saepe & undecunque per vitium augescentibus, ut in novissimo illo *ini* increvit pro *ili*, interdum diminutis lib. III. cap. 1. pro *Ullam* vel *Uliam* obtinuit *Uiam*. Sic vitio aut temeritati dari mihi nequit, si rear illud *m* ex tribus lineis male auctis ortum, quum duas tantum esse debuisse modo sit futurum manifestum. In his autem variae lectionis scrupulis vel accusare nescio quos imperitos, ignorantes Adrumen & Hadrumentum esse eandem, hanc quoque addidisse, & hoc praetextu integram illam *Hadrumentum* ejicere, aut concedere tandem gemina fuisse oppida idem nomen sortita Abrotonum, si nihil aliud, varietatis & haerentis animi signa sunt. Mirum est in his Pomponianis se exercuisse aliquem imperitum, & non etiam lib. II. cap. 7. ubi Graeca appellatione utitur Pomponius scribens *Acragas*, interveniisse aliquem imperitum, qui adjecerit *Agrigentum*. Sed ut illic non intervenit, ita nec hoc loco, nisi fortasis nuperrimus. Alia hic circumspicienda. Videlicet ut in *Clupea* in MSS. coaluit prima littera in *d*, juncto malè ductu, sic quoque factum in *adroma*, ubi ex *dr* si concinnes *ch*, (ubi vides ductus eosdem) quàm prope aberis ab *Acholla?* Ejus enim urbis vocabulum hic exoleviisse opinor, & nihil supererit scrupuli. *Adrumetum*, (sic enim malui ex MSS) *Leptis*, *Clupea*, *Acholla*, (vel *Achollas*, quae postrema littera manifestè habetur in MSS. quibusdam, & antiquis editis, ex quibus citat Hermolaus *abromachte phyre*, & sic quoque dixerunt) *Ta-*

metum, Leptis, [13] Clupea, [14] Acholla, Taphrure, [15] Neapolis, hinc ad [16] Syrtim adjacent, ut inter ignobilia celeberrimae. [17] Syrtis sinus est [18] centum ferè milia pasſuum, quâ mare accipit,

Taphryre. Ab Appiano in *Punicis* pag. 95. junguntur Ἀδρυμητοῦ, Λέπτεως, Σαξῦ, (Ortelius Θαψῦ, ut Hannibalis turris inter Acholam & Thapſum fuiſſe ſcribit Livius lib. xxx.) Ἰτύκης καὶ Χόλλης: ſab Anonymo Ravennate *Adrimetum*, *Ruſpina*, *Lepti minus*, *Tapſum*, *Sublecte*, *Acola*, *Ruſpo.* Unde jam ſic edidi, deridens inanes impetus, quibus poſtea Voſſius hanc Acholam petivit. Sed dum de hac ipſa regione & earundem urbium vocabulis inſpicio accuratius, incido in eximium locum in *Periplo* ſub Scylacis nomine, in capite de Lotophagis, ubi haec ſunt verba: Ἀπὸ δὲ Θάψε τῆς μικρᾶς καὶ Δρεπάνης ἐστὶ κόλπος ἴσος, ἐν ᾧ ἡ Σύρτις ἐστὶ ἡ μικρὰ Καρκινίτης καλουμένη. In quibus verbis praeterquam quod Voſſii editio fruſtretur Lectorem damno vocis μέγας poſt vocem κόλπος, tum poſt editionem duorum inſignium hominum nihil ſani eſſe video; nec quicquam minus quàm ſanat ille qui pro Δρεπάνης corrigit Τριτωνίτης. Quae enim veritas eſt, poſt Thapſum minorem ponere Tritoniten ſinum ac Syrtim minorem? Immo quae eſt illa minor Thapſus? Sed & quis Syrtin minorem vocavit Cercinîticam? Nihil his imperfectius. Lego: Ἀπὸ δὲ Θάψε Λέπτις μικρὰ καὶ Ἀδρύμης ἐστὶ. Κόλπος ἴσος Κερκινίτης, ἐν ᾧ ἡ Σύρτις ἐστὶ ἡ μικρὰ καλουμένη, πολὺ, &c. *Poſt Thapſum Leptis parva & Adrymetum eſt. Intus ſinus Cercinites, in quo Syrtis eſt minor appellata.* Senſu apertiſſimo, & quem adfirmat omnis Geographiae Africanae notitia. Praeterea Adrymeti mentionem hoc loco fieri debere & ab Scylace factam eſſe apparet ſatis ex ſequenti pagina, in qua notat, quanti ſpatii ſit praeternavigatio Neapolin Adrymeto; id quod non ſolet facere, niſi praemiſſo loci utriusque ſitu. Gronov.

13. *Clupea*] *Quippia* vulgo. Oliv.

14. *Abromachte phyre neapolis*] Scribendum, *Abrotonum*, *Taphrae*, *Neapolis*, ex Plinio, Strabone, ceteris. Barb.

15. *Neapolis*] Nunc *Mahometa.* Olivar.

16. *Syrtim*] *Syrtes* Luſitani vocant *Baxos de Barbaria*, alii *Banquos.* Idem.

17. *Syrtis ſinus eſt centum ferè millia paſſuum, quâ mare accipit, patens: trecenta quà cingitur*] Confirmatur haec lectio auctoritate Plinii, non impreſſi modò, ſed etiam ſcripti, lib. v. cap. 4. Ceterùm Strabo movet me, ut putem ſcribendum *ducenta quà cingitur*, non *trecenta;* ſcribens ultimo libro minorem Syrtin patere aditu LXXV. M. paſſ. ambitu CC. millia. Majoris Syrtis numerus adeò eſt apud eundem depravatus, ut curationem nullam recipiat plaga. Pintian.

18. *Centum ferè millia*] Minor Syrtis Plinio quoque C. M. paſſ. aditu, CCC. ambitu. Straboni verò lib. ult. aditu LXXV. ambitu CC. M. habere. Major verò DC. XXV. ambitu eidem Plinio & Marciano Capellae, aditu CCC. XIII. M. paſſ. diverſo à Mela numero. Schott.

19. *Atrox*

cipit, patens; trecenta, quâ cingit: verùm importuosus atque [19] atrox & ob vadorum frequentium brevia, magisque etiam ob alternos motus pelagi affluentis ac refluentis infestus. Super hunc ingens palus amnem Tritona recipit, ipsa Tritonis: unde & [20] Minervae cognomen inditum est, ut incolae arbitrantur, ibi genitae: faciuntque ei fabulae aliquam fidem, quòd quem natalem ejus putant, ludicris virginum inter se decertantium celebrant. Ultra est [21] Oea oppidum, & [22] Cinyps fluvius per uberrima arva decidens: tum Leptis altera, & Syrtis, nomine atque ingenio par priori: ceterùm altero ferè spatio quâ dehiscit, quâque flexum agit, amplior. Ejus promontorium est [23] Borion, ab eoque incipiens ora, quam [24] Lotophagi tenuisse di-

19. *Atrox*] Hinc *barbaras Syrtes* vocat Flaccus II. *Carm.* & *inhospita Syrtis litora* Lucanus, qui lib. IX. eas describit, ut & Sallustius *Jugurth.* ἀπὸ τῆ σύρειν ab attrahendo dictae, quòd modò arenis congestis vadosae, rursùm depulsis vi tempestatis in praeceps sint profundae: qua varietate reciprocante infamis reddita ejus litoris ora. IDEM.

20. *Minervae cognomen*] Hinc *Tritonia Pallas*, apud Varronem lib. VI. *de L. Lat.* & Probum Gramm. *Corpore Tartarino prognata palude virago*, quomodo leg. Franc. Sanctius, utriusque Linguae apud Salmant. Professor, putat, tametsi *Paluda* Virgo, Homero τριτογένεια est. SCHOTT.

21. *Oza oppidum*] Scribo, *Oea oppidum*, ex Plinii quinto libro. BARB.

Oea oppidum] Ptolemaeus *Eoam* profert trium syllabarum. Sed prior lectio verior. PINTIAN,

22. *Et Cinyphs*] Scribendum sine ulla adspiratione *Cinyps*, etiamsi in obliquis eam habeat. Nam Graecis nomina finita in *ps.* in obliquis per *p.* efferuntur, praeter quaedam quae *b.* habent. Notatur hoc nomen *Cynyps*, quod in obliquis per *ph.* flectitur. Ita Technicus, Theodorus Prodromos & Moschopulus, antiquissimi & probatissimi Grammatici. Herodotus quoque, Plinius, & Claudianus, *Cinyps* in recto, nec aliter proferunt. IDEM.

23. *Bryon*] Ita clarè legitur in MS. Chisiano, ut propterea non dubitaverim illud recipere in contextum pro ficto *Borion*. etsi norim id exstare in aliis, & non minus ficto Vossiano Βρυῶν αἰγιαλόν. Ubi legit in Graecis libris Βρυῶν? Cur in Ptolemaeo malè scribitur Βρύων. GRON.

24. *Lotophagi*] Nunc *Los Chelbens*. OLIVAR. Discedit Mela & Plinius ab Homero X. *Odyss.* Strabone

dicuntur, usque ad [25] Phycunta (& id promontorium est) importuoso litore pertinet. Arae ipsae nomen ex Philaenis fratribus traxere, [26] qui [27] contra Cyrenaïcos missi Carthagine ad dirimendum conditione bellum, diu jam de finibus, & cum magnis amborum cladibus gestum; postquam in eo, quod convenerat, non manebatur, ut ubi legati concurrerant, certo tempore utrinque dimissi, ibi termini statuerentur; [28] pacti de integro, ut quicquid citrà esset, popularibus ce-

bone ult. *Geogr.* & Herodoto Μελτομέτρ, qui Lotophagos Syrtim minorem habuisse affirmant. Mox quidem legunt: *& ad promuntorium importuoso litore pertinax.* SCHOTT.

25. *Phiconta*] Scribendum *Phycunta*, ex Plinio, Strabone, Ptolemaeo. BARBARUS.

26. *Qui contra Cyrenaïcos*] Locus iste est mutilus: quaedam enim desiderantur, ut sit integra Pomponii lectio. Ubi enim est, *pacti de integro*, deest Pomponio pactum. Nescies ex lectione Pomponiana, quid pacti fuerint, nisi ex Sallustio addideris, ut vel illi quò fines populo suo peterent, ibi vivi obruerentur, vel eadem conditione sese quem in locum vellent processuros. Philaeni, conditione probata (mirum & memoria digniſſimum facinus) hic se vivos obrui pertulerunt. OLIVAR.

Qui contra Cyrenaïcos missi] Aldus *Cyrenicos*: scribo *Cyrenaeos*: nam à *Cyrene* gentile nomen *Cyrenaeus* deducitur. *Cyrenaïcus* possessionem significat, auctore Stephano. Etsi non hoc ad obrusam servetur. PINTIAN.

27. *Contra Cyrenaïcos*] Quum in Aldi editione *Cyrenicos* inveniret Pintianus, voluit pro eo legere *Cyrenaeos*. Id perperam factum pronuntiat Vossius, quia ab Cyrene oppido ἐθνικὸν est *Cyrenaeus*. & à Cyrenaïca provincia nullum aliud potest gentilitium formari, quàm *Cyrenaïcus*. Quid igitur? an *Cyranensis* non dicitur ab *Cyrene*? Item Κυρηνίτας apud Stephanum? Id certè ἐθνικὸν elegit Sallustius. Et utique hi ab oppido ipso Cyrene profecti sunt, ut alteri ab Carthagine. Quid igitur vult ista Vossiana distinctio? Porro non quaeritur, an ab Cyrenaïca provincia nequeat aliud gentilitium formari, sed an Mela sic scripserit? Id videtur Aldus non ita statuisse vel sponte, vel ab codicibus antiquis inductus. Et id verum est. Non ita scripsit Mela; *sed contra Cyrenaeicos*, ut mox etiam *Cyrenaeica*. Sic enim ipse vidi in MS. certè uno ex bonis. Id tam probum puto, quam eximius ille Mediceus in Tacito lib. 1. *Histor.* cap. 10. legit *bellum Judeicum*. & cap. 76. *Judeicum exercitum*: quae opinor prorsus propriae Auctoris scripturae documenta. Mediolanensis manifestè *Cyrenēicos* & *Cyreneïca*. GRONOV.

28. *Pacti de integro*] Mancum locum credidit Olivarius Valendinus. Ego verò nihil deesse puto, cùm ex fide libri MS. tum habita ratione brevitatis Pomponianae, quae

cederet (mirum & memoria dignisſimum facinus!) hîc ſe vivos obrui pertulerunt.

quae illi cum Criſpo communis: qui de his verè laudis amatoribus eleganter *Jugurthino*, & Val. Maximus lib. v. cap. 6. SCHOTT.

CAP. VIII.

CYRENAICA.

INDE ad Catabathmon Cyrenaïca provincia eſt; in eaque ſunt, [1] Hammonis oraculum, [2] fidei inclytae: & [3] fons, quem Solis appellant: & [4] rupes quaedam Auſtro ſacra. Haec cùm hominum manu attingitur, ille immodicus exſurgit, arenasque quaſi maria agens, [5] ſic ſaevit, ut fluctibus. [6] Fons media nocte fervet; mox

1. *Ammonis oraculum*] Nunc *El Cancarron de Mahoma*. OLIVAR. Magnam hîc divinitatis opinionem fuiſſe auctor Plutarch. *de Defectu Oraculorum*, & Herodotus *Euterpe*, ubi multa de oraculo Jovis Dodonaei: Ἄμμωνος χρηστήριον κελεύσαι τὰς Λιβύας ποιέειν. ἔστι δὲ καὶ τοῦτο Διός. Quod & Alexandrum conſuluiſſe, effetne filius illius, narrat Diod. Sic. lib. XIII. SCHOTT.

2. *Fidei inclitae*] Concinnius fort. *fide inclitae*, vel *inclitum*. IDEM.

3. *Fons, quem Solis appellant*] De hoc in Plinio pluscula notavimus lib. v. quoniam duos fontes pro uno Pomponius accepiſſe videbatur: meminit & libro ultimo Lucretius. BARB.

4. *Rupes Auſtro ſacra*] Plinius lib. II. cap. 45. *Quin & in Cyrenaïca provincia rupes quaedam Auſtro traditur ſacra, quam profanum ſit attrectari hominis manu, confeſtim Auſtro volvente arenas.* SCHOTT.

5. *Siccis ſaevit fluctibus*] Simile illud Martialis lib. IV. epig. 3.

Qui ſiccis laſcivit aquis, & ab aethere ludit,
Suſpicor has pueri Caeſaris eſſe nives.

GRONOV.

6. *Fons media nocte*] Hujus miraculi Auctores, Herodotus *Melpom.* Diodorus, Arrianus, Q. Curtius, Auguſtinus & Lucretius lib. VI. & Plinius lib. II. cap. 103. Solinus verò cap. 30. de fonte Solis diverſa: cap. 32. de fonte non diſſimili apud Garamantas. Poſt, lego, *atque ut illa procedit:* non ut vulgati, *ille.* SCHOTT.

7. *Mox*

7 mox & paulatim tepeſcens, ſit luce frigidus; tunc ut ſol ſurgit, ita ſubinde frigidior, per meridiem maximè riget: ſumit dein tepores iterum: & prima nocte calidus, atque ut illa procedit, ita calidior, rurſus cùm eſt media, perfervet. 8 In litore promontoria ſunt Zephyrion & Nauſtathmos, 9 portus Paraetonius, urbes

7. *Mox & paulatim tepeſcens*] In MS. vidi *& perpaulatim*, quod etſi Voſſius ſcribat ſe non probare, quia *perpaulum* & *perparum* Latinum eſt, illud verò non item, quſ probabit: quae definitio vel terminus apponendae huic particulae ſtatuetur? Duntaxat & ordo loquendi ſuaviter ſic procedit, & ego ut Pomponii proprium aſſerere non dubito: quum in hoc etiam gradus eſſe, & aliquid minus lenti procedens quàm *paulatim* docent Hebraei, apud quos *paulatim paulatim* Exod. 23. 30. Paſim etiam haec compoſita amat, ut oſtendunt illa *pernoxius*, *pernobilis*, *percelebris*, *perviridis*, *perſaeva*, *pergrandis*. Immo nec temere lib. III. cap. I. MS. Gudianus *tantis permeatibus*, ubi vulgo *meatibus*. GRONOV.

8. *In litore promontoria ſunt Zephyrium, & Nauſtathmos portus Paraetonius. Urbis Heſperia* &c.] Corrupta omnia, & inverſa, vel potius everſa. Legendum arbitror, *In litore promontoria ſunt Zephyrium & Cataeonion. Nauſtathmos portus. Urbes Heſperia*, &c. Ante omnia *Paraetonium* nullo modo tolerari poteſt: quia Cyrenaïcae, quae hîc deſcribitur à Mela, finis eſt Catabathmos, ut ſtatim ipſe ſubjicit, & Plinius ſcribit lib. V. Catabathmos porro totam claudit Africam, & aperit vel Aegyptum ſecundum ipſum, vel Maraeotin Libyam conterminam Aegypto, cujus finis eſt Paraetonium, ut tradit Plinius libro quinto. Ergo cùm antedictae Cyrenaïcae civitates ſint intra Catabathmon, *Paraetonium* autem ſit ultra Catabathmon octoginta millia paſſuum Plinio, & in Maraeotide Libya, ſive Marmarica, ut Ptolemaeus appellat, non in Cyrenaïca, conſequitur nullo hîc modo legi poſſe *Paraetonium*. Probabilior lectio *Cataeonion*, quod eſt promontorium circa Catabathmon, Cyrenaïcae Pomponio, Marmaricae Ptolemaeo. *Nauſtathmos* autem portus eſt Ptolemaeo & Straboni: ſed neutra terminatione *Nauſtathmon*. Praeterea *Heſperiam* urbem Ptolemaeus; & Ammianus Marcellinus *Heſperidas* nominant; Plinius *Heſperidum*, Stephanus *Heſperidem*, quae poſtea dicta ſit *Berenice*. PINTIAN.

9. *Portus Paraetonius*] Equidem in ea ſum ſententia, ut nihil temerè in Auctoribus antiquis mutandum cenſeam: malo enim in eam partem peccare, quod timidè nimis, modò religioſe, Auctores tractem; quam ut audaculus vel temerarius audiam. Strabone igitur auctore lib. XVII. *Paraetonius* retineatur: ſic enim ait: πόλις ἐστὶ καὶ λιμὴν μέγας τριακοντά που σταδίων· καλοῦσι δ' οἱ μὲν Παραιτώνιον, τὴν πόλιν, οἱ δ' Ἀμμωνίαν. *Nauſtathmon* verò neutro gen. potius leg. facilè largiar Pintiano. Ubis Paraetonii meminit & Oroſius lib. I. cap. II. ubi in Aethico, unde exſcripſit, *Parthenius*, ſemper legitur. Ad-

dam

bes [10] Hesperia, [11] Apollonia, [12] Ptolemaïs, [13] Arsinoë, atque (unde terris nomen est) ipsa [14] Cyrene. Catabathmos [15] vallis devexa in Aegyptum, finit Africam. Orae sic habitantur, ad nostrum maximè ritum moratis cultoribus, nisi quòd quidam linguis differunt, & [16] cultu Deûm, quos patrios servant, ac patrio more venerantur. [17] Proximis nullae quidem urbes stant, [18] tamen domicilia sunt, quae mapalia appellantur. Victus asper, & mundi-

dam illud *Paraetonius*, cum diphthongo scrib. Graeca consuetudine. SCHOTT.

Portus Paraetonius. Urbes &c.] Cum Schotto aliisque Vossius putavit ita puncti nota distinguendum post secundam vocem, quod ego non magis illic ponendum judicans, quàm post τὰ *Naustathmos*, delevi, & substitui, quod fuit Melae. GRONOV.

10. *Hesperia*] Nunc *Bernic.* OLIVAR.

11. *Apollonia*] Nunc *Bonadria.* IDEM.

12. *Ptolemaïs*] *Tolomita* nunc. IDEM.

13. *Arsinoe*] Hodie *Trochara.* IDEM.

14. *Cyrene*] *Cornena* vulgo. IDEM.

15. *Vallis deflexa in Aegyptum.*] Usque ad Aegyptum, ita ut nihil contineat Aegypti: nam ex sententia Melae Aegyptus Asiae pars est. IDEM.

16. *Cultu Deorum*] In MS. legi *Deûm:* qui quoniam mos est Pomponii, debuerat sine mora exprimi. Sic enim lib. I. cap. 9. *tricenûm pedum.* lib. II. cap. 7. *duûm millium spatium.* Idque nunc sequutus sui, nihil impeditus senio Vossii. GRONOV.

17. *Proximis nullae quidem urbes stant, tamen domicilia sunt, quae mapalia appellantur*] Scribo, *Proximis nullae quidem urbes, stata tamen domicilia sunt, quae mapalia appellantur*, ut haec sit differentia inter *proximos orae*, & *interiores.* Illos mapalia habere stata videlicet domicilia; hos sequentes pecora, ut à pabulo abducta sunt, ita se, ac tuguria sua promovere, ut paulò pòst sequitur. Sic lib. II. de Nomadibus: *Vagi Nomades pecorum pabula sequuntur, atque ut illa pecori durant, ita hi statam sedem agunt.* Et lib. III. de Sarmatis: *Non se urbibus tenet, & ne statis quidem sedibus, ut invitavere pabula, ut cedens & sequens hostis exigit, ita res opesque secum trahens.* PINTIAN.

18. *Stata domicilia*] Quae solo non haereant, nec fundamenta jacta habeant: mox enim, *ut a pabulo ducta sunt, se ac tuguria sua promovent.* & infrà lib. II. cap. I. *Vagi Nomades pecorum pabula sequuntur, atque ut illa pecori durant, ita diu statam sedem agunt:* & de Sarmatis lib. III. Sic *status dies cum hoste*, Ciceroni lib. I. *Offic.* Plauto *Curcul.* & Festo. *Statarius miles* Livio: *Stata forma* Ennio apud Agell. lib. V. cap. II. De mapalibus Servius in lib. I. *Aeneid.* & Fl. Sosipater lib. *Gramm. Institut.* I. SCHOTT.

19. *Quia*

ditiis carens. Primores ſagis velantur; vulgus beſtiarum pecudumque pellibus. Humi quies epulaeque capiuntur. Vaſa ligno fiunt aut cortice. Potus eſt lac, ſuccusque baccarum. Cibus eſt caro, plurimùm ferina: nam gregibus [19] (quia id ſolum opimum eſt) quod poteſt parcitur. Interiores etiam incultiùs, ſequuntur vagi pecora: utque à pabulo ducta ſunt, ita ſe ac tuguria ſua promovent: atque ubi dies deficit, ibi noctem agunt. [20] Quanquam in familias paſim & ſine lege diſperſi, nihil in commune conſultant: tamen, quia ſingulis aliquot ſimul conjuges, & plures ob id liberi agnatique ſunt, nusquam pauci. Ex his qui ultra deſerta eſſe memorantur, [21] Atlantes ſolem exſecrantur [22] & dum oritur, & dum occidit, ut ipſis agrisque peſtiferum. Nomina ſinguli non habent: non veſcuntur animalibus: neque illis in quiete [23] qualia ceteris mortalibus viſere datur. Trogodytis

19. *Quia id ſolum optimum eſt*] Convenientior lectio, *opimum eſt*. Pintian.

20. *Quanquam in familias paſſim & ſine lege diſperſi, nihil in commune conſultant, tamen quod ſingulis*, &c] Legendum diverſa diſpunctione, & *diſperſis*, non *diſperſi*; hoc modo: *Quanquam in familias paſim & ſine lege diſperſis nihil in commune, conſultant tamen*, &c. Idem.

Quanquàm in familias paſim &c.] Melius, *Quique*, ex compendiis litteratum natum mendum. Schott.

21. *Atlantes ſolem exſecrantur & dum oritur & dum occidit*] Scribo, *Atlantes ſolem exſecrantur dum oritur*: reliqua redundant, ex Herodoto, Diodoro & Stobaeo titulo de *Legibus* & *Moribus*. In quo etiam vitioſè *Apharantes* pro *Atlantes* ſcriptum invenias. Idem.

22. *Et dum oritur, & dum occidit*] Cogor, velim nolim, vi veritatis Pintiano repugnare: nihil enim delendum; ex Plinio lib. v. cap. 8. *Atlantes*, inquit, *degeneres ſunt humani ritus, ſi credimus: nam neque nominum ullorum inter eos appellatio eſt, & Solem orientem occidentemque dira imprecatione contuentur, ut exitialem ipſis agrisque.* & Solino cap. 34. *Diris Solis ortus excipiunt, diris occaſus proſequuntur*: & Herodotus ipſe, Valla interprete, dubiè loquitur, Solem transſcendentem. Schott.

23. *Qualia ceteris mortalibus*] Somnia ſecundum quietem non videre Atlantes Herod. Plinius, & Solinus. Talia de Cleone Daulienſi, & Thraſymede Heraeenſi

dytae, nullarum opum domini, [24] ſtrident magis quàm loquuntur, [25] ſpecus ſubeunt, alunturque ſerpentibus. [26] Apud Garamantas etiam armenta ſunt, eaque obliqua cervice paſcuntur; nam pronis directa in humum cornua officiunt. Nulli certa uxor eſt. Ex his qui tam confuſo parenti-

Plutarch. *de Defectu Oracul.* in fine. IDEM.

24. *Strident magis*] Veſpertilionum more. Herod. *Melpomene*, unde totus hic locus à Pintiano feliciter reſtitutus eſt: adde & Plinium lib. XI. cap. 38. initio, ubi de Troglodytis; & lib. V. cap. 7. qui locus etiam mendoſus, ab eodem emendatus. IDEM.

25. *Specus ſubeunt*] Hinc *Troglodytae* dicti, quaſi cavernas ſubeuntes. In membranis antiquis *Trogodytas* ferè ſcriptum reperias, & apud Strabonem perpetuò; quam ſcripturam & Heſychius Alexandrinus agnoſcit, qui τρώγας non ſecus atque τρώγλας, *foramina* interpretatur. Utrumque igitur teneatur. IDEM.

26. *Apud Garamantes etiam armenta ſunt, ea quae obliqua cervice paſcuntur*] Hoc *Troglodytis* congruit, de quibus ſtatim ante diſſeruit, non *Garamantibus*. Nihilominus ſunt & *Garamantibus* ſua armenta, quae tamen non obliqua cervice paſcuntur, ſed retro ambulantia, ob eandem cauſam, quam hic exponit Mela. Quorum utrumque à Plinio traditur, illud lib. XI. cap. 37. hoc lib. VIII. cap. 24. de bubus. Certumque habeo, utrumque etiam à Mela memoriae proditum eſſe, ſi ejus opus integrum, non fragmentum ad tempora noſtra deſcendiſſet. Multa enim verba plurimis in locis deſiderantur, quod liquebit ſingula diligentius rimanti, & cum ahis Auctoribus, Graecis praeſertim, conferenti. Praeterea quod ſubjungit, nulli Garamantum eſſe certam uxorem, & ex his, qui tam confuſo coitu naſcuntur, quos pro ſuis alant, formae ſimilitudine agnoſci, falſum eſt: *Auſenſibus* enim hoc tribuit Herodotus, non *Garamantibus*. Quam ob rem non ſit mihi fraudi, ſi interdum in rebus, tanto vetuſtatis ſitu obrutis, audaculus fuero. Compluſculos itaque hos verſus commuto, reſarcio, legoque ad hunc modum: *Troglodytae nullarum opum domini ſtrident magis quam loquuntur. Specus ſubeunt, alunturque ſerpentibus. Armenta habent, quae obliqua cervice paſcuntur, nam pronis directa in humum cornua officiunt. Apud Garamantas etiam armenta ſunt quae retro ambulantia paſcuntur. Apud Auſenſes nulli certa uxor*, &c. Herodotus in *Melpomene* de Auſenſibus: *Iidem*, inquit, *promiſcuè cum mulieribus non unà habitantes, ſed pecudum more concumbunt. Ubi apud mulierem puer robuſtus factus eſt, apud quem virum habitare ſuſtinet (nam tertio quoque menſe viri conveniunt) ejus filius cenſetur.* Sic Laurentius convertit, haud ſanè rectè. Debuit enim vertere non, *apud quem virum habitare ſuſtinet*, ſed *cui viro ſimilis eſt*: Graecè enim eſt *cui venerit*, hoc eſt, *cui ſimilis exſtiterit*. De cetero, etſi de Troglodytis Mela dicat ſerpentibus ali, paſtoralem tamen eos vitam agere, dimicare pro paſcuis, & oves habere, mulctarique ove, qui cum Regi-

rentium coitu pasim incertique nascuntur, [27] quos pro suis colant, formae similitudine agnoscunt. [28] Augilae Manes tantùm Deos putant; per eos dejerant; eos ut oracula consulunt; precatique quae volunt, ubi tumulis incubuere, pro responsis ferunt somnia. Feminis eorum solemne est, nocte

Regina concubuerit, Strabo prodit. PINTIAN.

Apud Garamantes] Sic edit Vossius, sic citat tanquam in aliis editionibus legeretur, sic ipse etiam refingens Melam proponit, & tamen non suis non observationibus dicit *his subjungit Garamantas*. Quam indigna varietas? Scias tu, Lector, in editionibus Philippi Juntae, Schotti & Sanctii pluriumque, Pintianum in sua Castigatione, etsi non in citatione, habere *Garamantas*, quod quum legerim quoque in MSS. reposui. GRONOV.

27. *Quos pro suis colant*] Castigo, *quos pro suis alant*. Parentum enim est, alere filios, filiorum, colere parentes. PINTIAN. Melius *alant*, coalescentibus duabus litteris. SCHOTT. *Alant* Pintianus reponit. Plinius tamen servos *benè cultos* lib. XVIII. ex Catone dixit, pro, benè habitos, aliique. IDEM.

28. *Augilae Manes tantum Deos putant*, &c.] Aut ego erro, aut noster Mela hîc etiam errat, & quidem ita manifestè, ut nulla eum advocatione defendi posse putem. Error tamen est memoriae, ideoque ignoscendus. Porro si semel Melam errasse constiterit, eodem errore tenebitur Triumviratus ille Plinii, Solini, Marciani. Duo enim posteriores è Plinio hoc mutuati, Plinius è Pomponio, ut verissima sit sententia illa lib. III. *Naturalis Histor. Haud alium esse fidei proniorem lapsum, quam ubi falsae rei gravis auctor exstitit.* Sed dispiciamus prius, an vera prodiderit Pomponius. Nam ejus causa diligenter excussa, idem jus erit ceterorum. Subtexam autem Herodoti verba, à quo Pomponius feneratus videtur. Ea sunt ex *Melpomene* ad hunc maximè modum: *Auschysarum, quod ad occidentem vergit contingunt Nasamones, grandis natio, qui sub aestatem relictis ad mare pecoribus conscendunt ad locum Augila, decerptum palmulas. Nam palmae illic & permultae sunt & spatiosae & fructiferae omnes: ex quibus ubi palmulas praematuras decerpserunt, ad solem siccantes, maturè faciunt, deinde lacte maceratas sorbillant.* Ex his Herodoti verbis planum fit, diversos esse *Nasamonas* ab *Augilis*, & adscendere solitos Nasamonas ad urbem in mediterraneo Augila, ad decerpendas tantum palmulas. De eisdem rursus Nasamonibus Herodotus: *Nasamonibus*, inquit, *mos est cùm quis primùm duxit uxorem, prima nocte ut sponsa singulos convivas obeat veneris gratia, & ut quisquis cum ea concubuit, donum det illi, quod secum habet domo allatum. Jurejurando ac divinatione tali utuntur. Per eos viros, qui justissimi atque optimi apud illos fuisse dicuntur, jurant, illorum sepulcra tangentes. Divinant ad suorum accedentes monumenta, & illic, ubi preces peregerint, indormiunt: ubi quodcunque per quietem insomnium viderunt, eo utuntur.* Haec Herodotus: quae omnia, ut patet,

nocte qua nubunt, omnium ſtupro patêre, quî cum munere advenerint: & tum cum plurimis concubuiſſe, maximum decus; in reliquum pudicitia inſignis eſt. Nudi ſunt Gamphaſantes, armorumque omnium ignari: nec vitare ſciunt tela, nec jacere: ideoque obvios fugiunt, neque aliorum, quàm quibus idem ingenii eſt, aut congreſſus, aut colloquia patiuntur. Blemyis capita abſunt; vultus in pectore eſt: [29] Satyris,

tet, Mela compilavit: ſed quod Herodotus de *Naſamonibus* ſcripſit. Mela *Augilis* dedit, lapſu videlicet, ut dixi, memoriae: nam cùm legiſſet in Herodoto Naſamonas adſcendere ſolitos ad Augilas, quod Naſamonum erat, tranſtulit ad Augilas, Naſamonum conterminos. Ad haec *Naſamonas* eſſe non *Augilas* qui Manes tantùm Deos colant, Dionyſius Byzantinus confirmat: qui Romanorum armis deletos tradit Naſamonas, quòd Jovi nullam reverentiam cultumque impertirent. Illud non praeterierim, in exemplaribus Herodoti formis excuſis *Aegila* ſemper legi pro *Augila*, teſtante id etiam Stephano, qui notat eam dictionem neutralis eſſe generis, & *Augilitas*, ut dixi, populos non *Augilas* nominat. Sed *Augilarum*, &, qui ſtatim ſequuntur, *Gamphaſantum* vicinitas admonet, ne graver alterum etiam errorem notare duorum in litteris clarorum hominum. Quorum alter eſt Stephanus celeber inter Graecos urbium ſcriptor, qui mendoſum Herodoti exemplar nactus pro *Gamphaſantes*, *Garamantes* ſcripſit, aitque Garamantas cunctorum hominum occurſum effugere, nullumque admittere commercium; quod falſum eſt. *Gamphaſantum* enim hoc eſt, non *Garamantum*. Alter eſt Laurentius Vallenſis optimè de Romano ſermone meritus, nunquamque ſine honoris praefatione nominandus, qui in tralatione Herodoti in eundem incidit errorem, *Garamantas*, ut in corrupto invenit exemplari, pro *Gamphaſantas* reddens. Nam ſi *Garamantes*, ut ipſe vertit, omnium hominum commercium adſpectumque refugiebant, nihil bellicae armaturae habentes, ac ne defendere quidem ſeſe audentes, quomodo Plinius tradit *Garama* clariſſimum eſſe oppidum *Garamantum*, omniaque Romanis armis ſuperata & à Cornelio Balbo triumphata; & cur Silius in lib. III. inter ceteras gentes exercitus Annibalis *Garamantas* commmemorat. Quin & Herodotus non multo poſt *Garamantas* gentem eſſe ait inſigniter magnam: quod ſine occurſu & commercio hominum, qua ratione fieri potuerit, non video. PINTIAN.

29. *Satyris praeter effigiem*] Plinius haec omnia ad verbum in ſuum corpus *Naturalis Hiſt.* transtulit lib. V. cap. 8. De Satyris & Nicandri Scholiaſtes in *Alexipharmaca*. Lucianus in *Deorum concione*. Vide Turnebum lib. XVIII. *Adverſar.* cap. 8. SCHOTT.

30. *As-*

ris, praeter effigiem, nihil humani. [30] Aegipanum quae celebratur, ea forma est. Haec de Africa. 65

30. *Aegipanum*] Multus est Vossius in exferendo, quantam varietatem horum monstrorum didicerit, adeo ut denique accesserit ad Deum Christianorum à Tertulliano pronunciatum *Apolog.* cap. 16. postquam is descriptus erat *auribus asininis, altero pede ungulatus librum gestans & togatus.* Haec quum sint Tertulliani verba, apparet nihil fuisse porcinum. Attamen Vossius tacente licet Tertulliano & vocabulum praebente, cujus nulla pars ad porcum potuit pertinere, scribit fuisse *Onochoiriten*, tanquam ex asino & porco compositum monstrum; nec tamen quae pars aliquid asininum traxerit, significat. Atqui Tertullianus indicat vocabulum fuisse confictum ad res, quae adfictae erant simulacro. Unde patet ex variis lectionibus, quas collegit etiam Crojus in fine conjecturarum, scripsisse Auctorem *Onychotes*, in qua voce & aures asininae, & ungula pedis manifestè exprimitur. GRONOV.

CAP. IX.

Particularis ASIAE descriptio.

AEGYPTUS.

ASIAE prima pars Aegyptus [1] inter Catabathmon & Arabas, ab hoc litore penitus immissa, donec Aethiopiam [2] dorso contingat, ad meridiem refugit. [3] Terra expers imbrium, mirè

1. *Inter Catabathmon & Arabas*] Hoc est, inter finem Catabathmi & Arabas: nam est magnus Tractus à principio Carabathmi usque ad finem versus Aegyptum. OLIVAR.

2. *Dorso*] Propterea vocatur Aethiopia sub Aegypto. IDEM.

3. *Terra expers imbrium*] Hinc eam Nilus inundatione sua irrigat. De Nili nomine Theocriti interpres Εἰδυλ. ξ. Servius in IV. *Georg.* & Heliodorus *Aethiopicae Hist.* λόγῳ θ'. νέαν ἰλὺν δι' ἐτῶν ἐπάγοντα, καὶ Νεῖλον ἐντεῦθεν ὀνομαζόμενον. Sic & Eustathius in *Dionysium* Περιηγητήν. Uterque etiam in Nili nomine dierum anni numerum mysterio quodam contineri sagaciter observavit: κατὰ δύναμιν τῶν ἐν αὐτῷ στοιχείων πεσύμενον, τὸν τῆς

mirè tamen fertilis, & hominum aliorumque animalium perfecunda generatrix. Nilus efficit, amnium in Noſtrum mare permeantium maximus. Hic ex deſertis [4] Africae miſſus, nec ſtatim navigari facilis, nec ſtatim Nilus eſt: & cùm diu ſimplex ſaevusque deſcendit, [5] circa [6] Meroën latè patentem inſulam in Aethiopiam diffunditur, [7] alteraque parte Aſtaboras, altera Aſtape dictus eſt. [8] Ubi rurſus coit, ibi nomen hoc capit. Inde partim aſper, partim navigia patiens, [9] in immanem lacum devenit: ex quo praecipiti impetu egreſſus, & [10] Tachempſo alteram inſulam amplexus [11] usque ad Elephantinem

ἀμβιὸν συιτεαῖ. De his alibi. SCHOTT.

4. *Africae miſſus*] Lege *emiſſus*. Et ſtatim: *Sed cum diu ſimplex*. IDEM.

5. *Circa Meroën*] Dividitur. OLIVAR.

6. *Meroën latè patentem*] Eadem Plinius lib. v. cap. 9. & 10. & Solinus cap. 35. qui dexterum alveum *Aſtuſapen* appellant. Straboni Ἀσάπης vel Ἀσοσάζας initio lib. XVII. *Aſtupen* vero ab Aethiopiae incolis Nilum vocari, ut inf. lib. III. cap. 3. *Nuluch* nuncupatum. Legendus & Aethicus, ubi de Aſia provincia. Pòſt paulo *Elephantidem urbem*, vitioſè quidam excuderunt. SCHOTT.

7. *Altera ex parte Aſtabores, altera Aſtape*] Scribendum *Aſtaboras* & *Aſtapus*, ex Plinio, Strabone, ceteris. BARBARUS.

Alteraque ex parte] MSS. tres, *alteraque parte*. lib. I. cap. 17. *promuntorium, quod altera parte alium* ſinum *efficit*. lib. I. cap. 19. *Montes altera parte in Euxinum obverſi*. GRONOV.

8. *Ubi rurſus coit*] Poſt Meroën inſulam: tunc vocatur Nilus. OLIV.

9. *In immanem lacum*] Quem videtur ſignificare nummus Hadriani iſte inter Crojanos Tab. XXXIX. N. 7. ubi & Hippopotamus & Crocodilus. GRONOV.



10. *Talenſo alteram inſulam amplexus ad Elephantilem*] Scribendum, *Tachempſo*, & *Elephantidem*, ex Herodoto, Strabone, Plinio. BARBARUS.

11. *Usque ad Elephantidem urbem Aegyptiam*] Scribendum *Elephantinem*, non *Elephantidem*: neque enim univerſa in Aegypto aut regio

nem urbem Aegyptiam [12] atrox adhuc fervensque decurrit. Tum demum placidior, & [13] jam benè navigabilis, primùm juxta Cercasorum oppidum triplex esse incipit. Deinde [14] iserum ite-

regio est aut urbs, quae *Elephantis* appelletur. *Elephantines* autem urbis & insulae Aegypti omnes, & dii, & homines meminere. Ut erret vir doctus & multae lectionis Hermolaus, qui in Plinio, & aliis Latinis Auctoribus mendis scatentibus *Elephantidem*, ut veram legitimamque lectionem agnoscat. Pintian.

12. *Atrox fervensque decurrit*] Efficitque *Catadupa*, seu *Cataractas*, ubi ex altissimis montibus Nilus praecipitat: & gens ea, quae illum locum accolit, propter magnitudinem sonitus sensu audiendi caret. Cicero VI. *de Republ.* Schott.

13. *Jam penè navigabilis*] An hae voces non eundem ferè, immo eundem planè sensum habent, quem praecedentes, *partim asper, partim navigia patiens?* Hanc enim descriptionem admittens fluvius penè est navigabilis. Sed mittamus haec. An Pomponius adeo fuit attentus ad notandum, ubi non possit navigari, quam remissus & negligens in observando loco, ubi potest commodè navigari? Non patitur hoc sedulitas Pomponii, & est putidus lapsus editorum. In duobus enim MSS., quibus tertius accedit Mediolanensis, exstare scio *jam benè navigabilis*, quod tam verum est, quàm falsum alterum, quod quidem falsissimum. Immo haud dubiè sic legit Plinius & hunc locum respicit scribens lib. V. cap. 9. *navigationis Aegyptiae finem.* Sed & natura descriptionis fluviorum & ipsius nostri Auctoris hanc emendationem exposcit: nam planè sic procedit in Garumna lib. III. cap. 2. quem quum dixerat à fonte diu vadosum & vix navigabilem, postea ait non navigia modò tolerantem, sed & majora. Gronov.

14. *Iterum iterumque divisus, ad Deltae acumen it per omnem* &c.] Placet vobis, viri docti, haec iners Vossii procacia, simul in Salmasio, simul in Pomponio? Quid si probemus, an Nilus ad Deltae acumen potest dici ire per omnem Aegyptum? an non ad Cercasorum jam incepit id facere? an ad Deltae acumen in plures quam tres alveos potest scindi, aut scinditur? ubi autem potest dici iterum iterumque divisus? utrum ad illud ipsum acumen? an ad aliud quid? Absit ut mihi haec placeant: idque jam in Praefatione praecedentis editionis tetigi: & non ausus fuit Vossius ad hoc acumen ultra accedere, solum istud effugiens, ut videatur ab ipso mox istud acumen fuisse fastiditum. Imo sicut supra Cercasorum oppidum designavit, ubi prima divisio fieret; sic eripi mihi nequit, nunc quoque duo loca indicata fuisse ab Auctore, ad quae fieret tum secunda, tum tertia divisio. Id evincit illa constans omnium codicum lectio *ad Delta & ad Melin*, ut quidem adseverat Vossius; sed in duobus scio esse *Deltam.* In Mediolan. *ad Deltam & ad Melyn.* Id evincit continuus mos Melae. Sic lib. III. cap. 1. dicit: *Tum reducta iterum, iterumque recto margine jacens extenditur.* Sic enim illic distinguo deferens Vossium. Ait reductam iterum esse, nempe post flexum priorem: reductam verò innuit

iterumque divisus [15] ad Deltam & ad Melin, it per

circa Ebora, ubi portum statuit, qui plerumque solet in sinu esse: iterum verò jacet recto margine circa turrim Augusti. Suprà hoc libro cap. 2. *Ab eo obliquat iterum ad Bosporum: iterum iterumque ad Ponticum latus curva.* Sic enim habere codices meliores indicat Vossius. Unde ejus memor in capite postremo hujus libri post Trapezunta notat angulum fieri: deinde circa Cygnum esse primum flexum curvi litoris. Quod utiam facere potuisset etiam lib. III. cap. 2. ubi Rhenus Flevonem insulam amplexus dicitur *fieri iterum arctior, iterumque fluvius emittitur.* Verùm Vossius quasi ludere Pomponium in hac iteratione statuit: perinde ac Martiali dicitur Paulinus *thermis, iterumque iterumque lavari*, lib. II. *epigr.* 14. *Melis* etsi in reliqua vetere Geographia sit ignotum vocabulum, non est utique solum: sunt alia ejusdem fati. Debent autem annotari tres praecipuae Nili divisiones, ut fit ab Herodoto, sic à Mela. Harum prima fit ad Cercasorum oppidum; deinde quum εἰς τὸ ἔξω τῶ Δίλτα ἀπικνέῖται, τὸ ἀπὸ τούτου σχίζει τὸ Δίλτα μέσον, & simul facit ἕτερα διφάσια ῥόμματα: sequuntur adhuc δύο ῥόμματα ἐκ ἰθαγενέα, ἀλλ' ἀμφοτερὰ, Bolbitinum & Bucolicum. Haec nova est, quod Herodotus non nominarit locum, unde illa incipiant. Pomponius ergo noster aliunde signavit urbem *Melin*, unde istae fossiones progressae sint. Id retineo nomen, non cum Pintiano *Memphin* substituens, quae ibi non est, sed ad principium Deltae, teste Diodoro Siculo lib. I. pag. 46. IDEM.

15. *Ad Deltam & ad Melin*] Scribendum *ad Delta & ad Metilin*, ex Plinio ac Stephano, qui ait, urbem Metilin Alexandria non procul esse, *Bechin* modò nominatam, id est, Βίκιν, unde *Metilites nomos.* BARBARUS.

Deinde semel iterumque divisus ad Delta & Metelin] Legendum quidem erat *Metelin* penultima producta, non *Metelin:* ea hic civitas redderetur, quam idem putat Hermolaus, à qua *Metilites nomos* seu *praefectura* Ptolemaeo, Stephano, Plinio. Sed cùm ante Hermolaum *Melin* corruptè legeretur, ipse pro *Melin*, *Metelin* substituit, nulla neque auctoritate, neque, ut ego puto, ratione. Re igitur diligentiore cura animadversa, puto legendum, *à Delta & Memphi*, hoc est, post Delta & Memphin: nam Mela, ut ipse inter initia testatus est, clarissima quaeque loco consectatur. *Memphis* autem, teste Marcellino lib. XXVII. magna fuit urbs; & Strabo lib. XVII. magnam populosamque fuisse affirmat, & secundam post Alexandriam, regiamque Aegyptiorum, adstipulante etiam Plinio. Ceterùm tria haec loca à Mela hic memorata, *Cercasorus*, *Delta*, & *Memphis*, propinqua sibi mutuo fuere, Herodoto auctore in *Euterpe.* Plinius quoque *Memphin* urbem prope Delta fuisse his verbis monstrat: *Arsinoitae* inquit, (*duo hi sunt*) *& Memphitae usque ad suum Delta perveniunt*, Confirmat hoc ipsum Diodorus lib. II. Memphin asserens circa Delta conditam esse. Quin & Strabo Memphin à Delta tribus schoenis abesse scribit. *Schoenus* autem, ut hoc quoque in transitu & paucis notetur, 40. stadia agit Straboni in undecimo, Herodoto 40. Plinio 30. Divisio autem *Nili*, quoniam res videtur digna cognitu, nec longa est fabula, aut à proposito aliena, sic se habet. A Catadupis usque ad *Cercasorum*, uno tantum alveo pervenit-

per omnem Aegyptum vagus atque dispersus: septemque in ora se scindens, singulis tamen grandis, evolvitur. Non pererrat autem tan- 25
tùm eam, sed [16] aestivo sidere exundans etiam irri-

venit. Deinceps tripartitus fit alveus, quorum qui tendit Auoram *Pelusiacum*; alter qui ad Vesperam *Canopicum* ostium dicitur. Tertius quo rectà Nilus meat delatus per superiora, in acutum Deltae proficiscitur: dehinc medium Delta scindens, in mare evadit, & *Sebenniticum* nominatur. A quo duo alia dividuntur ostia, quorum alterum Saiticum, alterum vocatur *Mendesium*: nam quae *Bolbitinum & Bucolicon* nominantur, non sunt nativa ostia, sed defossa. Haec ex Herodoto in *Euterpe* fere ad verbum. Ex quibus patet ad Cercasorum primam Nili divisionem fieri in ipso Deltae acumine. Deinceps relicto à tergo Delta & clarissima urbe Memphi, quae abest à Delta xx. M. passuum, fit secunda, postremò tertia. Nam si *ad Delta* legatur, ut vult Hermolaus, sequeretur illud absurdum, ad Delta fieri primam, secundam & tertiam Nili partitionem. Locus enim ille acutus apud *Cercasorum*, unde prima partitione triplex fieri Nilus incipit, Delta propriè vocatur. Si igitur prima partitio ad Delta fit deinde semel iterumque, ut Pomponius ait, ad Delta dividitur, ergo omnes tres partitiones fiunt ad Delta; quod rationi & communi sensui repugnat. Pintian. Quid nos in intellectu hujus loci senserimus, in promptu est legere in Scholiis nostris. Postea conjectationem illam inivimus, num verior sit lectio: *Deinde semel iterumque divisus, ac Delta medium scindens, it per omnem Aegyptum* &c. ut *Delta* hic significet, non acutum Deltae, sed totam litterae aream, quae propriè vocatur Aegyptus, spatiumque inclusum intra duos alveos, *Canopicum* & *Pelusiacum*. Ita Pomponius minus à suo Herodoto submotus erit: Cujus verba, ut dixi, sunt: *Tertius, quo rectà Nilus meat, delatus per superiora in acutum Deltae proficiscitur. Dehinc medium Delta scindens in mare evadit.* Quod si verborum ordinem mutari permitteretur, optimè omnium legeretur hoc pacto: *Deinde semel iterumque divisus, it per omnem Aegyptum vagus atque dispersus, ac Delta medium, septemque in ora se scindens, singulis tamen grandis evolvitur.* Scio plerosque, qui semel praesumpserunt exstare Pomponium, miraturos hanc meam in novanda immutandaque Melae lectione audaciam, temeritatemve: sed si hanc falsò conceptam opinionem exuant, cogitentque vix ad nos tanti Auctoris umbram perveniisse; laudabunt, puto, voluntatem hanc meam, qui quocumque famae dispendio conor pulcherrimum Auctorem, si non in integrum (hoc enim desperandum est) ad figuram tamen aliquam pristini candoris, aut tramam figurae, ut Persius ait, reducere. Idem.

Ad Delta & Metilin] A glossa est, ideo delendum. Schott.

16. *Aestivo sidere exundans*] Proprium hoc Nilo, cum flumina omnia fervore & siccitate exarescant: nisi quod *Inopo*, insulae Deli fluvio, idem accidere compertum. auctor Plinius lib. II. cap. 103. & Callimachus in *Hymno Deli*. Hinc Lycophron ex Nilo originem trahere putat. Tigrim

irrigat, adeò efficacibus aquis ad generandum alendumque, ut praeter id quod ſcatet piſcibus, quòd Hippopotamos Crocodilosque, vaſtas beluas, gignit, [17] glebis etiam infundat animas, ex ipſaque humo vitalia effingat. Hoc eo manifeſtum eſt, quòd, ubi ſedavit diluvia, ac ſe ſibi reddidit, per humentes campos quaedam nondum perfecta animalia, ſed tum primùm accipientia ſpiritum, & ex parte jam formata, ex parte adhuc terrena, viſuntur. Crescit porrò, [18] ſive quòd ſolutae magnis aeſtibus niquoque & Euſratem ſimili incremento agros rigare, non tamen ſtercorare & fecundare, Strabo, Plinius, Solinus, Ammianus & Lucanus. IDEM.

17. *Glebis infundat animas*] Tibullus lib. I. *eleg.* 7. de Nilo:

Te propter nullos tellus tua poſtulat imbres,
Arida nec pluvio ſupplicat herba Jovi.

Claudianus:

Felix qui Pharias proſcindens vomere terras
Aegyptus ſine nube ferax.

Lege Ovid. I. *Transform.* Cic. II. *de Natura Deorum*, & Plinium lib. IX. cap. 58. Illud verò maximè ſtupendum, Nili aquâ fecundas reddi mulieres, ut ex Ariſtot. Strabo, ex Apollodoro Euſtathius in Περιηγητήν. IDEM.

18. *Sive quòd ſolutae*] Variorum hic Philoſophorum opiniones recenſet ex Herodoto ſuo. Prima Anaxagorae: Secunda Ariſtochii: Tertia Thaletis Mileſii: Quarta Nicagorae eſt, cum ait: *Quòd ſi eſt alter orbis.* Vide infrà lib. III. cap. 9. fin. Ephori verò ſententia praetermiſſa, ceteris veriſimilior; caeco quodam alveo ab Oceano fluere, cùm ſalſas aquas aliquando detulerit: ut ex Theophraſto, & Juba rege tradit Seneca lib. IV. *Natural. Quaeſt.* Sed quoniam verè Herodotus, περὶ τῶν τὲ Νείλε πηγέων ἐδεὶς ἴχει λέγειν. & Lucanus:

Arcanum natura caput non prodidit ulli.

idemque Claudianus affirmet; otio & litteris non abutar in excutienda hîc quaeſtione maximè ardua; *de origine & fonte Nili, cauſſisque incrementi:* quae omnia omnium ferè aetatum ingenia exercuit: hîc ſudat Herodotus, Diodorus, Strabo, Heliodorus, Plinius, Seneca: & quis non hîc laborat? Sed omnium opiniones ſingulari Commentario, Deo faciente, aliquando complectemur. Cujus deſiderium ut leniam, adſcribam quae ex Luſitanorum, qui eam oram luſtrarunt, Chronicis depromſi. Eſt palus ingens, cujus longitudo centum amplius leucarum eſt. Haec multa flumina ex ſe emittit, atque adeo in diverſa maria: hinc oritur Nilus, nunc *Tacui* vocitatus ab incolis Abexiis, qui ſunt Preſti Joannis. Recipit duos inſignes fluvios Aſtaboram, & Aſtapum

nives, ex immanibus Aethiopiae jugis, largiùs quàm ripis accipi queant, defluunt: ſive quòd ♃ ſol hieme terris propior, & ob id fontem ejus minuens, tunc altiùs abit, ſinitque integrum, & ut eſt plenisſimus, ſurgere: ſive quòd per ea tempora flantes [20] Eteſiae, aut actas à ſeptentrione in meridiem nubes ſuper principia ejus imbre praecipitant; aut venienti obvii adverſo ſpiritu curſum deſcendentis impediunt; aut arenis, quas cum fluctibus litori applicant, oſtia obducunt: [21] ſitque major, vel quòd nihil ex ſemet amittit; vel quòd plus quàm ſolet accipit; vel quòd minus quàm debet emittit. Quod ſi eſt alter Orbis, ſuntque oppoſiti nobis â meri-

pum, nunc *Tarazi*, & *Abagni*. *Abagni*, pater aquarum ſonat apud illos. Ex altero lacu procedit Coloe ſcil. ut inquit Ptolemaeus, nunc *Barçena*. Poſtea Nilus cùm aliquatenus ſimplex & ingens proceſſit, ſcindit ſe ambitque terram *Sophalam*, cujus eſt circuitus DCCL. leucarum. Hujus imperium poſſidet *Benomotapa*: ſic illi Imperatorem vocant. Fortaſſe haec illa eſt Meroë, de qua Mela. Haec de multis ex Jo. Barroſii Luſitani Decad. I. libro X. Latina fecimus. IDEM.

19. *Sed hyeme terris propior*] Terris videlicet, ubi Nilus oritur: nam quando Aegyptiis eſt hyems, illis terris eſt aeſtas; propterea ſol eſt propior illis terris. OLIVAR.

Sol hieme terris propior] Non enim ſemper in eadem Eccentrici linea verſatur, ſed aeſtate in altiſſimo & remotiſſimo loco à terra extollitur: Ἀπόγειον ſeu Augem Aſtrologi vocant. Hieme verè terris propior eſt Eccentrici differentia, id eſt, dimetris XXIV. ut placet Ptolemaeo. Non eſſe autem idem centrum Solis & poli ex Theoricis planetarum didicimus. Hinc etiam Indi & Aethiopes ſub Capricorno, quàm ſub Cancro magis peruſti. Hoc ideo adnotandum putavi, quod non intellexiſſe Olivarium Valentinum, à Philoſophia alioqui non alienum, videam. SCHOTT.

20. *Eteſiae*] Venti ſunt anniverſarii, qui poſt aeſtivum Solſtitium ſpirant, A. Gellius lib. II. cap. 22. & Plinius lib. II. cap. 47. De his multa Aldus Manutius Pauli F. ad Julii Caeſaris Comment. collegit; ubi qui volet, ſitim expleat. IDEM.

21. *Fitque major vel quòd nihil ex ſemet amittit, vel quòd plus quam ſolet accipit, vel quòd minus quàm debet emittit*] Haec verba procul dubio non ſunt Melae, ſed Lectoris volentis compendio amplecti ante dictas incrementi Nili cauſas: quae in margine libri ſcripta, Librariorum inſcitia Pomponianae lectioni inſeruit. PINTIAN. Nihil delendum cenſeo ſine librorum veterum auctoritate. Eſt enim ſatis apta enumeratio. SCHOTT.

ridie Antichthones; ne illud quidem â vero nimium abscesserit, in illis terris ortum amnem, ubi subter maria caeco alveo penetraverit, in Nostris rursus emergere, & hac re solstitio accrescere, quòd tum hiems sit unde oritur. Alia quoque in his terris mira sunt. In quodam lacu Chemmis insula, lucos silvasque & Apollinis grande sustinens templum, natat, & quocunque venti agunt, pellitur. [22] Pyramides tricenûm pedem lapidibus exstructae; quarum maxima (tres namque sunt) [23] quatuor ferè soli jugera sua sede occupat, totidem in altitudinem erigitur. Moeris, aliquando campus, nunc lacus, [24] vi-

22. *Pyramides tricenûm pedum lapidibus exstructae: quarum maxima (tres namque sunt) IV. soli jugera sua sede occupat*] Legendum videtur, non IV. *soli jugera*, sed XXXII. Nam quadrata erat Pyramis, & frontes singulae octona jugera occupabant, auctore Herodoto in lib. II. Item non *sua sede* scribendum puto, sed, *qua sedet*. Nam & Aldus, *quae sedem occupat* legit, ut in descriptione Bithyniae: *trans amnem sedet in cervice peninsulae Cyzicum*. & in Thracia: *& in radice magnae peninsulae sedens Lysimachia*. & lib. III. in Hispania: *& tres arae, quas Sestianas vocant, in peninsula sedent*. PINTIAN. Locus est mutilatus, & inversus. Dixi in Commentario nostro, quae mihi pro tempore occurrerunt: nunc illis damnatis, scribendum arbitror ad hunc modum: *Pyramides; quarum maxima (tres namque sunt) tricenûm pedum lapidibus exstructae* IV. *frontibus octona soli jugera sua sede occupat*: seu, *qua sedet, occupat*, ex Herodoto in *Euterpe*. Quo auctore non omnes Pyramides tricenûm pedum lapidibus exstructae sunt, sed maxima trium. Et *frontibus* scribo, non *ferè*. Cur enim, quod ab Herodoto simpliciter traditur, hîc noster maximus ejus compilator, adstringeret, coërceretque per hanc voculam *ferè*? Addidi etiam numerum *octona*, qui mihi omissus negligentia Librariorum esse visus est: lege Herodotum; deinde confer cum Pomponio & Plinium lib. XXXVI. cap. 12. IDEM.

23. *Quatuor ferè soli jugera sua sede occupat*] Multum circumspexi, qua ratione ex lectione vel codicis Vaticani *jugera quae sede*, vel unius ipsius *jugera quae cede*, vel alterius optimi & antiquissimi *jugera quo cedat*, Vossius effingat *jugera quoque latere*? nec quidquam reperio, si à feroci ejus arbitratu discedas. Communiter autem vetus scriptura convenit Vaticano, Juntina *quae sedem*. Unde collegi Melam scripsisse *aequa sede*. Sic lib. III. cap. 8. *Terris ei omnem partem & aequa portione cedentibus*. & cap. seq. *pulchri forma, aequi corporis* Aethiopes. GRONOV.

24. *Vi-*

[24] viginti milia paſſuum in circuitum patens, 65 altior quàm ad navigandum magnis onuſtisque navibus ſatis eſt. [25] Pſammetichi opus [26] Labyrinthus, [27] domos *ter* mille & regias duodecim perpetuo parietis ambitu amplexus, [28] marmore exſtru-

24. *Viginti millia paſſuum in circuitu patens*] Erratum rurſus in numero, ſcribendumque *quadringenta quinquaginta millia paſſuum*; ex Diodoro lib. I. prodente patere hunc lacum ſtadiorum tria millia ſexcenta, quae faciunt CCCC. L. M. paſſ. confirmante id quoque Herodoto in *Euterpe* ad verbum. PINTIAN. Plinius lib. V. cap. 9. *Aegyptus ſuper ceteram antiquitatis gloriam* XX. M. *urbium ibi Amaſi regnante habitata praefert; nunc quoque multis etiamſi ignobilibus frequens: celebratur tamen Apollinis, mox Leucotheae, & Diospolis magna: eadem Thebae portarum C. nobilis fama, copioſa Indicarum Arabicarumque mercium, Nilo proximum Emporium.* SCHOTT.

25. *Pſammetiae opus Labyrinthus*] Scribo *Pſammetichi*, non *Pſammetiae*, ex Plinio, Strabone, Diodoro, Herodoto. BARBARUS.

26. *Labyrinthus*] Quatuor toto orbe celeberrimos enumerat Plinius lib. XXXVI. cap. 17. *Aegyptium* hunc, omnium maximum. *Cretenſem*, de quo Ovid. lib. VIII. *Metamorph. Lemnium* ex columnis: & *Italicum* à Porſena ſepulcri cauſſa extructum. SCHOTT.

27. *Domos mille*] Scribendum *ter mille*, ex eodem Herodoto: quarum dimidia pars erant ſubterraneae, reliquae illis ſuperpoſitae. PINTIAN.

28. *Marmore exſtructus ac tectus*] Herodotus dicit ὁρῶν πάντων τέτων λιθίνη, κατάπερ οἱ τοῖχοι. Iſta autem πάντα ταῦτα reſpiciunt ad praecedentes αὐλὰς & φοίνιγματα & παστάδας. Ut id Herodotus non de ipſo Labyrintho, (qui tamen inde conſtabat) ſed de partibus ejus dixerit; dubitarique debeat, an non Mela, ſatis Herodotum intelligens, ſcripſerit *exſtructas ac tectas*. In nummis qui effinxerint Labyrinthum, patet ex hoc Auguſti, & altero Aure-





exſtructus ac tectus, unum in ſe deſcenſum habet, intus penè innumerabiles vias, multis ambagibus huc & illuc remeantibus, ſed [29] continuo anfractu, & ſaepe revocatis porticibus ancipites: quibus ſubinde alium ſuper alios orbem agentibus, & ſubinde tantùm redeunte flexu quantùm proceſſerat, magno & explicabili tamen errore perplexus eſt. Cultores regionum multò aliter à ceteris agunt. Mortuos limo oblíti plangunt: nec cremare aut fodere fas putant; verùm arte medicatos intra penetralia collocant. [30] Suis literis perverſe utuntur. Lutum inter manus, [31] farinam calcibus ſubigunt. [32] Forum ac

Aurelii. GRONOV.

29. *Continuo anfractu*] *Flexu* ex Varrone. OLIVAR.

30. *Suis litteris perverſè utuntur*] Dictio *ſuis* ſuperfluit, ut in eo quod ſequitur; *& extra ſua tecta capiunt*: redundat enim *ſua*. PINTIAN.

Suis litteris perverſè utuntur] Scribunt enim à dextera ad ſiniſtram. OLIVAR.

Litteris perverſè &c.] Ut & Hebraei, Syri, & Chaldaei: de quo legendi qui de Cabala ſcripſerunt. SCHOTT.

31. *Farinam calcibus ſubigunt*] Ut hodieque Brabanti noſtri. Strabo lib. ult. *Geograph.* ex Herodoto illud laudat: ἀλλοθι καὶ τὸ Ἡροδότου καὶ ἔστιν Αἰγυπτια κόν τὸ, τὸν μὲν πηλὸν ταις χερσὶ φυρᾶν· τὸ δὲ σῖτον τὸ εἰς τὴν αρτοποιΐαν τοὶς ποσί. IDEM.

32. *Forum ac negotia feminae; viri penſa ac domos curant: Onera illae humeris, hi capitibus accipiunt: Parentes cùm egent, illis neceſſe; his liberum eſt alere*] Eleganter haec Sophoclis cothurnus *Oedipo Colonaeo*; qui de filiis conqueritur, quòd patris curam negligerent, quum virgines Antigona & Ismena γηροβοσκίαν praeſtarent: Ω πάγ' ἐκείνω τοὶς ἐν Αἰγύπτῳ νόμοις Φύσιν κατοικαθέντε καὶ βίε τροφάς. Ἐκεῖ γὰρ οἱ μὲν ἄρσενες κατὰ σίγας Θαλὸσιν ἰσκεχῦντες· αἱ δὲ σύνομοι Τὰ ἔξω βίε τροφεῖα πορσύνεσ' ἀεί. Ubi Scholiaſtes antiquus ex Nymphodori *Barbaricae Hiſtoriae* lib. XIII. Ἔθεσι τὰ μὲν ἐναντίοις, τὰ δὲ ὁμοίοις χεῶνται Φοῖς Ἕλλησι· τὸ μὲν γὰρ ἐξίσασθαι τοὶς πρεσβυτέροις τὲς νεωτέρους, ὁμοτρόπως καὶ ἡμῖν δοκιμεῖσι· τῶν δ' ἄλλων ἐδέν. ἐν μὲν γὰρ τοὶς Ἕλλησιν οἱ μὲν ἄνδρες τὰ κατὰ τὴν ἀγορὰν οἰκονομεῖσιν αἱ δὲ γυναῖκες· ἔνδον μένεσαι ταλασιεργέσιν. ἐκεῖ δὲ αἱ μὲν γυναῖκες ἐν ἀγορᾷ περιπατέσι καὶ καπηλεύσιν· οἱ δὲ ἄνδρες κατὰ τὴν οἰκίαν ὑφαίνεσιν. ὁ γὰρ Σέσωστρις ἐκβηλύναι τὲς ἄνδρας βελόμενος ἅτε μεγίσης γώρας γεγενημένους καὶ πολλὲς ὄντας, ὅπως μὴ συρραφέντες ἐπ' ἰσομοιρίαν ὁρμήσωσι, τοὶ μὲν ἐκείνων ἔργα τοις γυναιξὶ,

ac negotia feminae, viri penſa ac domos curant; onera illae humeris, hi capitibus accipiunt: parentes cùm egent, illis neceſſe, his liberum eſt alere. Cibos palàm & extra tecta ſua capiunt: obſcoena intimis aedium reddunt. [33] Colunt effigies multorum animalium, atque ipſa magis animalia; ſed alii alia: adeò ut quaedam eorum, etiam per imprudentiam, interemiſſe, capitale ſit: & ubi morbo aut forte exſtincta ſint, ſepelire ac lugere ſolemne ſit. Apis populorum omnium numen eſt; bos niger, certis maculis inſignis,

γυναιξὶ, τὰ δὲ τῶν γυναικῶν ἐκείνοις προσέταξεν, ἵνα μὴ μόνον τῶν ὅπλων ἀναίσχυντοι γένωνται, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὸ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἀτιθάσσευτοι, ἀσμένως ἐπὶ τοῖς ὑπάρχουσι καταμένωσιν. ὅθεν τὰς μὲν γυναῖκας εἶναι, τὰς δὲ ἀνίσας τὰς τρίχας προσέταξε, καὶ τὰς μὲν ἐπὶ τῶν κεφαλῶν φέρειν τὰ φορτία, τὰς δὲ ἐπὶ τῶν ὤμων ἀναγκάσαι. ἔπειτα δὲ τὰς μὲν καθημένους, τὰς δὲ ὀρθὰς ἐξώσας οὐρεῖν. καὶ ταῖς μὲν δύο ἱμάτια περιβάλλειν, τοῖς δὲ ἕν. ὑπολαμβάνων ἅμα τοῖς ἐπιτηδεύμασι καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐκθηλύνεσθαι. ὁ δὲ καὶ Λυδοῖς ὕστερον συμπεσεῖν φασιν. Aegyptii (inquit, interprete Camerario) quod ad cultum ſenum attinet, ita obſervant, uti Graeci, in ceteris omnibus ab illorum moribus diſcrepantes. Nam in Graecia viri forum & judicia frequentant; at mulieres intra tecta lanam & telam tractant: In Aegypto vero verſantur foris mulieres; nentque ac texunt domi viri. Hoc conſilium Seſoſtris rex cepit, ut tali vitae ratione virilem ſexum effeminaret, illisque obedientibus, imperio uteretur: quod ſe conſecuturum putavit, injunctis virorum muneribus feminis, & harum, viris. Ita enim non modo inermi corpore, ſed & animo molli promtè facturos imperata credidit. Voluit igitur & comam nutrire viros, & mulieres tondere: itemque illos onera capite ſuſtinere, has humeris: praeterea viros binas, mulieres ſingulares tunicas ferre. Poſtremo ſtantes mulieres, ſubſidentes viros, mingere: ut pro vitae modo animi quoque enervarentur. Idem accidiſſe & Lydis Herodotus lib. I. ſcribit: & lib. II. hos diverſos Aegyptiorum mores ab aliarum gentium omnium moribus, & inſuper alios, recenſuit. IDEM.

33. *Colunt effigies*] Quod ridet ſatyricè Juvenal. *Sat.* XV. De Api Plinius lib. VIII. cap. 46. & Solinus cap. 35. Cicero *Tuscul.* lib. V. *Aegyptiorum morem quis ignorat? quorum imbutae mentes pravitatis erroribus, quamvis carnificinam prius ſubierint, quàm ibim aut aſpidem, aut felem, aut canem, aut crocodilum violent: quorum etiamſi imprudentes quidpiam fecerint, poenam nullam recuſent.* Et Strabo lib. XVII. Apidis templum apud Memphiticos conſtitutum ait, quod Oſiridis animam in bovem migraſſe putent.

O bella

nis, & cauda linguaque disſimilis aliorum. Ra-
rò nascitur, nec coitu pecudis, (ut ajunt) sed
divinitus & caelesti igne conceptus; diesque,
quo gignitur, genti maximè festus est. Ipsi vetu-
stissimi (ut praedicant) hominum, [34] trecentos
& triginta reges ante Amasin, & supra [35] trede-
cim milium annorum aetates, certis annalibus re-
ferunt: mandatumque literis servant, dum Ae-
gyptii sunt, [36] quater cursus suos vertisse sidera,
ac solem bis jam occidisse, unde nunc oritur.
Viginti

O bella μετεμψύχωσις! Lucanus extremo lib. VIII. *Pharsal.*

Semideosque canes, & sistra jubentia luctus;
Et quem tu plangens hominem testaris Osirim.

IDEM.

34. *Trecenos & triginta reges*] Haec sunt Herodoti. OLIVAR.

Trecenos & triginta reges ante Amasin & suprà &c.] Scribendum videtur: *trecentos & quadraginta reges ante Anysin & Sethon*, ex Herodoto lib. II. PINTIAN. Nec mihi implet animum correctio illa mea, ut pro *Amasin & suprà*, ut prius legebatur, *Anysin & Sethon* substituatur. Nam etsi mentio illa, CCC. XXX. regum, totque annorum & aetatum, cadat in Herodoto statim post reges *Anysin* & *Sethon*; tamen quia paulò post sequitur mentio *Amasis* clarissimi omnium Aegypti regum, nolo omnino, ut quippiam de antiqua lectione mutetur. IDEM.

35. *Tredecim millium annorum aetates*] Legendum fortasse, *totidem hominum aetatibus:* aut si placet numerum annorum retinere, & aetates hominum in annos resolvere, legi XI. M. CCCXL. *annorum aetates*, utrumque ex Herodoto in lib. II. PINTIAN.

36. *Quater cursus suos vertisse sidera, ac solem bis jam occidisse unde nunc oritur.*] Hic locus torsit multos viros doctissimos, & adhuc torquet. Sunt qui confugiant ad nescio quae aenigmata Astronomiae; alii ad annos triginta dierum. Nos verò in gratiam Geographorum & Historicorum locum exponemus. Nemini dubium est, Aegyptios pro certo habuisse, caelum nunquam habuisse initium: nam ex hoc fonte Plato Mundum nunquam incepisse dixit. Deinde Aegyptios tanta superstitione vetustatis laborasse, ut planè crediderint sidera circulos motu proprio ab Occidente in Orientem quater absolvisse: sed cum octava sphaera spatio centum annorum unum gradum peragat, erit unus cursus proprius triginta sex millium annorum: quae quater addita summam conficient centum & quadraginta quatuor millium annorum: hi erunt anni vetustatis Aegyptiorum. Sed quod sol bis occiderit unde nunc oritur, difficile erit exponere: quod tamen nos faciamus, summo nostri honoris periculo subituri hanc aleam; ob praejudicatam nonnullorum auctoritatem, quae in hoc loco non obstabit, quò minus liberè sentiamus. Notum est,

Sphae-

Viginti milia urbium Amasi regnante habitarunt, & nunc multas habitant. Earum clarissimae, procul à mari, Sais, [37] Memphis, Syene, [38] Bubastis, Elephantis, & [39] Thebae, [40] uti quae (ut Homero dictum est) centum portas, sive (ut alii ajunt) [41] centum aulas 105

Sphaeras caelestes duos habere motus, alterum diurnum, quo omnes sphaerae raptu firmamenti ab oriente in Occidentem rapiuntur, hoc quidem quatuor & viginti horarum spatio; & alterum proprium, quo unaquaeque ab Occidente in Orientem movetur supra alios polos. Octava sphaera spatio triginta sex millium annorum absolvit circulum, sol uno anno. Quod cùm ita sit, & sol ex sententia Aegyptiorum in fine cursus sui non solùm redeat ad eundem gradum, sed transeat ad alium sequentem, fit ut cùm octava sphaera attigerit punctum Orientis, hoc est, semicirculi, sol ipse confectas habebit decem & octo mille revolutiones. Cùm verò eadem octava sphaera absolvet alterum semicirculum usque ad Occidentem, sol peractas habebit totidem. Hoc modo supputando in duabus revolutionibus octavae sphaerae, sol erit in fine semicirculi, qui est ab Occidente in Orientem: hoc est, in Oriente ubi occidit, & in aliis duabus in eodem fine, ubi etiam occidit. Haec plana sunt, si quis sciverit supputare, & adhibuerit sphaeram materialem. OLIVAR.

Quater cursus suos vertisse sidera, ac solem bis jam occidisse, unde nunc oritur] Lego, *quater cursus suos vertisse solem, ac bis jam*, &c. reliqua superfluunt ex Herodoto lib. II. Praeterea videntur hic deesse aliquot verba ad complementum sensus ex eodem Herodoto evidentissimè. Ea sunt, *& bis illinc ortum esse, ubi non occidit.* Alioquin non *quater vertisse* sol cursus suos, sed *bis tantùm* intelligeretur. PINTIAN.

37. *Memphis*] Nunc est *Messer*. OLIVAR.

38. *Bubastis, Elephantis, & Thebae*] Legendum, *Bubastis, Elephantine, Thebae:* ut suprà ostensum est. PINTIAN.

39. *Thebae utique*] Homeri locus *Iliad.* I. vers. 381.

Οὐδ' ὅσ' ἐς Ὀρχόμενον ποτινίσσεται, οὐδ' ὅσα Θήβας
Αἰγυπτίας, ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται.
Αἳ θ' ἑκατόμπυλοί εἰσι, διηκόσιοι δ' ἀν' ἑκάστην
Ἄνδρες ἐξοχέουσι σὺν ἵπποισι καὶ ἅρμασιν.

Ubi Eustathius ex Herodoto, ἃ μόνοι αὗται ἀλλὰ καὶ ἡ Βαβυλὼν ἑκατόμπυλος ἦν. Post *divitem* πόλιν vocatam auctor Strabo. Plato quoque ἑκατομπύλας τῶν Αἰγυπτίων Θήβας appellat: & Plin. lib. XXXVI. cap. 14. Alioqui idem *Iliad.* 4. Oppianus. III. Κυνηγετικῶν, Hesiodus Ἔργοις, Sophocles *Antigone*, & Pindarus *Pythiis*, in patria ornanda ἑπταπύλαις vocat. Porrò de Boeotiis Thebis infrà lib. II. cap. 3. SCHOTT.

40. *Utique ut Homero*] Malim, *quae, ut Homero dictum est.* IDEM.

41. *Centum aulas habent*] Videtur scribendum, *habentes*, non

110 las habent, totidem olim principum domos; solitasque singulas, ubi negotium exegerat, [42] dena armatorum milia effundere: in litore [43] Alexandria Africae contermina, Pelu-

habent, ut constet sensus. PINTIAN.

42. *Dena armatorum millia effundere*] Hunc locum corruptissimum post Hermolaum & Vadianum nos ex Homero restituimus; & miror Hermolaum non vidisse dictionem illam δεκάδιον significare *ducentos*. Quare ita legendum est, *Ducenos armatos milites effundere*. OLIVAR.

Dena armatorum millia effundere] Lego, *ducenos armatos effundere*, neque est necesse addere *milites*. De cetero hunc locum fuisse à me primo castigatum ex nono Iliados, cùm quartodecimo abhinc anno Pomponium Salmanticae publicè enarrarem, testis est universa Salmanticensis Academia, sicuti illum etiam in relatione Thraciae, lib. II. cap. 2. *manentique dominos proci*: pro quo ego substituì, *moerendo minus proficì*. Hi postea ab auditoribus meis invulgati, & subinde in multorum aures transmissi, dominum, ut fieri assolet, mutavere. PINTIAN.

Dena armatorum millia] *Ducentos armatos milites* leg. ex illo Homeri loco vero vincitur. Forte ex numerorum compendiis, ut fit, natum mendum: nisi inter Melae μνημονικὰ ἁμαρτήματα numerare libet. Perstringit verò Pintianus, suppresso tamen nomine, Pet. Olivarium, qui hujus loci emendationem, cùm fortè editionem antevertisset, sibi impudenter vindicavit. Quod verò idem Platonem ex Aegyptiorum doctrina hausisse refert, Mundum nunquam incepisse, aut memoria lapsus est, aut Platonem oscitanter legit: in *Timaeo* enim Mundum creatum affirmat, voluntate tamen divina fore aeternum, & interitus expertem. Contra quem Arist. lib. *de Caelo* I. cap. 10. SCHOTT.

43. *Alexandria*] Nota est: retinet enim nomen. OLIVAR.

Alexandria Africae contermina, Pelusium Arabiae, ipsas oras secant] Rectè Vossius, quod lectionem veterem reddidit; an & veram veteremque distinctionem exhibuerit, dubito. Dicit, „ O„ ras Africae & Asiae secant Ale„ xandria & Pelusium. Nihil cla„ rius. Pasim sic loquitur, cùm „ totas continentes oras vocat. Si volumus, quod res est, nihil profectò obscurius. Nunquam ab Mela statuitur urbs secare oram, sed tantummodo fluviorum alvei. Lib. II. cap. 1. *Maeotidos flexum Buces amnis secat*. lib. II. cap. 3. *Rhion deinde latus orae sequentis incidens*. lib. III. cap. 5. *Araxes quoad campos Armeniae secat*. lib. III. cap. 8. Euphrates *non secat continuo agros*. Idque facit ex imitatione aliorum, sic praeeunte Virgilio VIII. *Aeneid.* 63.

——— *Pleno quem flumine cernis*
Stringentem ripas & pinguia culta secantem.

Item Ovidio II. *Fast.*

Hortus odoratis suberat cultissimus herbis
Sectus humum rivo lene sonantis aquae.

Ita hoc loco per Nili alveos & ostia secari oras ipsas scribit, fa-

[44] Peluſium Arabiae. Ipſas oras ſecant [45] Canopicum, [46] Bolbiticum, [47] Sebennyticum, [48] Pathmeti- 115

facta diſtinctione, quam haec editio iterum ut praecedens, tandem refert, opinor, veriſimam. De Alexandria autem & Peluſio id praedicat, eas clariſſimas urbes in litore, quum reliquae ſint longè à mari. Sed hoc jam viſum Patri meo in *Obſervationum* lib. I. Difficilius eſt, quod ſequitur. Gronov.

44. *Peluſium*] Nomen oſtii & oppidi, nunc dicti *Damiata*. Oliv AR.

Peluſium Arabiae ipſas oras ſecat] Duae dictiones priores ſuperioribus adjungendae. Deinde ſeorſum, & per majorem litteram legendum: *Ipſas oras ſecant, Canopicum*, &c. Pintian.

45. *Canopicum, Bolbiticum*] In numero variant Geographi. Ab Herodoto ſuo discesſiſſe videtur qui πεντάστομον vocat, & paulò diverſis nominibus: Νεῖλος ἀπὸ τῶν καταβάπων ἀξάμενος μέσην Αἴγυπτον σχίζων εἰς θάλασσαν. σχιζομένε δὲ εἰς τρία τὸ μὲν ἑῶον στόμα ποιεῖ τὸ Πηλούσιον στόμα. τὸ δὲ ἑσπέριον Κανωβικὸν καλεῖται· τὸ δὲ μέσον Σεβεννυτικόν, ἐξ οὗ ἀποσχίζονται τό τε Σαϊτικὸν, καὶ τὸ Μενδήσιον. τὰ λοιπὰ δύο Βολβιτινὸν καὶ τὸ Βουκολικὸν ἐκ βιαίων στόματα λέγονται, ἀλλὰ ἐρυκτά. *Bolbitinum*, pro *Bolbitico*, & *Bucolicum* loco *Phathnitico* poſuit. ut & *Saïticum*, pro *Taniticum*. Strabo lib. xvii. initio, praeter haec ſeptem alia ſcribit eſſe ἄσημα ψευδοστόματα, qui *Canopicum Hereacleoticum* appellat, ut & Ptolemaeus lib. iv. Nicander *Theriacis* πολύστομον appellat, Jo. Tzetzes in Hiſtorico vii. quoque numerat, & Dionyſius Περιηγητής.

Ἑπτὰ διὰ στομάτων ἱλιγμέϊος εἶσι ἅλα πίπτει,
Τῇσι παλίνων λιπαρὸν πίδον Αἰγύπτοιο.
Οὐ γάρ τις ποταμῶν ἐπαλίγκιος ἔπλετο Νείλῳ.
Οὔτ' ἰλὺν βαλέειν ὕτε χθονὸς ὄλκοϊ ἀέξειν,

Quos totidem verſibus reddidit And. Papius Gandenſis, Poëta ingenioſiſſimus, ſumma mihi familiaritate olim Lovanii Grudiorum conjunctus, in Dion. à ſe emendato:

In pelagus ſemper diverſa per oſtia rumpit,
Et pinguem Aegyptum rivis fecundat opimis:
Scilicet haud aliàs Nilo praeſtantior amnis
Aut limum trahere, aut terrae felicius uber
Reddere.

Schott.

46. *Bolbiticum*] Ptolemaeus, Stephanus, Plinius, Diodorus, Herodotus, *Bolbitinum*, non *Bolbiticum*. Strabo tantùm alternat, modo *Bolbitinum*, modò *Bolbiticum* proferens. Illud aeſtimatione dignum, Herodotum contra reliquos ferè omnes *Bolbitinum* inter falſa Nili oſtia numerare. Pintian.

47. *Sebenniticum*] Sic quidem Strabo, & Diodorus ſcribunt. At Ptolemaeus, Stephanus, Herodotus cum *y.* in lib. iii. à fine *Sebennyticum*. Idem.

48. *Pathametícum*] Strabo *Pathmiticum*, ex Ptolemaeo. Barbarus; *Phatmiticum*] Strabo lib. ult; *Phatnicum* vitioſè, ut reor; prò

meticum, [49] Mendesium, [50] Cataptystum, Pelusi-

Phatniticum. Ptolemaeus *Pathmeticum*, sicut in Pomponio legebatur, antequam correctores manus in eum injicerent. PINTIAN.

49. *Mendesium*] In Plinio *Mendesicum* legitur, sed perperam: nam Strabo, Ptolemaeus, Stephanus, Herodotus, Diodorus, Thucydides, *Mendesium* omnes, nemo *Mendesicum.* IDEM.

Mendesium, Taniticum] Nam quis in contemplatione lectionis vetustae moderatus & elegans indulgeat accedatque Hermolao Barbaro, quum ipsius temporibus ederetur *Catapiscum*, ad Ptolemaeum, Strabonem, Plutarchum Pliniumque abeunti, & inde *Tanicum* procreanti? aut hanc ipsam vocem augenti Pintiano, ut nunc habetur, nullo respectu vetustatis, quae omnis praeter exiguam mutationem convenit ad citatam scripturam, ut videre est in Notis Vossii, & ut nos quoque tessari possumus, vel *Cataptistum*, vel *Captiscum* in Mediol. *Catapystum.* Hinc Vossius ausus est rogare, An κατάπλυσιν scripsit Mela? & ne ratione destitui putemus, addit, à facili appulsu possit videri dictum hoc ostium. Sic ille vir lepidus, tam profectò ridendus, dum inter cetera Nili ostia, omnia verè Aegyptiaci sermonis, statim ob litterarum convenientiam infulcit aliquid Graeci, quàm ipse ridet Salmasium ob μιγάλῳ ποταμὶς, haud dubiè negligentia indigna, quae tamen absit ut laedat peritiam Salmasii in sermone Graeco. Quin hoc agendum erat, non ad ulcera aliorum declinandus impetus. Vix, fateor, prima fronte ex hac tam differente, tamque obscura lectione aliquid verè extrices, vel potius vix decernas, quid eligas. Sed tamen nullus, spero, ostiorum Nili paulò peritior diffitebitur, quin recte contemplatus vel superius positas scripturas, vel Vaticani codicis *Captatiscum* vel *Caplatistum*, alterutrum dicat latere, vel *Aphthiticum* ex auctoritate Herodoti lib. II. cap. 166. jungentis nomos Aphthiten, Taniten, Mendesium, unde potuit ostio circa has partes appellatio contigisse, vel *Cabasiticum*, ut Ptolemaeus, aut *Capasliticum*, ut Plinius nomum eundem agnoscunt, etsi ille tam longè hinc eum removeat, ut vix videatur ostio inter Mendesium & Pelusiacum inde accidisse nomen. Quicquid sit, alterutrius vocis litterae his persimiles. His ego nodis durum per Vossii ingenium non sine risu exercui; quibus quos ille, languidissimos fanè, adhibuerit cuneos, videre est in plena vappae Appendice. Sed benè est, quod monui δεύτερον πλεῖν in hoc ostio exspectandum esse. Hunc ecce tibi. Scripsit enim Auctor *Calasirium* vel *Calasiricum.* Eam vocem universam habes in lectione Vaticani codicis & alterius, quem optimum appellat Vossius, si abjeceris litteram *p.* Scilicet Herodotus quum lib. II. cap. 164. dixisset de Aegyptiis, ὅτι μάχιμοι αὐτέων καλέονται Κα. λασίριες, addit cap. 166. Καλασιρίων δὲ εἶδε ἄλλοι νομοὶ εἰσι. Θη, Σαΐ@, Βουσίτης, Ἀφθίτης, Τα. νίτης, Μενδήσι@, Σεβεννύτης &c. Ex his ergo patet ad illos pertinuisse praefecturas multas Deltae & τῆς κάτω χώρας, ut dicebant: ubi ab eisdem ostium fuisse denominatum mirari nullus potest: quod quia sic prope accedit ad priscos codices, id restituere contextui non dubitavi. GRONOV.

50. *Catapiscum*] Ptolemaeus & Strabo

lusiacum, Nili ostia.

Strabo *Taniticum*, Plutarchus *Tanaeticum*: Plinius *Tanicum*, ab urbe *Tani*. Barbarus.

Tanicum] Legendum *Taniticum*, ex Strabone, Ptolemaeo, Marcellino, Plinio scriptae lectionis: in quo tamen perperam Hermolaus *Tanico* legit. reclamante etiam Analogia: nam ut à *Sais Saiticum* testibus Stephano, & Herodoto, & a *Naucratis Naucratiticum* ex Plinii scripto exempla, ri, sic à *Tanis* urbe, *Taniticum*. Porro hoc *Tanaiticum* ostium, Herodoto & aliis *Saiticum* est: Strabone quoque id tradente lib. ult. Pintian.

CAP. X.

ARABIA.

Arabia hinc ad Rubrum mare pertinet; sed illic magis laeta & ditior, thure atque odoribus abundat: [1] hîc, nisi quâ Casio monte attollitur, plana & sterilis, portum [2] admittit Azotum suarum mercium emporium; quâ in altum [5] abit, adeò edita, [3] ut ex summo vertice [4] à [5] quarta vigilia ortum solis ostendat.

1. *Hic nisi quà Casio monte attollitur, plana & sterilis*] Aptiorem putamus lectionem, *plana*, *sed sterilis*. Nam ad *planitiem* videtur consequi *ubertatem*. In Arabia autem Aegypto contermina, è contrario cesset: idcirco quadrat optimè adversativa, ut vocant Grammatici, particula. Pintian.

2. *Admittit*] Rectè *admittit*, quia Azotus non est Arabiae, sed potiùs Idumaeae. Olivar.

3. *Ut è summo vertice à quarta vigilia ortum solis ostentet*] Cùm sint duo montes *Casii*, alter Arabiae, alter Syriae, quod Pomponius tribuit Casio Arabiae; Plinius, Marcellinus, ceteri, Casio Syriae adsignant. Quapropter verba haec in *Syriam* transferri debent & monti Casio adnecti. Inhumanum enim est malle errores tam supinos Pomponio, quàm Librariorum ebriosae oscitationi impingere. Ceterùm Herodotus secundo *Casium*, neutra terminatione non *Casius* nominat. Pintian.

Ut è summo vertice] Transferre in seq. caput, tametsi Pintianus jubeat, non ausim: saepe enim Auctores variant: nec ipse Mela usquequaque Herodoti vestigiis ita insistit, ut in ejus verba jurasse videatur. De Syria enim (non longè abiero) ab Herod. *Clione* diversa narrat. Schott.

4. *A quarta vigilia*] Duas horas post mediam noctem, unde quarta vigilia incipit. Olivar.

5. *Quarta vigilia*] Olivarius duas horas post mediam noctem numerat. Malè: quatuor enim vigiliae noctis, quarum singulae tres habeant horas totidemque vigiles, qui singulis horis stationem mutabant. Hinc Ausonius in *Grypho ternarii*,

—— *noctisque per umbram*
Tergemini vigiles.

Schott.

CAP. XI.

SYRIA.

[1] SYRIA latè litora tenet, terrasque etiam latiùs introrsus, aliis aliisque nuncupata nominibus; (nam & [2] Coele dicitur, & [3] Mesopotamia, & [4] Damascene, & [5] Adiabene, [5] & [6] Babylonia, & Judaea, [7] & Commagene. Hîc Pa-

1. *Syria*] Nunc *Suria*. OLIVAR.

2. *Coele*] Id est, *cava:* hoc enim sonat κοίλη. IDEM.

Coele dicitur.] Strabonis lib. XVI. *Geogr.* Κοίλη Συρία. Cujus Interpres κοίλην γωνίαν, *concavum angulum*, & *pro* θεᾶ πρόσωπον *Dei faciem* transtulit. Male: Propria enim nomina retinenda; sed hoc illi solemne peccatum. SCHOTT.

3. *Mesopotamia*] Id est, regio sita inter duos amnes: ποταμὸς enim *fluvius* est: est autem inter Euphratem & Tigrim; nunc dicitur *Halapia*. OLIVAR.

4. *Damascene*] Nunc *Terra de Damasco*. IDEM.

5. *Adiabene*] Regio juxta Euphratem. IDEM.

6. *Babylonia*, & *Judaea*, & *Colophone*] Scribendum puto non *Colophone*, sed *Sophene*, de qua multis locis in Plinio disseruj. BARB.

Babylonia] Chaldaeorum. OLIVAR.

7. *Et Sophene*] Regionem hujus nominis nemo non, uti par est, Armeniae attribuit, & quidem illi, in qua Tigris dicitur emergere. Itaque tam remotum id est ab Syria, ut nullo modo eò ea comprehendi aliquando potuerit vel possit. Id tamen incepit statuere Hermolaus Barbarus, nec refragatur Vossius vel propter Plinium, qui sic refert lib. V. cap. 12. Syria *quà transit Taurum Sophene.* Unde is videri potest in Mela ita nunc legisse. Mihi credibilius videtur ab Plinio eam opinionem de Sophene tam vere ex Pomponio nostro hausiam, quàm sequens ex eodem accepta est, qua statuit Commagenen quoque Syriae annecti. Accedit quominus id persuaderi nobis possit, quòd ipsa series vocabulorum, prout ab eo recensetur, foret confusissima profecto & perversi calami opus, si quum Mesopotamiam, Damascenen & Adiabenen praemiseris, tum admixtae Judaeae annectas Sophenen. Nulla miserabilior geographia. Jam verò etiam clarè vetant MSS. in quibus omnibus reperitur *Colophone*, quam à Plinii haud dubiè seculo propagatam scripturam si hîc adeo sustinuit invertere, profectò non sequutus est, sed ex perperam intellecto Mela aliquid finxit; sicut Hermolaus, quum scribendum putat non *Colophone*, sed *Sophene*, (editio Juntae *Sophone*) non adjuvit leniter Melam & ex corrupta paululum veram ejus mannm restituit, sed inconditè ex ingenio suo finxit. Neque enim

[9] Palaestine est, [9] quâ [10] tangit Arabas: tum Phoe-

enim haec constantissima scriptura, adeo ubique testata, vel debet, vel potest, vel meretur, ita detorqueri. Quin ex ea proxime & verisimè ad ipsam Melae manum accesuros nos speramus, si in contemplanda littera *h* utamur eadem via, qua lib. I. cap 7. in aliis usi fuimus, diducentes eam in *it*. Putamus enim hîc latere *Colpitene*, vel si ita praefers *Colopitene*. Sic enim apparet dictam fuisse partem aliquam Syriae inprimis circa Phoenicen ad Judaeam, ita ut Stephanus illam testetur aliquando appellatam Κολπηνὴν vel Κολπίτιν, ut alii ex corrupta ibi vocis terminatione emendant. Hanc offam nuper canino illi Vossio objectans circumlatrandam, animadverti non esse exceptam ab illo, prout opinabar. Nam hanc Κολπίτιν non elidit ex sententia Bocharti in Africae litora eam temerè transferentis, (quem tamen legerat & noverat, & hinc me rejectum iri exspectabam) sed ad mendacissimae argutiae explicationem discedens, nescio quos non populos Κολπίτας non malè dici fingit, quum nulli Graeci id unquam fecerint, ideo vix agnoscentes alios praeter Κιναιδοκολπίτας & Πιθηκοκολπίτας. Nunc tecum ago, Lector, & cum annis ab tam perverso capite liberatis. Quaeso te, an ut discam Sophenen esse partem magnam Syriae, Strabonis locus in lib. XII. adeundus erat; qui Strabo & Epitom. pag. 152. diserté pag. 251. scribit Σωφήνην τῆς μεγάλης Ἀρμενίας, & pag. 520. Acilisenam fuisse sub Sophene? An potuit quidquam de Armeniaca Sophene testari ille apertius, scilicet quia Sopheni coluerunt oppositam Commagenis ripam, ergo & Sopheni & Commageni sub eadem gente habiti sunt? Enimvero secura in Geographicis argumentatio? Sanè quum multa Isaaci Vossii sint stupida & ἀχάριστα, vix quidquam stupidius ab eo actum, quàm quum negavit Sophenen esse in Armenia: vix quidquam mendaciloquius, quàm quum scripsit, in hac nota me dixisse Plinium errasse, & vitiosam secutum fuisse Melae lectionem, utpote qui Commagenem quoque Syriae annectat: ejusdemque generis est, quum in collocatione Sophenes scribit, me solas inspexisse tabulas Ptolemaei, quum referrem ipsa verba Justini ex lib. XLII. cap. 3. Et quaeso ubi sunt illi à me jussi ad Tigridis fontes migrare Sopheni? Ut tecum, mi Lector, ex vero aliquid communicem, quum versus Judaeam hîc deflectat Mela, an in ista *Colophone* non videtur tibi sedere *Gobolene*, quae Γοβολίτις dicitur Josepho, incolae Γομολίται Stephano, portio Idumaeae? GRONOV.

8. *Palaestina*] Olim dicta Philestina, quòd ibi aedificatae essent quinque civitates Philistinorum. Nunc tota Palaestina divisa est in quinque regiones, Idumaeam, Judaeam, Samariam, Galilaeam, & regionem trans Jordanem. OLIVAR.

9. *Quà tangit Arabas cum Phoenice*] Dispunge & scribe cum majore, *quà tangit Arabas. Tum Phoenice*, &c. PINTIAN.

10. *Tangit Arabas*] Arabiam Petraeam ab Occidente, & Desertam ab Oriente. OLIVAR.

[11] Phoenice ; & [12] ubi se Ciliciae committit ; Antiochia) [13] olim ac diu potens , sed cùm eam regno Semiramis tenuit , longè potentissima. [14] Operibus certè ejus insignia multa sunt : duo maximè excellunt ; constituta [15] urbs mirae magnitudinis Babylon , ac [16] siccis olim regionibus Euphrates & Tigris immissi. Ceterùm in Palaestina est ingens & munita admodum [17] Gaza ; (sic Persae aerarium vocant : & inde nomen est, quòd cùm Cambyses armis Aegyptum peteret, huc belli & opes & pecuniam intulerat) [18] est non minor [19] Ascalon; est [20] Jope , ante diluvium (ut ferunt) condita ; ubi Cephea regnasse eo signo accolae affirmant , quòd titulum ejus , fratrisque Phinei , veteres quaedam arae cum religione plurima retinent : quin etiam rei celebratae [21] carminibus ac fabulis , servatae à Per-

11. *Phoenice*] Nam post Palaestinam sequitur Phoenicia versus Septentrionem. OLIVAR.

12. *Ubi se Ciliciae committit*] Id est, prope Ciliciam. IDEM.

13. *Olim ac diu potens*] Haec verba non referuntur ad Antiochiam , sed ad Syriam. IDEM.

14. *Ex operibus ejus certè insignia multa sunt , duo maximè excellunt*] Constat quidem sensus, etiamsi sic legatur ; sed nescio quomodo aptior erit , pleniorque lectio , si *quae* relativum adjeceris : *Ex operibus ejus , quae certè insignia sunt , duo maximè excellunt.* PINTIAN.

15. *Urbs mirae magnitudinis Babylon*] Aristot. lib. II. *Politic.* cap. 4. & lib. III. cap. 2. Herod. *Clione* , & Q. Curtius , qui & de Gaza lib. V. SCHOTT.

16. *Siccis olim*] Euphrates & Tigris olim non Chaldaeam irrigabant : erat enim regio sicca, nisi cura Semiramidis adjectis fossis ambo fluvii immissi fuissent. OLIVAR.

17. *Gaza*] Nomen est oppidi in Idumaea. OLIVAR.

18. *Est non minor Ascalon*] Scribendum *Ascalo.* Sic Plinianí codices antiqui praeferunt : ut *Narbo* , *Nuro* , *Hippo* , *Anco* , & plura hujusmodi. PINTIAN.

19. *Ascalon*] Oppidum Idumaeae. OLIVAR.

20. *Ioppe*] Nunc *Jaffa* , portus Peregrinorum Hierosolymitanorum. IDEM.

21. *Carminibus ac fabulis*] Lege Ovid. lib. IV. *Transform.* Plinium lib. V. cap. 13. & 31. & lib. IX. cap. 5. Solinum cap. 38. Strab. lib. VI. *Geogr.* Joseph. lib. III. cap. II. *Belli Judaici* , & Egesipp. lib. III. cap. 20. de *Excidio Hierosol.* Quorum omnium auctoritate Divus Hieron. *in Jonam* à Laur. Valla calumnia liberatur lib. V. cap. 6. *Elegant.* qui Ovidii versibus nixus est ,

quos

Perſeo Andromedae clarum veſtigium, marinae belluae oſſa immania oſtentant.

quos de Aethiopica India explicare oportet. SCHOTT.

CAP. XII.

PHOENICE.

PHOENICEN illuſtravere Phoenices, ſolers hominum genus, & ad belli pacisque munia eximi-

1. *Phoenice*] Quum hae inſcriptiones factae ſint ab editoribus, (in MSS. enim, certè quorum nos conſcii ſumus, non habentur niſi paucae) cauſa nulla fuit, ut eorum ineptias ſequens ederem quoque *Phoenicia*, prout Voſſius & contextui & ſuis *Obſervationibus* praefigit; quum & hoc loco & jam ante & rurſus capite ſeptimo libri ſecundi appareat Melam non agnoviſſe, certè noluiſſe uſurpare niſi *Phoenice*. Immo quod mirandum, in Notis Hermolai ſimul & Pintiani ſic citatur, ut nulla haeſitatio me coërcere debuerit. Ortelius quum citat ex Euagrio *Phoeniciam Libaniſiam* viderit; quum Euagrius lib. VI. cap. 5. rectè ſcripſerit ἐν Φοινίκῃ Λιβανησίᾳ. Sed & is ipſe ſic Palmyram ait deſcribi ab Procopio lib. II. *Aedificior.* in Phoenicia ad Libanum. Etiam in iſta Phoenicia foeces ſorbet Harduinus in pagina extrema tomi ultimi Pliniani, ubi agit de Arce Phoeniciae, ut amat loqui, oppido, cùm in nummis illuſtratis benè noſſet Phoenicen. Notavi & in Ciceron lib. V. *de Finibus* cap.

20. Sed & hanc ejus appellationem probat nummus, quem ex



Triſtani Tom. II. pag. 100. apoſui: de quo placetne audire aliquid lepidum? Joach. Oudanius eſt, cujus liber valde placet harum regionum incolis, is ſcribit pag. 107. Idume *dight beplant van Pallemboome Boſſen zeyt* Lukanus *van* Idumea; *maar* FENICIEN *ſchijne zijne naam niet anders dan van een Pallemboom te ontlenen, om dat een Pallemboom in d'Ooſterſche taal* Fenix *genoemt word: dit*

eximium; [2] litteras & [3] literarum operas, aliasque etiam artes, maria navibus adire, [4] classe confligere, imperitare gentibus, [5] regnum praeliumque commenti. In ea est & [6] Tyros, aliquando insula, [7] nunc annexa terris

aan Judea palende, word, mijns wetens, op gene penningen gevonden. Is quum ita scribat, in Praefatione tamen sustinet jactare usum magni hujus nummorum interpretis. GRONOV.

2. *Litteras & litterarum operas*] Probabilior lectio, *litteras & syderum operas.* Plinius lib. v. *Ipsa*, inquit, *gens Phoenicum in gloria magna litterarum inventionis, & syderum, navaliumque ac bellicarum artium.* PINTIAN.

Litteras] De litterarum inventione Plato in *Phaedro*, & Tacitus lib. XI. *Histor. Aug.* Lucanus III. *Pharsal.*

Phoenices primi (famae si creditur) ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris:
Nondum flumineos Memphis contexere biblos
Noverat: & saxis tantùm volucresque feraeque
Sculptaque servabant magicas animalia linguas.

SCHOTT.

3. *Litterarum operas*] Siderum numerorumque disciplinam, adeoque rei navalis, & militaris artem; quae pòst etiam litteris tradebantur, expono. Illis enim artibus plurimum valuisse Sidones, hincque praecepta manasse, auctor Strabo lib. XVI. Quare nihil necesse repugnantibus libris (*& siderum*) cum Pintiano, obtorto collo intrudere. Dionysius Alegand.

Οἱ πρῶτοι νήσοιν ἐπειρήσαντο θαλάσσης.
Πρῶτοι δ' ἐμπορίης ἀλιδινέϊ ἐμνήσαντο.
Καὶ βαθὺν ἠπείρων ἄστρων πόρον ἐφράσσαντο.

Quae idem Papius vertebat:

Hi primi rudibus tentarunt navibus aequor,
Mercatumque vagas primi instituere per undas:
Concitaque aeterno viderunt sidera cursu.

SCHOTT.

4. *Classe confligere*] Cretensibus Solinus tribuit cap. XVII. *Polyhistoris*, & Seneca Tragicus. IDEM.

5. *Regnum praeliumque commenti*] Cui non pellucet, tria illa verba *regnum praeliumque* enarrationem esse illorum, quae statim ante praecesserunt, *classe confligere, imperitare gentibus*; à Librariis per ignorantiam versibus Auctoris immista. PINTIAN.

6. *Tyros*] Nunc *Sur*, erat civitas Christianorum, sed Turcae deleverunt eam, & servant portum, qui vocatur *El porto de Sur*, OLIVAR.

7. *Nunc annexa terris defecit, quando ab impugnante quondam Alexandro jacta sunt opera*] Scribo, *nunc annexa terris ab impugnante quondam Alexandro jacto opere.* reliqua redundant. Patri brevitate Plinius: *Nunc*, inquit, *Alexan-*

terris [8] deficit, quâ [9] ab impugnante quondam Alexandro jacta opera. [10] Vici tenent ulteriora:

andri oppugnantis operibus continens. Persuasum quoque habeo verba illa protinus sequentia, *Vici tenent ulteriora*, non esse Melae, sed alicujus, qui eam fortè oram lustraverat. Cujusmodi homines solent plerumque bonos Auctores ineptis expositionibus additamentisque inquinare insolentia quadam & frivola in parvis jactantia. Ceu verò nesciamus, pulcherrimè nobis Dionysium Poëtam totum terrarum orbem depinxisse sine hujusmodi peregrinationibus, ut ipse de se fatetur: & non tradat Strabo, ad situm terrarum cognoscendum plus momenti afferre auditum, quàm visum. Pintian.

8. *Defecit quando*, usque ad *et adhuc opulenta*] Dicam, quod sentio: non videntur Pomponiana. De Phoenicibus Plinius lib. ix. cap. 12. *Ipsa gens Phoenicum in gloria magna litterarum inventionis, & siderum navaliumque ac bellicarum artium. A Pelusio Chabriae castra: Casius mons, delubrum Jovis Casii, tumulus Magni Pompeji, Ostracine.* Schott.

9. *Quæ ab impugnante*] Primam voculam exstare in MS. dixi ad lib. 1. cap. 2. Gronov.

10. *Vici tenent ulteriora*] Video sanè, quid ad commoditatem hujus loci explicando adferant: & gratè accipio. Sed interim negari nequit, quin vix duas urbes passim recenseat Mela, ubi non eadem verba locum habeant & immiscerì debuerint, utpote inter quas utplurimum vici & parva oppida intersint, quorum Auctor rationem non habet, semel clarissima modò & notissima oppida recensere constituens. Neque profectò ulla est in hoc loco singularis causa. In MSto Chisiano legebatur *Vici tenent. Ulterior & adhuc opulenta Sidon.* An potest hoc placere, ut insulam Tyron non tam Pomponii aetate nobilitaverit ingens urbs, sed potius omnibus per ruinas interciſis vici quidam tenuerint, quorum tamen unus major frequentiorque id nomen solennius habuerit, paulatimque beneficio Caesarum rursus accreverit. Haec nuper. Quid autem debeam memoriae absurdi Vossii, hinc patet. Scribit enim in Appendice, quasi vulgo legeretur *& adhuc opulenta Tyros*; ego autem conarer reponere *opulenta Sidon*. Post hanc sceleſtam rabiem, ut notulam meam ostenderet plenam erroribus, dicit: „ tempore Stra- „ bonis adeo habitatam fuisse „ hanc peninsulam, ut nullus „ omnino locus in ea reperiretur „ aedificiis vacuus. Itaque Stra- „ bonem illam eadem ratione in- „ habitari scribere atque Ara- „ dum, & propter angustiam pen- „ insulae domus ibi altiores & „ plurium fuisse tectorum quàm „ Romae. Primò an agimus de aetate Strabonis? an non Mela apertè testatur eam nunc deficere? Dein quaeso te, an, haec omnia licet colligere ex verbis Strabonis lib. xvi. pag. 756. Τύρος δ' ἐστὶν ὅλη νῆσος σχιδόν τι συνεχισμένη παραπλησίως ὥσπερ Ἀραδος. In his nihil de multiplici contignatione tectorum. Imo nihil aliud in his indicat Strabo, nisi insulam totam ferè occupatam aedificiis, perinde ut erat Aradus: ut solam superficiem inde constet repletam fuisse exstructionibus, nihil in his de altitudine & multitudine tectorum. Scilicet spoliatio opum ex templo Herculis sub Julio Caesare, ablatio libertatis sub Augusto nihil nocuerant ni-

riora: & adhuc opulenta [11] Sidon; antequam à Perſis caperetur, maritimarum urbium maxima. [12] Ab ea ad promontorium Euproſopon [13] duo ſunt oppida, [14] Byblos & Botrys: [15] ultrà tria fuerunt ſingulis inter ſe ſtadiis diſtantia; locus ex numero [16] Tripolis dicitur: [17] tum Simyra caſtellum, & urbs non obſcura [18] Marathos. [19] Inde jam non obliqua pelago, ſed adverſa [20] adjacens Aſia, grandem ſinum inflexo tractu litoris accipit. Populi dites circumſident; ſitus efficit: quia regio fertilis, crebris & navigabilibus alveis fluminum pervia, diverſas opes maris atque terrarum [21] facili commercio permutat ac miſcet. In eo prima eſt reliqua pars Syriae, cui Antiochiae cognomen additur: &

inſulae, effeceruntque, ut nulla ibi eſſent ruinarum veſtigia, quod credit & ſpargit Voſſius, opinor, nullo credente; qui tamen ipſe Voſſius in prioribus ad Melam plane ſcripſerat Tyron deficere. Calumniam in fine iſtius argutiae adſperſam non tango, quoniam & nimis aperta eſt, & in quisquiliis tam non Chriſtianis animam efflavit, nec quidquam inde ad ſtudentium bonum. Sufficit me nihil ſcripſiſſe illic, nihil cogitaſſe de aetate vel Melae vel Strabonis. IDEM.

11. *Sidon*] Nunc eſt *Sidoni*. OLIV.

12. *Ab ea ad promontorium Euproſopon*] Legendum, *Ab ea ad promontorium Theuproſopon*, ex Ptolemaeo & Strabone, quorum Interpretes ineptè tranſtulerunt *dei facies*. Vidit hoc ante me Mariangelus, vir cum primis eruditus, & diligens. PINTIAN.

13. *Duo ſunt oppida, Eubos & Bacīros*] Scribendum *Byblos & Botrys*, ex Strabone, Plinio, Ptolemaeo. BARBARUS.

14. *Byblos*] *Gaēta* nunc. OLIVAR.

15. *Ultra tria fuerunt*] Strabo lib. XVI. Τρίπολις ἀπὸ τῆς συμζυγικότ@· τὴν ἐπίκλησιν εἴληφυῖα· τρίων γάρ ἐστι πόλεων κλῖσμα Τύρε, Σιδόν@·, Ἀράδε. SCHOTT.

16. *Tripolis*] Nunc *Tripoli de la Suria*. OLIVAR.

17 *Tum Smyrna caſtellum*] Lego *Simyra*, non *Smyrna*, ex Ephoro, Strabone, Ptolemaeo. BARBARUS.

18. *Marathos*] Nunc *Margath*. OLIVAR.

19. *Inde jam non obliqua pelago, ſed adverſa adjacens à terra*] Scribo, *objacens*, ex familiari conſuetudine loquendi Melae, ut dixi. Poſtrema quoque duo verba demenda. PINTIAN.

20. *Adjacens à terra*] Quid ſi, *ſed adverſa adjacens terra grandem*. SCHOTT.

21. *Facili commercio permutat, ac miſcet*] Duo poſtrema verba ſupervacanea mihi videntur. PINTIAN.

& in ora ejus urbes, [22] Seleucia, [23] Paltos, [25] [24] Berytos, [25] Laodicea. [26] Rhoſos; amnesque qui inter eas eunt, [27] Lycos, & Baudos, & Oron-

22. *Seleucia, Hyppatos, Laodicea, Aroſos*] Legendum fortaſſe non *Hyppatos*, ſed *Patos*, nec *Aroſos*, ſed *Arados*, ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio. Eſt autem *Aradus* inſula quidem, ſed propinqua continenti, qua ſitum eſt oppidum *Antaradus*. BARBARUS.

Seleucia] Hodie *Solda*. OLIVAR.

23. *Paltos*] Hodie *Gibel*. IDEM.

24. *Berytos*] Nunc eſt *Baruth*. portus Damaſci. OLIVAR.

Beritos] Scribendum cum *y* in ſecunda, *Berytos*, ex Strabone, Stephano, Ptolemaeo, Plinio. PINTIAN.

Beritos] Lego *Berytos*. Straboni Βηρυτὸς, ubi miror Interpretem *Barutam* reddere. Juſtiniano Imp. *legum nutrix*, & Eunapio Sophiſtae *mater Jurisprudentiae* eſt. Nonnus lib. XLI. *Dionyſiacōn*.

Βηρυτὸς βιότοιο γαληναίοιο τιθήνη.

Primùm terrae motu quaſſatam ex Agathio lib. II. *belli Gothorum*: Poſt verò inſtauratam arſiſſe ex I. lib. *Epigr. Graec.* annotavi. SCHOTT.

25. *Laodicea*] *Liche* hodie. OLIVAR.

26. *Arados*] Strabo inter Tripolis urbes numerat: Dionyſius Alexand.

Ἄγχι δὲ Φοινίκης Ἀραδὸς μεγάλῳ ἐνὶ πόντῳ.

SCHOTT.

27. *Lycos, & Hypatos, & Orontes*] Caſtigo, *Lycos, & Labotas, & Orontes*, ex Strabone. PINTIAN.

Lycos, & Paltos, & Orontes] Voſſius putat flumen & oppidum eodem nomine hîc fuiſſe, idque nunc Πάλτος, nunc Βάλδος prolatum, auctoritate Strabonis ac Stephani. In his nihil eſt, per quod inducamur ad parendum. Nam Stephanus clarè pro diverſis habet, dum Πάλτον dicit eſſe Συρίας, ac Βάλδον Φοινίκης. Imo reſpondet Voſſius per Syriam hîc intelligi Phoenicen, quia in ſitu Palti omnes conveniunt. Cur igitur, oro, nullus in Phoenice ponit? Cur Strabo lib. XVI. Eleutherum ſtatuens cum aliis finem Seleucidis verſus Phoenicen, ante Eleutherum & in Seleucide nominat *Paltum*? Ut hinc clarum eſſe debuerit Voſſio, qui colligeret aliam eſſe *Baldum*, & Syriam Stephani eſſe Seleucidem, non Phoenicen. Sed nempe *Baldos* illa nuſpiam memoratur teſtantibus omnibus Geographiae commentatoribus. An ideo etiam non fuit, aut erravit ſtatim Stephanus & geminam malè fecit, quum una modo eſſet, deceptus vel varietate ſcripturae, vel duplici regionis prolatione? Id verò crimen temerarium. Immo certè opinor fuiſſe. Quid enim Βάλδος eſt aliud, quàm vox ad Graecam lenitatem inflexa. Βαάλαθος, Βάαλβος, Βάλδος. *Baalath* autem vocabulum non urbis, ſed urbium circa Phoenicen ac Palaeſtinam ex Sacris Litteris novimus. Itaque ſalvus ſit Stephanus & rejiciatur confuſio urbium Baldi & Palti. Quod ad Strabonem attinet; ejus locus cur ita legendus eſt περὶ Πάλτον, τῆς Συρίας παρὰ Βάλδον ποταμὸν, quum

[28] Orontes: tum [29] mons Amanus, & ab eo ſtatim [30] Myriandros & Cilices.

quum illic in editis legatur παρὰ Βάδαν Caſaubonus teſtetur in MSS. eſſe Βαυδῶν, (fortaſſe hinc Dalecampius citat *Bandam* ad Plinium lib. x. cap. 26. id voluí ſcribere) Joſephus lib. 11. *Bell. Jud.* cap. 9. *Beleum;* quid in his accedit ad convenientiam vocis Βάδαν? aut quo robore illud correctionis mandatum firmatur? Quae his obſtrepit, ut eruditionem intempeſtivam & ridiculam in Memnone & Baalthide, quaſi eadem forent, producat, nihil moror. Sed miror, cur nihil etiam ſciverit in Dictyos lib. VI. his verbis: *Hemera ſoror Memnonis recepta urna Phoenicen navigaverit; delata dein ad regionem ejus Palliochin nomine, ſepultisque reliquiis fratris nusquam repente comparuerit.* In omnibus, quos conſuluit, Plinii ſcriptis libris quemadmodum invenerit *Placida*, patet ex Notis Harduini. Immo ſi inſpicias MSS. Pomponii, in quibus clarè eſt *Hypatos* vel *Hypathos*, & Strabonis, ut ſupra poſui, videbis unius litterae transpoſitionem eſſe, nempe Y, in Strabone Βαυδῶς, in Mela *Paydos*, vel *Baydos*, vel *Baudos*. Planè mirari nemo poteſt transpoſitionem hoc loco litterarum temere contigiſſe à me ſupponi: nam ea plus ſemel accidit. Sic in lib. I. cap. 18. MSS. habent *Auſtram* pro *Aſtyram*. Sic in lib. 11. cap. 7. in Lesbo ab codicibus agnoſcitur urbs *Cirava*, quam putant Viri docti ſimiliter exortam eſſe ex *Ariſua*. Immo quum MSS. ſupra pro *Botrys* habeant vel *Bactros*, vel *Batros*, (in *Appendice* demum excitatus à me Voſſius notat ſe invenire *Butros*, ut cenſet, manifeſtè pro *Botrus*) videant an non majori jure nos illic cogitare poſſimus de Stephaniana *Baldo* vel *Balto*, quam illi conſpirent ad mutationem Barbari? qui primus hanc *Botryn* Pomponio donavit. Quinimo illud *Batros* clarè eſt ipſum *Baritos* pro *Berytos*. *Botrys* tanti non eſt, ut meminiſſe voluerit. Hic verò jocoſus Voſſius dicit eſſe abſurdum bis eandem recenſere urbem, & ideo quum ipſe *Berytum* hîc reponam, id omnino me facere ſine judicio, cum illa mox ſequatur. Quaſi verò non ſatis magnae moleſtiae eſſet illic Berytos interpoſita Palto & Laodiceae, ubi nunquam fuit, & ipſe futiliſſimâ notâ neſcio quid ſtultiſſimum perſuadere Lectoribus tentaverit. GRONOV.

28. *Orontes*] Fluvius, nunc *Tarfaro*. OLIVAR.

Orontes] Primum *Typhon* à Typhone gigante, dein ab Oronte Indo *Orontes* dictus: Pauſanias *Arcadicis*. Vel ab eo qui pontem flumini impoſuit. Strabo lib. XVI. ut errare mihi apud Euſtathium *in Dionyſ.* videantur, λέγοντες ὅτι Καῖσαρ Τιβέριος ἐκ Φράκοντος αὐτὸν Ὀρόντην μετωνόμασεν· ὃ σημαίνει Ῥωμαῖοι τὸν ἀνατολικόν. Non enim Mela Tiberii aequalis ſilentio praeteriiſſet, ut cum de Britannia loquitur, apparet: ſed ab Antiquis nomen hauſiſſe propius à verò abeſt. SCHOTT.

29. *Mons Amanus*] In fine Syriae. OLIVAR.

30. *Mariandros*] Scribendum, *Myriandros*. BARBARUS.

Myriandros & Cilices. At in receſſu] Sincerior lectio, *Myriandros & Cilicia. In receſſu*, &c. PINTIAN.

CAP.

CAP. XIII.

CILICIA.

[1] At in recessu intimo [2] locus est magni aliquando discriminis, fusorum ab Alexandro Persarum fugientisque Darii spectator ac testis: [3] nunc ne minima quidem, [4] tunc ingenti urbe celebris [5] Isso fuit; & hac re sinus Issicus dicitur. Procul inde [6] Ammodes promontorium inter Pyramum Cydnumque fluvios jacet. [7] Pyramus Isso prior [8] Mallon praeterfluit: Cyd-

1. *At in recessu ultimo locus est magni*, &c.] Lego, *Myriandros & Cicilia: ac in recessu ultimo locus magni* &c. ut verbum *est* superfluat, vel sic: *Myriandros & Cilicia: ejus in recessu intimo locus est magni quondam* &c. PINTIAN.

2. *Locus est*] *Arbelitis* regio est juxta Adiabenem Solino cap. 48. & Marciano Capellae lib. VI. Lege & Cicer. lib. V. *ad Attic. epist.* 20. SCHOTT.

3. *Nunc ne minima quidem*] Lego absque negatione, *Nunc minima quidem*, auctore Strabone lib. XIV. *Geogr.* μετὰ δὲ Αἰγαίας Ἰσσὸς πολίχνιον, ὕφορμον ἔχον, καὶ ποταμὸς Πίναρος· ἐνταῦθα ὁ ἀγὼν συνέπεσεν Ἀλεξάνδρῳ καὶ Δαρείῳ, καὶ ὁ κόλπος ἴδρυται Ἰσσικός. SCHOTT.

4. *Tunc ingenti urbe celebris Isfos fuit*] Lego *Isso*, non *Isfos*: ut infra. PINTIAN.

5. *Isfos*] Nunc *Laisfa*. OLIVAR. *Isfos fuit*] *Isso fuit*, lego, auferendi casu. Infra, *Totus augustus*, non *angustus*. SCHOTT.

6. *A Mynodes promontorium inter Pyramum Cydnumque fluvios*] Quid si non *Amynodes*, sed *Amonoides*, huc est, Ἀμανοειδὲς, quasi ad montis Amani similitudinem. Ut enim Amani, portae sinu Issico vocantur, ita portae Ciliciae inter Pyramum atque Cydnum, auctore Plinio. BARBARUS.

7. *Pyramus Isso prior*] Si procedas versus Ortum. OLIVAR. Scribendum, *Pyramus Isso propior*; ut non multò post: *sed Celendris Sarpedoni propior*: solet hoc subinde fieri à Pomponio, ut propinquitas distantiaque locorum inter se constet Lectori. PINTIAN.

8. *Malosen*] Scribendum non *Malosen*, sed *Mallon*, ex Plinio, Ptolemaeo, Strabone, Callimacho: *Mallos*, inquit, *urbs Ciliciae, à Mallo conditore dicta*. BARBARUS.

Mallon] Nunc *Malo*. OLIVAR. *Mallon praeterfluit*] Quin hîc sit aliquid absconditum ulceris, dubitari nequit. Cur enim hujus urbis vocabulo soli datur forma Graeca, non item Pyramo, non Tar-

Cydnus ultrà per [9] Tarſum exit. Deinde urbs [10] eſt [10] olim à Rhodiis Argivisque, [11] pòſt piratis Pompejo aſſignante poſſeſſa; nunc Pompejopolis, [12] tunc Soloe: juxta in parvo tumulo Ara-

Tarſo, non Cydno? deinde quum urbis hujus vocabulum ſit celeberrimum ac notiſſimum, unde credimus eſſe, quod exemplaria ante Herm. Barbarum, cujus reſtitutio eſt lectio, quae nunc vulgo obtinet, habuerint *Maloſen*, quomodo legi ſcio in Chiſiano & ipſe inveni in ſcripto *Maleſen*. Liceat deliberare. Sed negat deliberandum Vosſius, quia ineptus tantùm Librarius *Mallon* in *Mallos* permutarat. An non ineptior Vosſius? Quando incepta iſta permutatio? Si libri manu exarati (ſic inquit, & nullum excipit) exhibent *Malloſen* aut *Malloſon*; dicat igitur, qua occaſione ad hanc ineptiam venerit Librarius. GRON.

9. *Tarſum*] Nunc *Tarſo*. OLIV.

10. *Olim à Rhodiis Argivisque poſſeſſa*] Videtur legendum *Achivis* non *Argivis* ex Strabone lib. XIV. PINTIAN.

11. *Poſt piratis Pompejo adſign.*] Hanc ſcripturam ſcio conſervari in duobus MSS. quam ſollicitare nefas puto. At Vosſius indoctos crepat Librarios, quòd exiſtimarent *poſt* melius conjungi cum *prius* quàm cum altero, hanc induxiſſe ſcripturam. Mi Lector, potesne illud Vosſianum *prius* mihi in Mela indicare? Vosſius illud ſolus vidit iisdem oculis, quibus omnem veritatem, Et credo id ſcivit ipſe, ideoque addidit, *niſi fallor*, quum ſciret ſe maximè ſimul fallere. Reliqua ſunt inaniſſima. Nummum ex *Miſc. Curio-*



ſis Sponii addidi. GRONOV.

12. *Tunc Soloe*] Σόλοι Graecis: unde *Soloecismus*. Diog. Laërtius in *Solone*: Strabo lib. XIV. ubi de Caribus: & Euſtath. in Περιηγητὴν, & in Hom. *Iliad.* β. in fine, & ψ. βαρβαρ. Livius lib. XLVII. *Pro his cùm gratias egiſſent Rhodii, de Solis urbe quae in Cilicia eſt egerunt, Argis & illos, ſicut ſeſe, oriundos eſſe.* SCHOTT.

13. *Ara-*

[13] Arati Poëtae monimentum; ideo referendum, quia ignotum, quam ob causam jacta in id saxa disiliunt. Non longè hinc Corycos oppidum portu saloque incingitur, angusto tergore continenti annexum. Suprà Specus est, nomine Corycius, singulari ingenio, ac suprà quàm ut describi facilè possit eximius. Grandi namque hiatu patens, montem litori oppositum, & decem stadiorum [14] clivo satis arduum, ex summo statim vertice aperit. Tunc altè dimissus, & quantùm demittitur amplior, [15] viret lucis pendentibus undique, & totum se nemoroso laterum orbe complectitur: adeò mirificus ac pulcher, ut mentes accedentium primo aspectu consternat; ubi [16] contemplati duravere, non satiet. Unus in eum descensus est angustus, asper, quingentorum & mille passuum, per amoenas umbras & opaca silvae quiddam agreste resonantis, rivis hinc atque illinc fluitantibus. Ubi ad ima perventum est, rursum Specus alter aperitur, ob alia dicendus. Terret ingredientes sonitu [17] cymbalorum divinitus & magno fragore crepitantium. Deinde aliquandiu perspicuus, mox & quo magis subitur, obscurior, [18] ducit au-

13. *Arati Poëtae*] Patria etiam Chrysippi Philosophi Stoici, & Philemonis Poëtae. Strabo lib. XIV. *Geograph.* & Solinus cap. 41. IDEM.

14. *Clivo*] *Clivus* descensus est. OLIVAR.

15. *Viret lucis pubentibus*] *Lucos* habet *pubentes*, id est, virentes. OLIVAR. Solinus *pendentibus* legisse videtur, nisi, quod vereor, mendosus codex est: *Nemoroso*, inquit, *orbe amplectitur mediam inanitatem: virens introrsus lucis pendentibus. Descensus in eum per duo millia & quingenta pass.* Qui numerus etiam immensum quantum à Pomponiano discrepat. SCHOTT.

16. *Contemplati duravere*] Id est, deposuerunt metum, quem contrahunt primo adspectu. OLIVAR.

17. *Cymbalorum*] Κύμβαλον (inquit Hesychius) est εἶδος ὀργάνου μουσικῆς, *species organi musici*. IDEM.

18. *Ducit ausos penitus*] Hic locus à nobis quoque restitutus est. Legendum enim *penitius*. OLIVAR.

auſos penitus, altéque quaſi cuniculo admittit. Ibi ingens amnis [19] ingenti fonte ſe extollens, tantummodo ſe oſtendit, & ubi magnum impetum brevi alveo traxit, iterum demerſus abſconditur. Intrà ſpatium eſt, magis quàm ut progredi quiſpiam auſit horribile, & ideo incognitum. [20] Totus autem auguſtus & verè ſacer, habitarique à Diis & dignus & creditus, [21] nihil non venerabile, & quaſi cum aliquo numine ſe oſtentat. Alius ultrà eſt, quem Typhoneum vocant, ore anguſto, & multùm (ut experti tradidere) preſſus, & ob id aſſidua nocte ſuffuſus, neque unquàm perſpici facilis: ſed quia aliquando [22] cubile Typhonis fuit, & quia nunc demiſſa in ſe confeſtim exanimat, natura fabulaque memorandus. Duo deinde promontoria ſunt, [23] Sarpedon, finis aliquando regni Sarpedonis, & quod Ciliciam à Pamphylia diſtinguit, Anemu-

Rectè Olivarius, *penitius*. SCHOTT.

19. *Ingenti fronte ſe attollens*] Legendum *fonte*, ex eodem Strabone. Verba appendere prerium operae duxi: ἔστι δὲ καὶ ἄντρον αὐτόθι ἔχον πηγὴν μεγάλην, ποταμὸν ἐξεῖσαν καθαρὸν καὶ διαφανὲς ὕδατος, εὐθὺς καταπίπτοντα ὑπὸ γῆν· ἐπιχθεὶς δ' ἀφανὴς, ἐξεισιν εἰς τὴν θάλατταν· καλοῦσι δὲ πικρὸν ὕδωρ. & Solinus: *hic inde aſſidua fontium ſcaturigine*, cap. 41. IDEM.

20. *Totus autem anguſtus*] Scribo, *auguſtus*, non *anguſtus*. PINTIAN.

21. *Nihil non*] Nullam cauſam videns, cur haec diſcerperent ab praecedentibus, mutavi diſtinctionem, etſi Vosſius ederet & *creditus*. *Nihil non* &c. admodum inconcinna lacerationc. GRONOV.

22. *Cubile Typhonis*] Hic fuit gigas, cujus aſpectu verſi ſunt Dii in varia animalia. OLIVAR. Fabulam exponit Euſtathius ad illud Hom. *Iliad.* β Εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς. & ad Dionyſium Περιηγητὴν, ubi de Oronte. Strabo lib. XIII. & Solinus cap. 41. *Memorabilium*. Lucanus lib. VI.

——— *tali ſpiramine Veſſus*
Emittit Stygium nebuloſis aëra faxis,
Antraque letiferi rabiem Typhonis anhelant.

SCHOTT.

23. *Sarpedon*] Vide Prov. *Sarpedonium litus*: & ſup. *Corycaeus auſcultavit*: de quo & Strabo lib. XIV. & Euſtathium in *Dionyſium*. IDEM.

24. *In-*

murium: [24] interque ea [25] Celenderis & Nagi- 55
dos, Samiorum coloniae; sed Celenderis Sarpedoni propior.

24. *Interque ea Celendris & Natidos*] Legendum *Celenderis* ex Strabone, Ptolemaeo, Pausania. Item *Nagidos*, non *Natidos*, ex Stephano, & Strabone: cujus Interpres *Agidos* perperam transtulit, pro *Nagidos*: cui tamen errori materiem suppeditavit vitiosum exemplar, in quo scriptum erat, ἐστιν Ἀγιδ⊙, pro, ἐστι Νᾱγιδ⊙, littera ν, quae est prima nominis, adjuncta antecedenti verbo ἐστι. PINTIAN.

25. *Cerandaris*] Ptolemaeus *Celenderis*, hoc ipso tractu. BARBAR.

CAP. XIV.

PAMPHYLIA.

IN Pamphylia est Melas, navigabilis fluvius; oppidum Sida; & alter fluvius Eurymedon. Magna apud eum Cimonis Athenienſium ducis adversus Phoenicas & Persas navalis pugna atque victoria fuit. Mare, quo pugnatum est, ex edito admodum colle prospectat [1] Aspendos, quam Argivi condiderant, possedere finitimi. Deinde alii [2] duo validissimi fluvii, [3] Cestros & [4] Catarractes: Cestros navigari facilis; hic quia

Decimum quartum caput nihil habet, quod egeat sudoribus nostris: propterea praetermisimus. OLIVAR.

1. *Asperidos quam Argivi condiderant*] Scribe *Aspendos*, ex Hellanico, Theopompo, Plinio, caeteris, ab *Aspendo* conditore. BARBARUS.

2. *Alii duo validissimi fluvii*] Utrum contemserit Vossius, an inviderit, certè in neutro codicum, quibus adjutus fui, postrema vox exstabat; & sic versatus est in hoc capite Pomponius, ut planè sit supervacua. Ignoratur etiam codici Mediolanensi. GRONOV.

3. *Oestros & Cataractes*] Strabo & Ptolemaeus *Cistros* non *Oestros*, quorum auctoritati nulla debet officere Etymologiae ratio: at Ptolemaeus *Catarrhactes* cum duobus *rr*. PINTIAN.

4. *Fluvius Carathes*] Scribe, *fluvius Cataractes*. Sequitur enim,

quia se praecipitat, ita dictus. Inter eos Perga est oppidum, & Dianae, quam ab oppido Pergaeam vocant, templum: trans eosdem mons

Quia se praecipitat. Idem Strabo, idem Plinius. BARBARUS.

5. *Pergaeam vocant*] Credere debemus, quia Vossius testatur, in optimis libris scriptum *Pergaseam*. At ego inveni in uno *Pergageam*, in altero erat *Pergameam*: non nisi vitia scribentium pro vulgato, quum in Mediolan. clarè *Pergaeam*. Et quum tot nummi, quorum quatuor vides, deinceps prodierint cum



honore ejus Deae, an autem dabimus vel cuicunque de *Pergasaea* tradent? GRONOV.

6. *Mons*

[6] mons Sardemisos, & Phaselis à Mopso condita, finis Pamphyliae.

6. *Mons Sardemisos*] Quum in vicinia Ortelius ostentavisset *Sardesum* ex Stephano & nummo Vespasiani apud unum Goltzium, id ἕρμαιον censens Vossius statim arripuit totum, & ex Vossio Harduinus descripsit tum in Notis ad Plinium, tum in nummis illustratis pag. 437. Etiam Holstenius citationem Goltzianam adscripsit suo Stephano. Ita illi heroes nutriti sunt ab solo Ortelio. Sed nummus ille ostentat urbis, non montis incolas. Hinc vide, an possis dubitare, num sit idem *mons Cassnios*, & Mela sic scripserit. Stephanus, Κάσνιον ὄρος ἐν Ἀσπένδῳ τῆς Παμφυλίας. τὸ ἐθνικὸν Κάσνιος, ἐξ οὗ καὶ Κασνιάτης &c. Ubi non vult in urbe Aspendo eum fuisse, ut putant nonnulli, sed in territorio ejus ac regione, quae ultra Pergam potuit extendi. GRONOV.

CAP. XV.

LYCIA.

LYCIA continuò, cognominata à Lyco rege, Pandionis filio, atque (ut ferunt) [1] infestata olim [2] Chimaerae ignibus, [3] Sidae portu & Tauri promontorio grandem sinum claudit. Taurus ipse ab Eois litoribus exsurgens, vastè satis attollitur: [5] dein

1. *Infestata olim Chimaerae*] De Aetna eadem Agell. lib. XVII. cap. 10. & D. Hieron. ad Furiam, apud quem pro *Olympus*, fortè leg. *Chimaera: Non Aetnaei*, inquit, *ignes, non Vulcania tellus, non Vesuvius & Olympus tantis ardoribus aestuant*, &c. SCHOTT.

2. *Chimaerae*] Chimaera ramentum Tauri montis. OLIVAR. Legendus Plutarch. *de Claris Mulieribus* cap. 9. & Solinus cap. 42. *Polyhistoris*. SCHOTT.

3. *Syde portu*] Scribendum videtur per *i* in prima *Side*, ex Stephano, Ptolemaeo, Strabone, Plinio, & Pomponio paulò antè. Sed Pamphyliae *Side* est, non Lyciae. Quapropter puto hîc pro *Side*, substituendum *Lyde*, ex Ptolemaeo, qui ita nominat maritimum Lyciae oppidum: etsi in Latinis Ptolemaei codicibus *Chide* scriptum sit. PINTIAN.

4. *De-*

[4] dein [5] dextro latere ad ſeptentrionem, [6] ſiniſtro ad meridiem verſus, it in occidentem rectus & perpetuo jugo; [7] magnarumque gentium, quâ dorſum agit, terminus, ubi terras diremit, exit in pelagus. [8] Idem autem, & totus ut dictus eſt, dicitur etiam [9] quâ ſpectat orientem: deinde [10] Hemodes, & [11] Caucaſus, & [12] Paropamiſus: tum [13] Caſpiae pylae, [14] Niphates, [15] Armeniae pylae; [16] & ubi jam Noſtra maria contingit, [15] Taurus iterum. [17] Poſt ejus promontorium flumen

4. *Deinde dextero latere*] Scripſerat Mela, *dehinc*, vel *dein dextero*, ut ſup. cap. 3. SCHOTT.

5. *Dextro latere*] Ad Imaum montem refertur. OLIVAR.

6. *Siniſtro ad Meridiem*] Ad Damaſinum montem, Tauri ramentum. IDEM.

7. *Magnarum gentium*] Sericae regionis Gymnoſophiſtarum Caſpiciae, Sachae, Bactrianorum, Sogdianorum, Ariae, Drangianae, Gedroſiae, Arachoſiae, Margianae, Hyrcaniae, Carmaniae, Parthiae, Mediae, Perſidis, Aſſyriae, Suſianae, Meſopotamiae, Armeniae Majoris & Minoris, Ciliciae, Pamphyliae & Lyciae, ubi exit in pelagus. IDEM.

8. *Idem autem & totus, ut dictus eſt, dicitur, etiam quâ ſpectat Orientem*] Lego, *Idem autem & Taurus, ut dictum eſt, dicitur*, &c. PINTIAN. Recte Pintianus repoſuit, *Et Taurus, ut dictum eſt, dicitur*: Adde & *Himaus*, quod in vulgatis hactenus aſſuit, ex Plinio lib. v. cap. 27. & lib. vi. cap. 17. & Strabone lib. xv. Verba libenter adſcribo, ut diverſa nominum ſcriptura, vel me tacente, à non oſcitante Lectore animadverteretur, tum etiam ut loca inter ſe componantur: τὴν Ἰνδικὴν περιάρσιον, ἀπὸ μὲν τῶν ἄρκτων, τὸ Ταύρου τὰ ἴσχατα· ἀπὸ δὲ τῆς Ἀσιανῆς μέχρι τῆς ἑῴας θαλάττης. ἄπερ οἱ ἐπιχώριοι κατὰ μέρος Παροπάμισόν τε καὶ Ἠμαῶδον καὶ Ἰμάον, καὶ ἄλλα ὀνομάζουσι. Μακεδόνες δὲ Καύκασον. Dionyſius verò Afer Taurum dictum ait:

Οὔνεκα ταυροφανὴς τέ, καὶ ὀξυκάρηνον ὀδεύει.

ubi Euſtathius & ὀξυάκρατον legi annotat. SCHOTT.

9. *Quâ ſpectat ad Orientem*] Dicitur Taurus ſemper verſus Orientem. OLIVAR.

10. *Haemodes*] Ubi incipit ramentum Imai montis. IDEM.

11. *Caucaſus*] Prope Albaniam & Iberiam, inter Hyrcanum mare & Pontum Euxinum. IDEM.

12. *Propaniſus*] Scribe *Paropamiſus*. BARBARUS.

Paropamiſus] E regione Bactrianae & Ariae. OLIVAR.

13. *Caſpiae pylae*] Ad mare Hyrcanum ſive Caſpium. IDEM.

14. *Niphates*] Ad mediam Parthiam & Hyrcaniam. IDEM.

15. *Armeniae pylae*] Ad Armeniam Majorem. IDEM.

16. *Et ubi jam noſtra maria attingit*] In Lycia. IDEM.

17. *Poſt ejus promontorium*] Ejus Tauri: nam in Lycia, ubi exit

[18] flumen est Limyra, & eodem nomine civitas: atque ut multa oppida, [19] sic praeter [20] Pataram non illustria. Illam nobilem facit delubrum Apollinis, quondam opibus & oraculi fide Delphico simile. [21] Ultrà est [22] Xanthus flumen, & Xanthos oppidum, [23] mons Cragus, [24] & quae Lyciam finit urbs Telmesos.

exit in mare, Taurus sicut in principio vocatur. IDEM.

18. *Flumen est Lymira, & eodem nomine civitas:*] Scribendum controversa orthographia, in prima cum *i*, & in secunda cum *y*, *Limyra* ex Ptolemaeo, Strabone, Stephano. Qui error corrigendus etiam in Plinio. Nec enim satis intelligo, quid sibi voluerit Hermolaus, qui è contrario, quàm praecepi, scribat hanc dictionem in lib. v. *Plinian. Castig.* cum *y* tenui in prima, & iōta in secunda, *Lymira*. PINTIAN.

19. *Sic praeter Pataram non illustria.*] Scribo *Patara*, non *Pataram*. *Patara Pataro*rum enim inflectitur, non *Patarae*. Similis errandi occasio multis Graecè imperitis in *Arbela*, *Gaugamela*, *Abdera*, & hujusmodi. Sed cui post Hermolaum non sit venia, qui *Pataram* & *Gaugamelam*, quasi feminina sint, legit in lib. VI. Plinii. IDEM.

20. *Pataram*] *Patera* nunc. Ab hac regione usque ad Bithyniam est Asia Minor, quae nunc dicitur *Anatolia*, sive *Turchia*. OLIVAR.

21. *Ultra est Xanthus*] Sic duo MSS. quibus invitis substantivum verbum ejecerunt. Habes Armenias Pylas sub figura Tauri ex



nummo. CRONOV.

22. *Xanthos flumen, & Xanthos oppidum*] Lego, *Xanthos flumen & oppidum:* cetera redundant; adstipulante etiam Plinio. PINTIAN.

23. *Mons Cragus*] Meminere hujus Horatius, & Ovidius, & de Graecis Dionys. Περιηγητής. SCHOTT.

24. *Et quae Lyciam finit urbs Telmisos.*] Ptolemaeus cum *e* longo in penultima, *Telmesos*, Stephanus, & Strabo cum *i*: Omnes tamen cum duobus *ss*. *Telmissos* aut *Telmesos*. PINTIAN.

CAP. XVI.

CARIA.

[1] CARIA sequitur. [2] Habitant incertae originis; ([3] alii indigenas, sunt qui Pelasgos, quidam Cretas existimant) genus usque eò quondam armorum pugnaeque amans, ut aliena etiam bella mercedibus agerent. Hîc castella sunt aliquot: dein promontoria duo, [4] Pedalion & Crya; & [5] secundum Calbin amnem Caunus oppi-

1. *Caria*] Pars Asiae Minoris prima. OLIVAR.

2. *Habitatur incertae originis*] Error in ordine verborum, & ipsa, ut sentio, depravata verba. Quae etsi variis modis possent castigari, placet tamen legatur, *Habitatores regionis incerti.* PINTIAN.

Caria sequitur. Habitatur incertae originis] Dixi corrigendum esse, ut tunc visum est, *Habitatores regionis incerti.* Nunc repudiato consilio, commodiorem duco lectionem, *Habitatorum incerti aborigines:* hoc est majores eorum, qui nunc habitant Cariam; incertum est, unde in eam regionem commearint. Sic Plinius lib. IV. cap. 22. *Erythraea dicta est, quoniam Tyrii, Aborigines eorum, orti ab Erythraeo mari ferebantur.* IDEM.

3. *Alii indigenas, sunt qui Pelasgos*] Corrigendum puto, *Illi indigenas*, &c. hoc est, ipsi Cares praedicant se Autochthonas sive indigenas. Herodotus lib. I. *His*, inquit, *non consentiunt Cares, sed se praedicant indigenas.* IDEM.

4. *Pedalion & Citria*] Plinius *Cyria*, non *Citria*, Prolemaeus *Caria*, Stephanus *Crya*, quod & vero propius, ut in Plinio disputatum est. BARBARUS.

Pedalium & Crya] Legendum fortè *Cryasos*, potiùs quàm *Crija*, ex Stephano, cui civitas est Cariae *Cryasos:* ut à promontorio, quod solet fieri, nomen acceperit civitas. Nam *Crya* Lyciae est, non Cariae, teste Stephano, & Ptolemaeo; in quo vitiosè leges *Caria*, qui locus est Lacroniae, pro *Cyra.* PINTIAN.

5. *Secundum Galbiam amnem Caunus*] Ptolemaeus, *Secundum Calbin*, inquit, *amnem Caunus oppidum.* Plinius & Indum amnem quendam propinquum facit *Cauno*, ubi nos ex Alexandro *Ninum* scribi posse diximus. Quia tamen Livii lib. XXXVIII. verba sunt haec, *Deditis*, inquit, *Tabis urbe, tertia die ad Chaum fluvium ventum est, inde Erizan primo impetu captam, post ad Tabasion castellum imminens flumini Indo, cui fecerat nomen Indus*, inquit, *ab elephanto dejectus*, & reliqua.

oppidum, [6] valitudine habitantium infame. Inde ad Halicarnasson haec jacent; [7] Rhodiorum aliquot coloniae; [8] portus duo, Gelos, & [10] cui

liqua. Suspendendum arbitror judicium. De *Tabis*, in Caria & Lybia, & alibi Stephanus. A *Tabis* propriè *Tabeni*: à *Tabasis* *Tabaseni*, de quibus lib. v. Plinii plura. Barbarus.

6. *Valetudine habitantium*] Pallent omnes ibi. Olivar. Verbum μέσον in malam partem accipit. Lienosi enim omnes. Plinius lib. xi. cap. 37. initio. Schott.

7. *Rhodiorum aliquot Coloniae*] Est enim Rhodus insula è regione Cariae. Olivar.

8. *Portus duo Gelos*] Est haec inveterata lectio, cui tacentibus aliis, quum Gelos hic sit innominatus, lucem aliquam adfundere voluit Vossius corrigendo *Helos*, nam Graecis Ἑλὸς, ait, vel Ἑλόεις locus hic dicebatur. Sed quum nullam probationem hujus rei afferat, nec si insula adjacens Ἑλόεσσα dicebatur, id quidquam faciat ad veritatem vocabuli in continente, (unde patet quàm temerè ex Plinio & Strabone ita se monuisse legendum esse scribat in Appendice, quum planè diversa ab his tractata in unum raptentur) non est, cur temerè putemus adspirationem H nunc in G fuisse mutatam, & non potius tentemus certiora. Consuetudo Melae est interdum apponere numerum, ut videtur nunc facere, moxque in portubus & alibi facit, interdum omittere. Sic lib. i. cap. 8. *in litore promontoria sunt Zephyrion & Naustathmos*, ubi non etiam praemittit τὸ *duo*. Hinc dubitari potest, an hic numerus ab Pomponio venerit. Sed deinde video civitates Caricas usas inprimis gemina terminatione, nempe *os* & *a*. Hinc vide, an duci possimus ad verum hoc, *Portus Suagelos, & cui*. Ut enim dixi, ex more geminae terminationis videntur dixisse *Suagelos* & *Suagela*. Stephanus: Συάγελα πόλις Καρίας, ἔνθα ὁ τάφος ἦν τοῦ Καρός, ὡς δηλοῖ καὶ τὸνομα. καλέσι γὰρ οἱ Κᾶρες σῆμα τὸν τάφον, γέλαν δὲ τὸν βασιλέα. Qui locus est notabilis ad confirmanda quae diximus ad cap. 6. de monumento communi regiae gentis in litore, cujus proprium nomen reticet Pomponius, & maluit Latinè exprimere ob barbarae prolationis effugium, contra quam nunc ei facere placuit. Unde autem scivit in Appendice Vossius *Syagela* (sic scribit) fuisse unam è praecipuis Cariae urbibus? Ait id ex Strabone satis nos cognoscere. Strabonis non alia verba sunt, nisi lib. xiii. pag. 611. Συάγελα, ut restituit Casaubonus, δὲ καὶ Μύνδον ὑπώλαξε Mausolus. Egregia probatio! Stultior quaestio est, quum rogat, qui fiat, ut à nullo eorum, qui oram maritimam singulaque etiam minutissima diligenter persequuntur, recenseatur quoque urbs ista, non portu tantum, sed & regio nobilis sepulcro? At ipse Mela ei respondet, non censens eam numero urbis, quum vocet modò portum. Melam igitur quum tractemus, quid jacit frustra de aliis? Manifestò tamen Vossius hinc intelligit mediterraneam fuisse urbem, perinde scilicet ac Myndus, cum qua eam jungit Strabo. Porrò non potui, quin

cui ex urbe quam amplectitur, [9] Tisanusa cognomen est; [10] inter eos oppidum Larumna, & Pandion collis in mare emissus: [11] tum tres ex ordine sinus, Thymnias, Schoenus, Bubesius; (12 Thymniae promontorium Aphrodisium est, [13] Schoenus ambit Hylam, [14] Bubesius Acanthum)

joco tuo, Lector, inserviens ex pluribus, quos variae manus finxerunt, nummis duas aliquas Mausolei formas conferrem; non





ut auctoribus ἀλογίᾳ abs te contingat, nec enim meruerunt, sed ut falsos cum falsis esse sinas, & rideas eos, quibus placuit ad tales nugas edere commentarios. Sequuntur Apollinis apud Miletum & Colophonem praeclarae memoriae in tribus nummis, & cap. 18. dux Amazonum, ut creditur, Cyme, ac sequenti Abydos commercio amoris noto se jactans, simul Heraclea suum Herculem Cerberi domitorem ostentans. GRONOV.

9 *Thisamisa cognomen est*] Scribendum reor, *Tymnisus*, ex Stephano. PINTIAN.

10. *Inter eos oppidum Larumna*] Lego *Hylarimna*, ex eodem Stephano. Mendum idem in Plinio. IDEM.

11. *Tum tres ex ordine sinus Thymnias, & Schenus*] Legendum videtur sine adspiratione *Tymnias* ab oppido Cariae *Tymno*, Stephano. Item *Schoenus* per *oe* diphthongum, ex vulgata Graeciae nomenclatura. IDEM.

12. *Thymniae promontorium Aphrodisium est*] Scribo, *Tymniae promontorium Aphrodisias est*, ex Plinio lib. v. & Livio lib. vi. de bello Macedonico, & infrà. PINT.

13. *Schenus Ambithylam, Bubesius Cinothum*] Scribendum *Bubesus*, sive *Bubasus* ex Plinio, qui tamen non *Cinothum*, nec *Hylam*, sed *Hydam* & *Acanatum*, sive *Acanthum* vocat eas, ut diximus. BARB.

Schenus ambit Hilam] Legendum puto, *Schoenus ambit Lideu*,

thum) [15] Cnidus in cornu penè insulae; interque eam & Ceramicum sinum in recessu posita Euthane. Halicarnasos Argivorum colonia est: & cur memoranda sit, praeter conditores, Mausoleum efficit, [16] regis Mausoli monimentum, unum de miraculis septem, Artemisiae opus. Trans Halicarnason illa sunt, litus Leuca, [17] urbes [18] Myndos, Caryanda, Neapolis, sinus Jasius & Basilicus. In Jasio est Bargylos.

den, ex Plinio: sic enim in eo legebatur ante castigationes Hermolai, qui ex Mela correxit in Plinio *Hilam*; ego è contrario lectionem Plinii defendo, & Melam è Plinio castigo, Herodoti auctoritatem secutus, cui *Lide* mons est Cariae, à quo nomen, ut conjectare licet, accepit & oppidum. Quid si in Pomponio & Plinio neutro modo legendum, sed *Hydrela* in utroque ex Stephano & Livio? quibus urbs est Cariae *Hydrela*. Pintian.

14. *Bubesfus Cynotum, Gnidus in cornu peninsulae*] Castigo, *Bubesfus, Cyon. Tum Gnidus*, &c. ex Stephano, cui *Cyon* urbs est Cariae. Nec probo Hermolaum, qui in *Castigationibus* Plinii, *Cynotum* in Pomponio agnoscit. Item videtur legendum *Bubasfus* potius, quàm *Bubessus*, ex Stephano, & Plinio, quibus *Bybasfos* urbs est Cariae. Idem.

15. *Gnidus*] Lego *Gnidus*, non *Cydnus*, item *Ceramicum*, non *Tetraticum*, item *Euthanae*, non *Eutiana*, ex Plinio, Strabone, Stephano. *Certamus* oppidum in Caria, oppidum & *Euthanae*, hoc est, Εὐθῆναι, à qua Euthenaei, quos & Euthenaeenses & Euthenitas quoque nominant indigenae. Barbarus. Promontorium est, nunc *Cabo de Chio*. Olivar.

16. *Mausoli Regis*] Plinius lib. xxxvi. cap. 5. & 6. legendus. Schott.

17. *Urbes Mindus & .... Bargylos.*] Scribendum, *Urbes, Mindus, Aryanda sive Caryanda, Neapolis, sinus Jasius & Basilicus, in Jasio est Bargylos*, ex Plinio, Strabone, Ptolemaeo. De *Bargylis* & Cicero in *Epistolis*. Barbarus. Scribendum *Myndos* cum *y*, & *Bargylia*, non *Bargylos*, ex Strabone, Ptolemaeo, Stephano, & Plinio. Pintian.

18. *Mindus, Aryanda*] *Caryanda* leg. censeo. Schott.

CAP.

CAP. XVII.

IONIA.

POST Basilicum [1] Ionia aliquot se ambagibus sinuat: & primum à Posideo promontorio flexum inchoans, cingit [2] oraculum Apollinis, dictum olim Branchidae, nunc Didymei; Mile-



tum, urbem quondam Ioniae totius belli pacisque artibus principem, patriam Thaletis astrologi, & Timothei musici & Anaximandri physici, aliorumque civium inclytis ingeniis meritò inclytam, [3] ubicunque Ioniam vocant: urbem Hip-

1. *Ionia*] Asiae Minoris pars, nunc dicta *Queiscum* provincia Turciae. OLIVAR.

2 *Oraculum Apollinis dictum olim Bramatiae, nunc Didymei*] Scribendum non *Bramatiae*, sed *Branchidae*. Plinius, *Oraculum*, inquit, *Branchidarum, nunc Didymaei Apollinis*. Sed & lib. XXXIV. *Canachus*, inquit, *fecit Apollinem nudum, qui Philesius cognominatur in Didymaeo*. Branchidarum originem Strabo, & alii frequentes afferunt. BARBARUS.

Dictum olim Branchidae, nunc Didymi] *Didyma* legendum genere neutro: sic enim locus, & oraculum dicitur Straboni, Stephano, Pausaniae. PINTIAN.

3. *Utcunque Ioniam vocant*] Ad Miletum refertur, nunc *Melasa*. OLIVAR.

Utcunque Ioniam vocant urbem Hyppin] Scribendum per *i* in pri-

Hippum, amnis Maeandri exitu; Latmum montem, Endymionis à Luna (ut ferunt) adamati fabula nobilem. Dein rursus inflexa cingit urbem Prienen, & Gaesi fluminis ostium: [4] moxque ut majore circuitu, ita plura complectitur. Ibi est [5] Panionium, sacra regio, & ob id eo nomine appellata, quòd eam communiter Iones colunt: [6] ibi à fugitivis, ut ajunt, condita (nomen famae annuit) [7] Phygela: ibi Ephesus, & [8] Dianae clarissimum templum, quod [9] Amazones Asia potitae consecrasse traduntur: ibi

ma *Hippin.* Ceterùm locus est ambustus, & verbis, ut suspicor, diminutus. Qui si non sanescet, certè melioresset, si sic legatur, *& quondam insulam, nunc autem urbem, Hippos;* ex Strabone, Stephano, Plinio. PINTIAN.

Utcunque Ioniam] Fortè *Utramque* ex Herod. *Clione.* SCHOTT.

4. *Moxque ut majore circuitu*] Commodius, ut reor, legetur, *Moxque ut major est circuitu.* PINT.

5. *Panionium sacra regio*] Sic dicta, quòd locus esset communis, quo tota Ionia de Repub. & communi salute consultura, & sacris operatura conveniebat. Ibidem Herod. SCHOTT.

6. *Ibi à fugitivis.... condita.... Phygela:*] Sine adspiratione *Pygela*, Strabo, Stephanus, Xenophon, Livius, Suidas, Etymologos. Nec ignoro à Dioscoride appellari *vinum Phygeliten;* & à Plinio, & aliis, nominari oppidum *Phygela*, sed Suidas hanc litem dirimit: *Pygela*, inquit, *quam vulgo dicunt Phygela:* quasi diceret castrensi verbo imperitiorum hominum, & litteraturae minus politae. PINTIAN.

7. *Phygela*] Scribendum *Phygela*, Strabo, Pliniusque: à qua *Phygelites*, vini genus, Dioscoridi, Galeno, caeteris. BARBARUS. *Phygela* haud dubiè scripsit Mela, & ἀπὸ τῆς φυγῆς deflexit, nec sine Auctore, fortasse, qui intercidit. Plinius quoque sic exscripsit: *Juxta à fugitivis condita, utinomen indicio est, Phygela*, lib v. cap. 29. Quamquam τὰ Πύγελα Sraboni lib. XIV. *Geogr.* à Pygaliis populis, qui cum Agamemnone militatum venientes, illic propter morbum πυγὰν, sedem & nates infestantem, consederant. Scripturam igitur vett. cod. non muto. SCHOTT.

8. *Dianae templum*] Quod Herostratus, ut nomen ad posteros tanto flagitio transmitteret, incendit. Qua nocte natus & Alexander Magnus, Plutarch. *Alexandro*, Cicero lib. II. *de Divinat.* Solinus cap. 43. Vide Pet. Victorium lib. XVI. cap. 15. & Turnebum lib. XXVII. *Adversariorum* cap. 4. IDEM.

9. *Amazones*] Inter Iberos & Hyperboreos. OLIVAR.

Amazones] Sic & Solinus cap. 43. Alii Ctesiphontem construxisse tradunt. Plinius lib. XXXVI. cap. 14. & lib. V. cap. 29. Aliter Strabo lib. XV. SCHOTT.

10. *Ly-*

ibi Cayſtros amnis: ibi [10] Lebedos, Clariique Apollinis fanum, quod Manto, Tireſiae filia, fugiens [11] victores Thebanorum Epigonos; & Colophon, quam [12] Mopſus ejusdem Mantûs fi-
25 lius ſtatuit. [13] At promontorium quo ſinus



clauditur, quod altera parte alium, quem Smyrnaeum vocant, efficit, [14] anguſtisque cervicibus reliqua extendit in latius, abit in penè inſulae faciem. Super anguſtias, [15] hinc Teos, illinc Cla-

10. *Lybedos*] Scribe *Lebedos*, iisdem auctoribus. BARBARUS.

11. *Victores Thebanorum Ephygonas*] Lego *Epigonos*, id eſt, poſteros. Euſebius in *Chronicis*, *Interfectorum*, inquit, *poſteri*, *qui vocabantur Epigoni*, *adverſas Thebas bellum moverunt*. BARBARUS.

12. *Mopſus Mantûs f.*] Hujus etiam oraculum fuiſſe auctor Plutarch. περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων. De augurii victoria de Calchante Strabo lib. XIV. *Oenus* etiam Mantûs F. *Mantuam* matris nomine condidit, Virgil. lib. X. *Aeneïd.* Ceterùm duos Mopſos agnoſcit Tzetzes *in Lycophr.* tres verò Strabo extremo lib. IX. SCHOTT.

13. *Ad promontorium*] Malim, *At promont.* & deleo, *quod*. Et mox ex Pintiano: *aug. q. cervic. reliqua extendens*, *in latum abit in peninſulae faciem*. Et cap. initio, *flexum inchoans* leget, qui me audiet. IDEM.

14. *Anguſtisque cervicibus reliqua extendit. Inde latius abit in peninſulae faciem*] Lego, *anguſtisque cervicibus*, *reliqua extendens in latum*, *abit in peninſulae faciem*. PINTIAN.

15. *Hinc Teos*, *illinc Clazomena*, *& quia terga jungunt confinio adnexa maris*, *diverſis frontibus diverſa maria proſpectant.*] Scribo, *Hinc Teos*, *illinc Clazomenae*. *Qua terga agunt*, *confinibus adnexa muris*, *diverſis frontibus* &c. IDEM.

16. *In*

Clazomenae, quâ terga agunt, confinio annexae muri, diversis frontibus diversa maria prospectant. [16] In ipsa penè est Coryna. In sinu Smyrnaeo est Hermus amnis, [17] & urbs Leuca: [18] extra, Phocaea Ioniae ultima.

16. *In ipsa peninsula*] Inter Teos & Smyrnam, quae nunc *Lamires*. Olivar.

In ipsa peninsula est Coryna. In sinu Smyrnaeo est Thermodon amnis] Locus est ex depravatissimis hujus operis, ut mirum non sit Hermolaum in eo hallucinatum, *Plin. Castig.* lib. v. & alios Hermolai auctoritatem secutos. Castigo: *In ipsa peninsula est Smyrna in sinu Hermeo. Est Hermus amnis.* Movet me, quod procul à verisimili est, praetermissam à Mela in hoc tractu, aut *Smyrnam* urbem celeberrimam, & à cunctis Scriptoribus decantatam, Homeri patriam, Metropolin quondam totius Asiae, &, si Philostrato credimus in *Vita Apollonii*, & Aristidi in *Monodia in Smyrnam*, pulcherrimam omnium civitatum, quae sub caelo sunt. habita praesertim paulò antè mentione sinus Smyrnaei: aut etiam *Hermum* amnem, à nullo Geographo silentio suppressum, in cujus locum subrogatus est à corruptoribus *Thermodon* Paphlagoniae, longo inde spatio disjitus. Porro *Hermeo* legere malui, quam *Smyrnaeo*; non quòd me praeteriret celebrari sinum *Smyrnaeum* à Strabone, Plinio, & paulò antè Pomponio, sed quòd puto in sinu Smyrnaeo contineri alium minorem sinum, *Hermeum* dictum, ab *Hermo* fluvio ab omnibus, ut dixi, memorato in eum emittente: à quo & circumjacens campus dictus sit *Hermeus*, Straboni, Stephano, Herodoto, Plinio. Nec hoc mirum, quum *Elaïticus* sinus pars sit *Adramyttini* Straboni lib. xiii. & *Crisaeus* pars sit Corinthiaci, etsi aliqui malint eundem esse *Crisaeum*, & *Corinthiacum*, & in nonnullis aliis hoc ipsum accidat. De sinu verò *Hermeo*, in quo sita est *Smyrna*, & de conditore Smyrnae, & unde dicta sit Smyrna, Herodotus plenissimè in *Vita Homeri*. Quem locum Latinis repraesentavit elegantissimo carmine in *Ambra* sua Politianus noster, vir summi ingenii, & multae eruditionis. Illud observandum, ab *Smyrna* duci nomen gentile *Smyrnaeus*, possessivum verò *Smyrnaïcus*, auctore Stephano, quem si audimus, *Smyrnaïcum* nominabimus sinum, non *Smyrnaeum*. Pintian. Totus hic locus antea impeditus proximè veritatem, si non in integrum, restitutus est: quaedam tamen sunt à Pintiano nonnihil diversa, quae quum tolerari posse viderentur, retinui. Lectoris judicium facio. Vidi qui sic legerent: *In ipsa peninsula est Coryna. In sinu Smyrna est & Hermus amnis, & urbs Leuca.* Plinius enim lib. v. cap. 29. *Corinae* Mimantis promontorii meminit, & cap. 31. *Corinaei*, quod Cypri oppidum. Alii sic: *In ipsa peninsula est Cremnos. In sinu Smyrna eo est*, ex Ptolemaeo. Schott.

17. *Et Leuca*] Lego, *Est Leuca:* ut figurate repetatur saepe verbum, *est:* ut solet Pomponius, *Est Smyrna, Est Hermus, Est Leuca.* Pintian.

18. *Extra eum Phocis*] Dele dictionem *eum* ex usitato more Pomponii, & scribe *Phocaea* per diphthongon *ae* in penultima, ex Strabone, Stephano, Herodoto, Xenophonte, & omnibus. Idem.

CAP.

CAP. XVIII.

AEOLIS.

PROXIMA regio, ex quo ab Aeoliis incoli coepit, [1] Aeolis facta, antè Myſia, & qua Hellespontum attingit, Trojanis posſidentibus Troas fuit. Primam urbium à Myrino condi-
5 tore [2] Myrinam vocant: [3] ſequentem Pelops ſtatuit, victo Oenomao reverſus ex Graecia; [4] Cymen nominavit, pulſis qui habitarant, dux Amazonum Cyme. [5] Suprà, Caïcus inter Elaeam



1. *Aeolis*] Pars Aſiae Minoris. OLIVAR.

Aeolis facta] Melius *dicta*. SCHOTT.

2. *Myrinam*] *Sebaſtopolis* nunc dicta. OLIVAR.

3. *Sequentem Pelops ſtatuit, victo Oenomao reverſus ex Graecia. Cymen nominavit, pulſis qui habitarant, Dux Amazonum Cyme.*] Haec verba ſenſum aliquem habent, ſi ubi eſt *ſtatuit*, ibi periodum feceris. IDEM. Hic interpungendum monuit Jo. Olivarius ſequentia ad *Cymen* pertinere. Vellem probaſſet: Mela enim primùm urbis nomen ſilentio tranſiiſſe videtur, fortè quòd ignoraret: poſt verò *Cymen* appellatum ait. Lege Plin. lib. v. cap. 30. *Nat. Hiſtor.* SCHOTT.

4. *Zimon nominavit*] Scribo *Cymen*, ex Plinio, Strabone, caeteris, à *Cyme* Amazonum duce. BARBARUS.

5. *Supra Caïcus inter Eleam de-*
currit]

am decurrit & [6] Pitanen, illam [7] quae Arceſilan tulit, nihil affirmantis [8] Academiae clariſſimum antiſtitem. [9] Tum in promontorio eſt Cana oppidum: quod praetervectos, ſinus excipit, non pronus, ſed longè ac molliter flexus, retrahensque paulatim oras [10] usque ad ima montis Idae. [11] Is primò parvis urbibus aſperſus eſt, [12] quarum clariſſima eſt Ciſthena. Gremio inte-

currit] Scribendum *Elaeam* cum *e* diphthongo in penultima, ex Ptolemaeo, Stephano, Strabone: cujus Interpres, confuſis in unam duobus nominibus, pro *Elaea civitas* diviſim, ut eſt in Exemplari Graeco, ipſe conjunctim *Elaeapolis* malè vertit. Pintian.

6. *Pitanen illam*] Solinus cap. 13. *Pitane quam Arceſilaus Philoſophus* (malè in quibusdam libb. *Stoïcus*) *inde ortus prudentiae ſuae merito in lucem extulit.* Diog. Laërtio ſine ſpiritu Ἀρκεσίλαος, & *Pitane* per *i* ferè ſcribitur. Aliis *Arceſilas*, quatuor non amplius ſyllabis. Schott.

7. *Quae Archeſilan tulit*] Sine adſpiratione *Arceſilan*, omnes. Pintian.

8. *Academiae*] Novae: nam veteris princeps fuit Plato. Olivar.

9 *In promontorio eſt Cyrma oppidum*] Lege *Canna* oppidum ex Plinio, & Strabone. Barbarus.

In promontorio eſt Cynna oppidum] Scribe vel *Cane* cum unico *n* numero unitatis, genere femineo: vel *Canae* numero plurium; utroque enim modo dicitur, ex Strabone, Stephano, Plinio. In Graecis Ptolemaei exemplaribus *Caene* pro *Canae* vitioſè ſcriptum eſt. Pintian.

10. *Uſque ad ima montis Idae. Iſthmos parvis urbibus adſperſus eſt*] *Iſthmos* eſſe non poteſt, ubi non eſt Cherſoneſus, h. e. peninſula. Cùm verò hîc nulla peninſulae mentio habita ſit, ſequitur ut nullatenus hîc legi *Iſthmos* queat. Scribendum igitur reor: *Is mons parvis urbibus*; ut paulò pòſt: *Huc ab Idaeo monte demiſſus Scamander exit & Simois, fama quàm natura majora flumina. Ipſe mons, vetere divarum certamine* &c. Quòd ſi tibi videatur, non eſſe elegantiae Melae, cùm paulò ante dixerit, *montis Idae*, illico repetere, *Is mons*: cogita fieri potuiſſe, ut verbum *mons*, poſitum fuerit à Lectore ſupra pronomen *is*, expoſitionis gratiâ, & poſtea in contextum orationis receptum: ut in Bithynia: *quibus a tergo imminet mons Olympus, ut incolae vocant, Myſius. Is flumen Rhyndacum in ea quae ſequuntur emittit.* Sunt tamen exemplaria, in quibus non *Iſthmos* ſcriptum eſt, ſed *Is primo*. Idem.

11. *Iſthmo parvis urbibus*] Pintianus in ſuis in Melam *Retractationib. Is mons.* Melius tamen, quod pace Manium illius ſic ait, *Is mox parvis urbibus*: quam lectionem, quia propius abeat à vulgata, ut excudendam curarem, Sanctius noſter juſſit Schott.

12. *Quarum clariſſima eſt Ciſtena*] Scribo, *Ciſthena* cum adſpiratione in ſecunda: ſive *Ciſtene*, ex Strabone, & Plinio. Memini & Iſocrates in *Panegyrico*. Pintian.

interiore [13] campus Thebe nomine, [14] Adramyttion, Aſtyram, Chryſam, oppida, eodem quo dicta ſunt ordine adjacentia, continet; in altero latere Antandrum. Duplex [15] cauſa nominis jactatur. Alii Aſcanium Aeneae filium, cùm ibi regnaret, captum à Pelasgis, ea ſe redemiſſe commemorant: alii [16] ab his putant conditam, quos ex Andro inſula vis & ſeditio exegerat. Hinc hi Antandrum quaſi pro Andro, illi quaſi pro viro accipi volunt. Sequens tractus tangit [17] Gargara, & Aſſon, Aeoliorum colonias. Tum ſinus alter, [18] Ἀχαιῶν λιμὴν, non longè ab Ilio litora incurvat;

13. *Campus Thebe nomine*] Scribendum *Thebes*, non *Thebe*, ex Strabone. Stephano, Herodoto, Plinio, Xenophonte circa finem *Adſcenſus Cyri*, & lib. IV. *Graecarum Hiſtoriarum*. Meminit & Livius in bello Macedonico. IDEM.

14. *Adrimittion, Aſtyram, Eresſam*] Lego *Adramyttion* per *a* in ſecunda, & *y* in tertia, & *Aſtyra*, non *Aſtyram*: eſt enim neutralis generis, & *Chryſam*, non *Eresſam*, ex Strabone, & Stephano, Plinio quoque lib. v. *Thebe*, inquit, *Aſtyra*, *Chryſa*: ut vitandus ſit Hermolai error, qui in Pomponio *Eresſa* legit, non *Chryſa*, in lib. v. *Plinianarum Caſtig.* cap. 30. Porro *Adramyttion* priùs ſcribebatur cum *d* in ſecunda; poſtea verſo in *t*, dictum eſt *Atramyttion*, & ſic ſcripſiſſe Thucydidem teſtatur ejus Enarrator. Mos is eſt Atticorum, ut in *Entelechia* & aliis vocibus Graeci notant Grammatici, qui de Dialectis ſcripſerunt. IDEM.

Cresſam] Scribo *Eresſam*. Unde Plinius *Eresſii* hac ipſa parte. BARBAR.

15. *Cauſa nominis jactatur*) Verbum à gloſſa eſt & redundat. SCHOTT.

16. *Ab iis putant conditam*] Nec eſt, ut his verbis obduci debeat Plinius, quod fit à Voſſio, qui *Edonida* prius vocatam, mox *Cimmerida* innuit, nec utique *condere* hic notat coloniam deducere. Quot enim coloniae per Graecos ductae ſunt, quae nomen prius nequaquam mutaverunt? Quin & Edonis & Cimmeris ſunt vocabula regioni convenientiora, ut illo tempore potuerit habitari iſte locus, non autem integra ratione conſtituiſſe urbem, quam videntur primi condidiſſe Andrii: nec ſanè pro colonia deducta rectè numerantur, quos vis & ſeditio exigit. GRONOV.

17. *Cargara & Aſſona, Aetholorum*] Scribo *Aſſon*, non *Aſſona*. De *Aſſo* Plinius, Strabo, Ptolemaeus, omnes. BARBARUS.

Aetolorum colonias] Lege *Aeolum colonias*, ex Strabone, etſi Aſſon à Methymnaeis deductam tradat ex auctoritate Myrſili; Stephanus verò à Mitylenaeis ex Alexandro Cornelio: praeteriit hoc Hermolaum, qui in lib. v. *Caſtigat. Plin. Aetolorum colonias* in Pomponio legit, non *Aeolum*. PINTIAN.

18. Ἀχαιῶν λιμὴν] Graecorum portus. OLIVAR.

19. *Ilio*

vat; urbe bello excidioque clarisſima. [19] Hîc [20] Sigeum fuit oppidum: hîc Achivorum fuit bellantium ſtatio. Huc ab Idaeo monte demisſus [21] Scamander exit, & Simois, fama quàm natura majora flumina. Ipſe mons vetere Divarum certamine, & judicio Paridis memoratus, orientem ſolem aliter, quàm in aliis terris ſolet aſpici, oſtentat. Namque ex ſummo vertice ejus ſpeculantibus, penè à media nocte ſparſi ignes paſſim micare, &, ut lux appropinquat, ita coire ac ſe conjungere videntur; donec magis magisque collecti, pauciores ſubinde, & una ad poſtremum flamma ardeant. Ea cùm diu clara & incendio ſimilis effulſit, cogit ſe ac rotundat, & fit ingens globus. Diu is quoque grandis, & terris annexus apparet: deinde paulatim decreſcens, & quanto decreſcit, eo clarior, fugat noviſſimè noctem, & cum die jam ſol factus, attollitur. Extra ſinum ſunt Rhoetea litora, Rhoeteo & Dardania claris urbibus; Ajacis tamen ſepulcro maximè illuſtria. Ab his fit arctius mare, nec jam alluit terras, ſed rurſus dividens, anguſto [22] Hellesponti freto litus obvium findit: facitque ut iterum terrae, [23] quâ fluit, latera ſint.

19. *Hîc Sigaeum fuit*] Scribe ſine diphthongo, *Sigeum*: & non multò pòſt; *Rhoetea litora* & *Rhoeton* cum *oe* diphthongo in prima, ex Strabone, Stephano, Thucydide, Herodoto, Homero. Nec intelligo, cur idem Hermolaus in lib. IV. *Plin. Caſt. Sigaeum*, & in quinto *Rhoetaeum* cum *ae* diphthongo utrumque in ſecunda ſyllaba ſcribat, niſi incuria ſit, ut credo, Librariorum. Pintian.

20. *Sigeum*] Oppidum & promontorium: nunc *Caput Sanctae Mariae*. Olivar.

21. *Scamander*] Mortales *Scamandrum*, Dii vero *Xanthum* vocant, quod teſte Ariſtotele lib. III. *Hiſtor. animal.* cap. 12. oves, quae inde bibunt, reddat flavas. Homer. *Iliad.* T. in fine, & Υ.

Ὃν Ξάνθον καλέσσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον.

Ubi Euſtathius: Σκάμανδρον λέγεται ὡς οἱονεὶ Κάμανδρον· κάματον γάρ ποτε ἀνδρὸς τῷ Ἡρακλεῖ παρεμυθήσατο, ἡνίκα εἰς Ἴλιον ἐστρατεύσατο. Schott.

22. *Hellesponti*] Turcae ex parte Aſiae Hellespontum vocant *Brachium Sancti Georgi*. Olivar.

23. *Quâ fluit, latera ſint*] Leg. *quam fuerant, latiora ſint*. Schott.

CAP. XIX.

BITHYNIA, PAPHLAGONIA, ALIAEQUE PONTICAE ET MAEOTICAE GENTES IN ORA ASIATICA.

INTERIUS [1] Bithyni sunt, & [2] Mariandyni: in ora, Grajae urbes, [3] Abydos & [4] Lampsacum & Parion & Priapos. Abydos magni quondam amoris commercio insignis est. Lampsacum [5] Phocaeis appellantibus nomen ex eo traxit, quòd con-



1. *Bithyni*] Extra Asiam Minorem: sed Turcae majores dicuntur. OLIVAR.

2 *Mariandynei*] Vereor, ne leg. sit *Mariandyni* ex Graeca scribendi consuetudine. Rectè infrà lib. II. cap. 7. *Thymnias Mariandynorum finibus proxima, quam Bithyni incolunt.* Strabo quoque lib. VIII. Ἐκεῖ γὰρ ὀνομάζουσι Καυκωνιάτας τινὰς Μαριανδύνοις ὁμόρους, καὶ αὐτοὶ Παφλαγόνες ὄντες. Sic Apoll. Rhodius. Et Dionysius Afer:

Καὶ Μαριανδυνῶν ἱερὸν πέδον.

Orpheus *Argonauticis* in eadem voce corruptus,

Ἠχί τε Μαῦροι ἔσαν Μαριανδέροισιν ὁμηροι

Leg. enim Μαριανδύνοισιν ὅμηροι. Apud Ptolemaeum autem, ne quid dissimulem, Μαριανδήνοις reperi. SCHOTT.

3 *Abydos & Lampsacum*] Legendum, *Lampsacus*, non *Lampsacum*, ex Geographis omnibus gregatim, praeter Plinium, in quo idem

consulentibus in quasnam terras potissimùm tenderent, responsum erat, [6] ubi primùm fulsisset, ibi sedem capesseret. Tum rursus fit apertius mare, Propontis. In id Granicus effunditur, quâ primùm inter Persas & Alexandrum pugna fuit nobilis. Trans amnem sedet [7] in cervice penè insulae [8] Cyzicum: (nomen Cyzicus indidit,

idem error. Item ex Thucydide, Athenaeo, Demosthene: Apollonii quoque Expositores, *Lampsacos*, ajunt, *Pityea appellabatur*. Et Valerius Flaccus lib. II.

——— *transmisſaque puppi*
Lampſacos: Ogygii.

Ovidius quoque primo *Tristium*:

Et te ruricula, Lampſace, tuta Deo.

& infra. Pintian.

4. *Lampſacum*] Nunc *Circe*. Olivar.

5. *Parion*] Hodie *Parisa*. Idem.

6. *Ubi primùm fulsisset*] Prout in omnibus ferè contigit Graecorum etymologiis, ut vocem aliquam considerare mallent modò propriam, modò appellativam: ita contigit ex ea dubitatione ignorari veram originem vocis in hac urbe; ut enim patet ex Vossio, alii ab hac historia ad Graecum λάμψις alludente, alii ab *Lampſace*, vel *Lampſaco* deduxerunt, quum aliis placeret antea jam fuisse, ac dici solitam Pityeam, vel Pityoessam. Quidquid sit, Etymologus sequitur sententiam Pomponii nostri, cujus explanationem vituperat Vossius, quum si necdum tunc Lampsacus, certè nec Lampsacenis potuit dari istud oraculum, quos tamen jam ita vocat. Quod rectè se haberet, si in hujusmodi narrationibus ignota esset consuetudo frequentandae prolepseos, de qua cognoscenda tantoperè sategerunt & Rupertus *ad Enchiridion* Pomponii pag. 314. ubi citatur ipse Isaci nostri frater hinc molliens Vellejum Paterculum, & Raph. Fabrettus *ad Columnam Trajani* pag. 58. Gronov.

7. *In cervice penè insulae Cyzicum*] Idem error cum proximo: legendum enim *Cyzicus*, non *Cyzicum*, quod praeter omnes, qui de Situ orbis tractant, vel Ovidii versus illi proclamant lib. I. *Trist.*

Atque Propontiacis haerentem Cyzicon oris,
Cyzicon Haemoniae nobile gentis opus.

& Propertius lib. II.

Frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos.

Controversus huic error in eo, quod non multò post sequitur: *Trans Rhyndacon est Dascylos*: scribendum enim *Dascylion*, non *Dascylos*, ex Strabone, Stephano, Ptolemaeo, Herodoto, Xenophonte lib. III. *Hellenicôn*. Corrigendum idem vitium in Plinio. Pintian.

Cyzicum] Vulgò *Spiga*. Olivar.

8. *Plagea & Cylace*] Vetus lectio, & Plinius & Herodotus, *Placia & Scylace*, quam Valerius Flaccus *Scylacaeum*. Barbarus.

dit, quem à Minyis imprudentibus, cùm Colchos peterent, fusum acie caesumque accepimus) pòst Placia, & Scylace, parvae Pelasgorum coloniae, [9] quibus à tergo imminet mons Olympus (ut incolae vocant) Mysius. Is [10] flumen Rhyndacum in ea quae sequuntur emittit. Circà [11] Angues nascuntur immanes; neque ob magnitudinem modò, sed ob id etiam mirabiles, quòd ubi in alveum ejus aestus solemque fugerunt, emergunt atque hiant; supervolantesque aves, quamvis altè & perniciter ferantur, absorbent. Trans Rhyndacum est [12] Dascylos, &, quam Colophonii collocavere, Myrlea. Duo sunt inde modici sinus. Alter sine nomine [13] Cion amplectitur, Phrygiae haud longè jacentis opportunissimum emporium: [14] alter

9. *Quibus à tergo imminet mons Olympus, ut incolae vocant, Mysius.*] Cùm Strabo lib. XII. Plinius lib. V. Ptolemaeus etiam lib. V. Stephanus, Theophrastus quoque lib. IV. *De lapidibus*, uno omnes consensu hunc montem *Olympum Mysium* appellent; considerandum est, cur Mela scribat, *ut incolae vocant Mysius*. An legendum, *quem ab incolis vocant Mysium?* an fortè, quod magis arridet, verba illa, *ut incolae vocant*, adjecta sunt à Lectore, qui cùm nesciret, cur dictus esset *Mysius*, putavit peculiare incolarum esse nomen? PINTIAN.

10. *Flumen Rhyndacem*] Scribe *Rhyndacum*, iisdem auctoribus. De iis anguibus ad Rhyndacum tum alii, tum Plinius. BARBARUS.

11. *Angues nascuntur*] Vide Plinium lib. VIII. cap. 14. SCHOTT.

12. *Dasilos, & quam Colophonii collocavere Myrlea:* item *Dascylos*, non *Dasilos*. Plinius, Strabo, ceteri. BARBARUS.

Dascylos] *Diasquilos* hodie. OLIVAR.

13. *Chion amplectitur*] Scribendum sine *h*, *Cion*, iisdem testibus. BARBARUS.

14. *Alter, Olbianos. In promuntorio*] Nulla causa est, cur ista sic divellantur: immo turbant, nec discerpit editio Juntina. Lege: *Alter Olbianos, in promontorio fert N. f.* Quomodo autem quum de Ciano sinu ait Auctor, *alter sine nomine*, intelligi possit ignobilis, non video. Tam nobilis est Cianus sinus, quàm Olbianus: immo & sibi tunc obloquitur Auctor; quomodo enim ille sinus potest esse ignobilis, cui adjacere fatetur opportunissimum emporium Phrygiae? Immo & ipse Mela negat sibi τὰ *sine nomine* paria esse τῷ *ignobilis*, lib. III. cap. 6. scribens, *Multae ignobiles insulae & sine nominibus etiam adjacent.* Haec tetigerunt Isaacum. Itaque audias licet, quid senile exspi-

ter Olbianos, in promontorio fert Neptuni fanum; in gremio Aſtacon, à Megarenſibus conditam. [15] Deinde priores terrae iterum jacent; [16] exiturique in Pontum pelagi canalis anguſtior [17] Europam ab Aſia ſtadiis quinque disterminat, Thracius (ut dictum eſt) Boſporus. Ipſis in faucibus oppidum, in ore templum eſt: oppidi nomen Calchedon, auctor Archias Megarenſium prin-

ſpiret. Quum citaſſet diſtinctionem ferè meam, addit; [ſic editio Vineti, quam exprimendam typographo tradideram, mutatis iis, quorum in Obſervationibus feciſſem mentionem] Scilicet haec debebat orbis eruditus poſt meas Notas ab Voſſio diſcere. Sed oro, quae & quomodo voluit mutata ea, quorum in Obſervationibus fecit mentionem? Profectò haec ſcripſit, quum mens ei per odas credo Windeſorienſes foret alienata. Quod pergit adnectere aetate Melae *Cium* fuiſſe everſam, hinc ceſſaviſſe quoque nomen ſinus Ciani, qui omnino factus ſit ignobilis; ad id rogo, quis igitur poſt aetatem Melae inſtauraverit, ut ſub Domitiano, M. Aurelio, Caracalla cuſi illic reperiantur hodie nummi? An etiam de his nummis judicabimus, ut Voſſius judicat de Mela, illos loqui de *Cio*, velut etiamnum ſuperſtite? Certè Voſſius, quum haec ſcriberet, erat ſuperſtes ſibi. GRONOV.

15. *Deinde priores terrae iterum jacent*] Lego, *objacent*, ut antè monui. PINTIAN.

Deinde priores terrae iterum jacent] Dele *jacent*, & lege: *Dehinc propiores terrae iterum:* ut ſup. cap. 13. *Iſſo propior.* Sic lib. II. cap. 3. *Fontes objacent*: dele, *objacent*. SCHOTT.

16. *Exiturique in Pontum pelagi canalis anguſtior. Europam ab Aſia*] Planè non attendunt eruditi editores ad genium Melae, dum ſic diſtinguunt: Mela enim vellet, *exiturique in Pontum pelagi canalis anguſtior Europam ab Aſia ſtadiis quinque disterminat, Thracius (ut dictum eſt) Boſporus.* Ipſe enim Boſporus eſt canalis ille anguſtior. Ita autem ſolitum ſcribere & ſine diſtinctione gravi ſubnectere apparet ex lib. I. cap. 7. *Super hunc ingens palus amnem Tritona recipit, ipſa Tritonis.* Et hoc ipſo capite jam ſupra: *Tum rurſus fit apertius mare Propontis.* Vellem docuiſſet me Voſſius, an etiam *canalis anguſtior* alicubi *jacere* dicatur. Is tamen, ut erat praefractus, obſtrependo veriſimae diſtinctioni meae id videtur velle, cui adeo nunc non parui, ut videns imbecillitatem obtrectationis, ex monito meo mutarim. GRONOV.

17. *Europam ab Aſia ſtadiis quinque disterminat*] Scio hanc lectionem Strabonem habere aſſertorem, ſed cùm conſtet Melam magnum ex profeſſo Herodoti eſſe depeculatorem, & Plinium Melae; ſcribantque Herodotus in *Melpomene* & Plinius, non *quinque* ſtadiis, ſed *quattuor* Boſporum Thracium Aſiam ab Europa dirimere; malo hîc legere *quattuor ſtadiis*, quàm *quinque*. Neque enim Hermolai ſententiam probo, qui *lib.* v. *Caſtigat. Plin.* cap. 32. Plinii lectionem emendat ex Strabone & Pomponio. Ego è contrario Pomponium ex

princeps ; [18] templi numen Jupiter, conditor Jaſo. Hîc jam ſeſe ingens Pontus aperit; niſi quâ promontoria ſunt, [19] huc atque illuc longo rectoque limite extentus, ſinuatus cetera, [20] ſed (quia contrà minùs, quâ ad laevam & dextram abscesſit, mollibus faſtigiis, donec anguſtos utrin-

Plinio & Herodoto corrigendum cenſeo Strabonem, qui diverſus fuit opinionis, valere ſinens. PINTIAN.

18. *Templi numen Jupiter, conditore Jaſo*] Scribendum arbitror *Jaſone*. Nota conjecturae hujus ratio ex illa peregrinatione Minyarum. BARBARUS.

Templi numen Jupiter, conditore Jaſone] Sic Hermolaus caſtigavit, ſed elegantior, ut ſentio, feſtiviorque lectio erit, *Templi numen Jupiter, conditor Jaſon*. Ceterùm quia Hermolaus addubitat, nec coniectura magis, quàm ullius Auctoris teſtimonio, *Jaſone* caſtigavit, quum antè *Eiaſo* legeretur, fulciamus illius caſtigationem auctoritate alicujus illuſtris Scriptoris. Is eſt Polybius, qui in lib. IV. ſcribit Jaſonem è Colchide redeuntem apud Chalcedonem urbem duodecim diis primùm ſacrificaſſe. PINTIAN. Admonuimus legendum nobis videri: *Conditor Jaſon*. Nunc ut Ptolemaeo opem feramus, ſcire Lectorem volumus, *Jovem*, qui in eo templo colitur, appellatum eſſe cognomine *Urium*: auctoribus Stephano in dictione *Chalcedon*, & Arriano in *Periplo Ponti Euxini*. & Ptolemaeo lib. v. Apud quem tamen atrox menda inolevit à nemine ante me, quod ſciam, animadverſa: nam ubi eſt, *Templum uriudios*, correctores non intelligentes quid eſſet *uriudios*, *Artemidos* ſcripſerunt, hoc eſt, Dianae. IDEM.

19. *Huc atque illuc longo rectoque limite extentus, ſinuatus cetera. Sed quia contra minus quam ad dextram & laevam abscesſit*] Locus eſt tenebroſiſſimus, & qui doctos etiam homines diu torſit Aperui, quid ſentirem. Nunc displicet ſententia, ac dubito, an poſſet verius ſic legi: *Sinuatus cetera; ſed quà it contra: Minus quà ad dextram & laevam abscesſit. Mollibus faſtigiis*, &c. ut ſit ſenſus: ſinuatum eſſe, quà tendit contrà, hoc eſt, ab utraque continente Boſpori Cimmerii, arcus brachia, ut vocant, exprimente; minus autem ſinuatum eſſe, quà ad dextram & laevam abscesſit, mollibus enim faſtigiis, &c. Quòd autem curvatura orae ſit, ut diximus, ipſe infra oſtendit in Thracia his verbis: *Recta dehinc ora, niſi quod media ferè in promontorium, quod Thinniam vocant, exit, & incurvis contra ſe litoribus obtenditur*. Aut ſi haec ſcriptura displicet, lege eodem ſenſu ſic: *ſed quà it contrà nimis, quà ad dextram & laevam abscesſit*, &c. IDEM.

20. *Sed quia contra minus, quàm ad laevam & dextram abscesſit*] Scribendum puto, *ſed qvà intrat minus, qua ad laevam & dextram abscesſit*, ut ſit ſenſus, longo rectoque limite extentum eſſe Pontum, ſed quà intrat minus, quà verò ad laevam, &c. IDEM.

Sed qua it contra, minus] Non me fugit, Pintianum aliter interpungere, vel *nimis* legere. Mihi meum placet ſomnium: mox enim Scythico arcui comparat, qui media ſui parte inflectitur, & qua

utrinque angulos faciat, inflectitur) [21] ad formam Scythici arcus maximè incurvus: [22] brevis, atrox, nebulosus, raris stationibus, non molli neque arenoso circumdatus litore, vicinus aquilonibus, & quia non profundus est, fluctuosus atque fervens: olim [23] ex colentium saevo admodum ingenio [24] Axenus, pòst commercio aliarum gentium mollitis aliquantùm moribus, dictus Euxinus. In eo primùm Mariandyni urbem

quà fere coit, minus exporrigitur. Lectio editorum codd. se corruptam clamat, ut facilè intelligunt, qui nare norunt & litteras. SCHOTT.

Sed quia contra minus, quàm ad] Fortè, *Sed qua contrahitur, qua ad laevam*, &c. IDEM

21. *Ad formam Scythici arcus*] Salust. . . . & Dionysius:

Τόξῳ ἐοικότα περιγίγνεται ἄμματι τόξου
Ἀλλ' εἰκὴ νευρῆς σημήϊα, δεξιὰ πόντου,
Ἰθὺ διαγραφθέντα.

IDEM.

Ad formam Scythici arcus maximè incurvus] Haec ita junxi in priore editione, quum Vossius & priores post vocem *arcus* distinguerent. Sed ego nequivi concipere Pontum Euxinum maximè incurvum. Magis incurvum fuit Mare Caspium, imo & palus Maeotis. Hinc ita loqui, & ab similitudine sic describi eum ab Mela putavi, ut lib. III. cap. 6. *triquetra & Siciliae maximè similis.* GRONOV.

22. *Brevis, atrox, nebulosus*] Si haec verba mendâ vacarent, sibi ipse repugnaret Pomponius, brevem appellando Pontum, quem paulò antè dixerat, longo rectoque limite extentum. Legendum igitur non *brevis*, sed *brevibus*, ut alibi etiam docuimus, confirmante id Ammiano Marcellino libro XXII. *Omnis*, inquit, *circumfluo ambitu Pontus & nebulosus est, & dulcior aequoribus ceteris & vadosus.* Facit etiam quod statim sequitur: *Et quia non profundus est.* Lego, *& qua non profundus est.* PINTIAN.

23. *Ex colentium saevo admodum ingenio Axenus*] Scribo Graeca terminatione *Axenos*, ex Plinii & Doctorum vulgata consuetudine. IDEM.

24. *Axenus, pòst commercio*] Eadem Plinius lib. VI. cap. 1. & Strabo lib. VII. Καλεῖσθαι ἄξενον διὰ τὸ δυσχείμερον καὶ τὴν ἀγριότητα τῶν περιοικούντων ἐθνῶν, καὶ μάλιστα τῶν Σκυθῶν ξενοθυτούντων, καὶ σαρκοφαγούντων καὶ τοῖς κρανίοις ἐκπώμασι χρωμένων ὕστερον δ' Εὔξεινον κεκλῆσθαι, τῶν Ἰώνων ἐν τῇ παραλίᾳ πόλιν κτισάντων. Ovid. IV. *Trist.* eleg. 4.

Frigida me cohibent Euxini litora Ponti,
Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

Aliter paullò Amm. Marcellinus lib. XXII. *Histor.* SCHOTT.

bem habitant, [25] ab Argivo (ut ferunt) Hercule datam. Heraclea vocitatur: id famae fidem [26] adjicit. Juxtà [27] ſpecus eſt Acheruſia, ad Manes (ut ajunt) pervius; atque inde extractum Cerberum exiſtimant. Tum [28] Tios oppidum, Mile-



25. *Ab Argivo, ut ferunt, Hercule datam*] Legendum *ductam*, aut quod magis arridet *deductam*, ut non ita poſt *à Themiſtagora Mileſio deductum oppidum*: & in Thracia; *deinde à Mileſiis deducta Calatis*. PINTIAN.

26. *Adjicit*] Ita edidi ex MSS. non *adjecit*, ut eſt in editis: nam talia in praeſenti maluit Auctor efferre, quàm in praeterito, ut lib. II. cap. 2. *Signum fabulae remanet*: ibidemque, *Capit opinio fidem*, non *cepit*. GRONOV.

27. *Specus Acheruſia*] de hac Plato *Phaedone* & Strabo lib. v. *Geograph.* & inf. lib. II. cap. 3. Dionyſius Περιηγητὴς:

Καὶ Μαριανδυνῶν ἱερὸν πέδον· ἔνθ' ἰνίπκσιν
Οὐδαίῳ Κρονίδαο μέγαν κύνα χαλκοφώνου,
Χειρὶν ἀνελκόμενον μεγαλόφρονος Ἡρακλῆος,
Δεινὸν ἀπὸ στομάτων βαλέειν σιαλώδεα χυλόν.

Et Mariandyni dium genus: hic ubi Ditis
Ingens ille canis ferreo cum gutture fertur
Herculeis manibus ſuperas pertractus in auras
Faucibus infamem diris vomuiſſe ſaliyam.

Ubi ex Diodoro Siculo Euſtathius: Ἡράκλεια Μεγαρέων ἄποικος, περὶ ἣν Ἀχερουσία χερρόνησος, ὅπερ φασὶν Ἡρακλέα τὸν ἐξ ἅδου Κέρβερον ἀναγαγεῖν. SCHOTT.

28. *Thios oppidum Mileſiorum*] Scribendum ſine *h Tios*, ex Strabone, Plinio, Ptolemaeo, Stephano, ut alibi notavimus. BARBARUS.

Tios] Nunc *Tio*. OLIVAR.

29. *Qui-*

Milesiorum [29] quidem colonia, sed jam soli gentisque Paphlagonum: quorum in litoribus penè mediis promontorium est Carambis; citrà Parthenius amnis, urbesque Sesamus & [30] Cromna & à Cytisoro Phrixi filio posita Cytoros; [31] tum Cino-

29. *Quidem colonia*] Melius, *quaedam*. SCHOTT.

30. *Cromnos, & à Cythisoro Phryxi filio posita Cythoros;*] Plinius, Strabo, Valerius Flaccus, & caeteri, non *Cromnos*, sed *Cromna*, unde sua Venetis origo. Erat & in Peloponneso *Cromna*, ut ait Pausanias, à *Cromno* Lycaonis filio nomen habens: quam, ut inquit Stephanus, & virili & feminino genere, item plurali & singulari quoque numero pronunciabant. Idem Auctor, *Cythorum* urbem à *Cythoro* Phryxi filio nuncupatam, non à *Cythisoro* tradit. BARBARUS.

Cronna] Nunc *Comana*. OLIVAR.

Et Acitoro Phryxi filio posita Cythoros] Aldus, *& à Citisoro Phryxi filio posita Cytoros*. Scribendum quidem diversa orthographia, *& à Cytisoro Phryxi filio posita Cytoros*: ex Herodoto, qui *Cytisoron* Phryxi filium appellat, & Apollonio Rhodio, ejusque Interpretibus, libro secundo, *Cytisoron* etiam nominantibus. Sed quia in Apollonii scriptis emendatisque codicibus *Cytoros* legitur, non *Cytisoros*, & item Strabo & Stephanus *Cytoros* enuncient; inclinat animus ut *Cytoro* hîc legatur potiùs, quàm *Cytisoro*. Stephanus addita *d Cydtoros* profert, nec alius. PINTIAN.

31. *Tum Cimolis accolitur*] Aldus, *Tum Conobus & Coliris*. Hermolaus castigavit, *Tum Cimolis accolitur*. Nos legendum putamus, *Tum Cinolis*, *Anticinolis*, ex Strabone, & Arriano in *Periplo*. IDEM.

Tum Cimolis accolitur] Potest etiam *attollitur* legi, ut infrà lib. III. cap. 6. *Longè ab eo Taurus attollitur*. SCHOTT.

Tum Cinolis, Anticinolis] Varia passim occurrunt talia loca ab Graeco sermone sic appellata, quoniam sibi invicem adversa. Sed ea nuspiam ab Mela agnoscuntur, nisi hic, ut voluit Pintianus cum Vossio. Et cur id volunt? nullam profectò causam addunt, nisi quòd postremus dicat, „ Ita „ ferè meliores libros & sic le„ gendum esse rectè vidit Pintia„ nus: inepta sunt aliorum commenta". quum Pintianus planè non cansetur veteres libros. Et quomodo legunt veteres libri? Nempe ante Hermolaum legebatur *Cynobus & Colliris*. Ipse in MS. legi *Cinobus & Coliris*. in Chisiano legitur *Cynobus & Collicis*, in Mediol. *Cynobus & Colliris*. Nec dubito, quin si non eundem, certè similem ad modum legatur in aliis omnino omnibus: in qua scriptura quod vestigium est litterarum *anti*? & quae illa via est, per quam hinc perveniemus ad scripturam, quam nobis imponunt viri illi doctissimi? Itaque egò hanc Anticinolin appono Solinianis Antiscythis. Immo corrigendum est *Cinolis & Collusa*, quam verisimam restitutionem probat Scylacis *Periplus*, ubi quum Armene jam fuisset attributa Asyriae extra Paphlagoniam, huic regioni mox dantur eodem prorsus ordine, quem nunc tenet Mela, Στεφάνη λιμὴν, Καλέσσα πόλις Ἑλλήνις, Κίνωλις πόλις Ἑλλήνις, Ka-

[32] Cinolis, Anticinolis, [33] & quae Paphlagoniam finit Armene. Chalybes proximi clarisſimas habent [34] Amiſon, & [35] Sinopen Cynici Diogenis
65 patriam; amnes Halyn & Thermodonta. [36] Secundum Halyn urbs eſt Lycaſto: ad Thermodonta campus. [37] In eo fuit Themiſcyrium oppi-

Κάραμβις. &c. Nihil poteſt accommodatius Pomponio fingi. Licet contra haec inſpicias verboſam Appendicem. In ea mentitur Voſſius, ab Artemidoro confirmari *Anticinolin*: itidem mentitur, quum ſcribit me negare ullam unquam fuiſſe *Anticinolin*, & mentitum fuiſſe Strabonem & Artemidorum. Quis enim ille Artemidorus? Pintianus citat Arrianum in *Periplo:* ego ago negotium Melae: Melae reſpectu & hujus loci nego *Antiphellon*, & jure nego. Strabonem & Arrianum non tetigi. In Scylace ulli ſuſpicioni locum eſſe probet Voſſius, non à me alium teſtem requirat. Cordati Scriptoris quid ſit, nunquam ſcivit Voſſius. Mentitur quum ſcribit, quia Mela *Rhii* mentionem facit, non autem *Anturrhii*, inde me conficere praeclarum argumentum, potuiſſe quidem Melam *Cinolidis* meminiſſe, non autem *Anticinolidis*. Dixi enim, varia occurrere talia loca, quae etiam ipſe adnumerat. Ipſe item ſibi mentitur, quum ſcribit me falli, quòd putem loca haec ſic dicta, quia ſibi invicem eſſent oppoſita: nam in illo ipſo loco ſcribit Antiſcythas *ab adverſa gente in eodem vivente hemiſphaerio* denominari placuiſſe. Certè non aliter conſideravit Pintianus, unde Voſſius nunc ſtat, ad Plinium lib. v. cap. 31. non aliter hodierni interpretes Stephani, ut patet ad v. Ἀντίσαρα. Eat Voſſius & intelligat ſic τόπον ἀντίτυπον contra Herodotum lib. 1. cap. 67. & 68. An verò ſic ἀρκτικὸς & ἀντιαρκτικὸς intellexit, aut ἀντίποδιμον, voces Gographicas? Sic quum ipſe abierit ad Antiſcythas, his eum relinquo. Videbis planè ea, quae olim notavi, eſſe omnia ad Holſtenii guſtum in Notis ad Ortelium, quae repetiit ad Stephanum in v. Ἄκυρα. GRONOV.

32. *Cynobus & Collires*] Scribendum *Cimolis accolitur*, ex Plinio, Strabone, Ptolemaeo. BARBARUS.

Cimolis] Nunc *Cinopolis*. OLIVAR.

33. *Et quae Paphlagoniam finit Armine*] Scribendum cum adſpiratione in prima & *e* brevi in penultima *Harmene*, ex Strabone, Ptolemaeo & Arriano; quamvis Ptolemaeus ſine adſpiratione ſcribit: Hermolaus autem qui *Armine* agnoſcit cum *i* in ſecunda, ubi id legerit, ipſe viderit: Ptolemaeus certè, quem advocat, tam Graecus, quàm Latinus, item Stephanus *Armene* legunt, ſine adſpiratione. PINTIAN.

34. *Amiſon*] Nunc *Quinopoli*. OLIVAR.

35. *Sinopen*] Hodie *Sinopi* IDEM.

36. *Secundum Halyn urbs eſt Lycaſto*] Plinius *Lycaſtum* in ſexto. Interpretes Apollonii in ſecundo *Lycaſtia*, tres fuiſſe ſcribentes Amazonum urbes ad amnem Thermodontem, *Lycaſtiam*, *Themiſcyram*, *Chalybiam*. PINTIAN.

37. *In eo fuit oppidum Themiſcyrum*] Scribe *Themiſcyra*, non *Themiſcyrum*, ex Strabone, Stephano, Ptolemaeo, Herodoto, Plinio.

Ha-

pidum: fuere & Amazonum caſtra; [38] ideo Amazonium vocant. Tibareni Chalybas attingunt, quibus in riſu luſuque ſummum bonum eſt. [39] Ultrà [40] Moſſyni turres ligneas ſubeunt, notis corpus omne perſignant, propatulò veſcuntur, promiſcè concumbunt & palàm: reges ſuffragio deligunt, vinculisque & arctiſſima cuſtodia tenent, atque ubi culpam pravè quid imperando meruere, [41] inedia diei totius afficiunt: ceterum aſperi,

Habetur nihilominus *Themiſcyrum*, ſed promontorium, non urbs, Apollonii Enarratoribus in ſecundo. IDEM.

38. *ideo Amazonum vocant*] Senſus eſt: Poſt amnem Thermodontem eſſe campum, in quo fuit Themiſcyra oppidum & Amazonum caſtra, unde campus ipſe dictus ſit Amazonum. Confirmat hoc Appianus libro *Mithridatico: Cuicunque*, inquit, *circa Thermodontem fluvium terram incolunt, quae Amazonum appellatur.* Strabo quoque undecimo tradit *Themiſcyram* camposque Thermodonti proximos atque imminentes montes, Amazonum dictos eſſe. Nam ſi *Amazonium* admitteretur, putarem eam dictionem ad Aeolidis Cymen magis pertinere, quae dicta eſt alio nomine *Amazonium* auctore Stephano. IDEM.

39. *Ultra Carambin Moſſynoeci*] Arrianus in *Periplo Carabin* profert, non *Carambin*. Item ſcribendum *Moſſynoeci* cum uno *ſ*, & correpta prima, ex Strabone, Stephano, Herodoto, Stobaeo. Quòd ſi aliquando cum duplici invenitur apud Apollonium, Valeriumve Flaccum, aut alios Poëtas, jure ſuo illi utuntur ratione ſyllabae. Fugit hoc Hermolaum, qui in ſexto Plin. cum dupplici *ſſ* ſemper ſcribit *Moſſynoeci*. IDEM.

Ultra Carabin Moſſynoeci] Alii *Ultra Tibarenos Moſſynoeci*: alii, *Ultra Moſſynoeci*: & mox *inedia conficiunt*. Lector arbitrabitur. Poſt paullo, *in ſinum adverſi litoris flexus attollitur*. SCHOTT.

40. *Moeſyn turres ligneas ſubeunt*] Valerius Flaccus, & Apollonius Poëtae, non *Moſſyni*, ſed *Moſſynoeci*, hoc eſt, turricolae: idem Strabo, idem ceteri. BARBARUS.

Moſſynoeci] Unico *ſ* ſcripſi & cum *y*, Graecum Orthographiam ſecutus: *Tibareni* verò per *i* contra atque in vulgus editum hactenus,

——— Οἱ μόσσυνες ἔχυσι
Δεμνιτέους· τῶν δ' ἄγχι πελίδνης Τιβαρηνοί.

ut Dionyſius Afer. Strabo verò ἀπὸ μοσυνῶν, ὃ ἐστι πύργων, αὐτὸς ὀνομαζισθαι. De his & Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. I. *Antiq. Roman.* & Xenophon lib. V. Ἀναβάσεως. SCHOTT.

41. *Inedia diei totius afficiunt*] Da veniam, quaeſo, humane Lector; libet enim hic tantillum conſidere. Non eſt cantandum, *res brevis agitur*. Aeſtimemusque, an jus nobis aliquod ſive civile, ſeu honorarium competat adverſus noſtrum Melam. Videtur enim (quod cum bona venia tanti viri dictum ſit) non percepiſſe mentem Apollonii Rhodii, quem hic

ri, inculti, pernoxii appulsis. Dein minus feri (verùm & hi inconditis moribus) Macrocephali, [42] Becheri, Buzeri: rarae urbes;

hoc loco transtulit. Verba Apollonii, quoniam Librarii nostri Graecis formis carebant, Latinè subtexam, sed cum fide. *Miser*, inquit, in secundo libro de Mosynoecorum Rege loquens: *Nam si in jure dicundo quippiam peccaverit, ad famem illo die includentes habent.* Mela verbis illa, *ad famem illo die*, pro *illius diei* accepit. At Apollonii Enarratores contrà intelligunt, eo ipso die, quo contra jus pronunciaverit, in carcerem trudi, quoad fame pereat: citantque suae expositionis asfertores Ephorum & Nymphodorum. Addo ego adstipulari Interpretibus Apollonii, Nicolaum *de Moribus gentium*, referente Joanne Stobaeo. PINTIAN. His quae scripsi adversus Pomponium, favent verba Plinii lib. VI. de Rege Taprobanae insulae: *si quid delinquat, morte mulctari, nullo interimente, sed aversantibus cunctis, & commercia etiam sermonis negantibus.* IDEM.

Inedia diei totius afficiunt] Observavit Pintianus ὡσόχως, ut solet, Apollonii Rhodii locum malè, ut vulgo legitur, reddidisse Pomponium: nisi fortè, quibus hodie caremus, Auctores sit secutus. Quid si, ut & symbolam aliquam conferamus, *inedia diei illius aff.* parva commutatione legamus? Nam *diei totius*, sine libris temerè jugulare religio sit: tametsi à Librario, ad oram adscriptum, in seriem tralatum esse aliis videatur: Apollonii versus lib. II. *Argonaut.* vers. 1030. exscripsi, ne quis fortè à libris defectus requireret: Pintianus enim non librorum Graecorum, (quibus abundabat) sed characterum, inopiâ non expressit:

Σχίτλιος, ἦν γάρ πε τί δίμιστῶν ἁλίτηται,
Διμῷ μιν κεῖθ' ἦμαρ ἐπικλείσαντες ἔχουσιν.

Quem in locum eruditiss. Scholiastes: Ἱστορεῖ Ἔφορος καὶ Νυμφόδωρος περὶ τούτων, ὅτι τὸν βασιλέα αὐτῶν ἄδικόν τι κρίναντα ἐγκλείουσι καὶ λιμαγχονοῦσι. Eadem ferè Stobaeus περὶ νόμων καὶ ἠθῶν, *Serm.* 24. Μόσυνοι τὸν ἑαυτῶν βασιλέα τρέφουσιν ἐν πύργῳ κατακλείσαντες. ἐὰν δέ τις δόξῃ κακῶς ποτε βεβουλεῦσθαι, τῷ λιμῷ αὐτὸν ἀποκτείνουσι. SCHOTT.

42. *Discheri, Buxedi*] Lego *Bechires, Buzeres*; ex omnibus Geographis, Historicis, & Poëtis, quibus citandis subinde supersedeo, fastidio parcens. PINTIAN.

Bechiri, Buzeri] Hanc lectionem notat Vossius proximè accedere ad veterum codicum scripturam. Nec eam tamen, quae fuerit, voluit aperire. Editiones priores *Discheri*. MS. Chisian. *Discheri Brysedi*, ipse legi *Disceri Brisedi*: Juntina *Discheri, Buxedi*, ut & MS. Mediol. Unde apparet Vossio haesisse hîc aquam. Ut tamen aliquid diceret, Zenobiani Βαχχείριοι & Stephani Βήριξ huc audacissimè attrahi debuerunt, in quibus nihil boni dicit. Concedamus postremos Buzeros. An in priore voce non manifestè patent *Insechi* ab Tacito nominati lib. XIII. *Annal.* 37. ut illic ex Florentino codice pro *Isichi* restituisse se scribit Pichena, quum

[43] urbes; [44] Ceraſus & [45] Trapezus maximè il- 80
luſtres. Inde is locus eſt, ubi finem ductus à Boſporo tractus accipit; [46] atque inde ſe in ſinu adverſi litoris flexus attollens anguſtiſſimum Ponti facit angulum. [47] Hîc ſunt Colchi; [48] huc Phaſis erumpit; hîc eodem nomine, quo amnis eſt, [49] à Themiſtagora Mileſio deductum oppidum; hîc Phrixi templum, & lucus fabula vetere pellis aureae nobilis. Hinc orti montes longo ſe jugo, & donec Rhipaeis conjungantur, exporrigunt; qui altera parte in Euxinum & 90
Maeotida & Tanain, altera in Caſpium pelagus obverſi, Ceraunii dicuntur: [50] iidem alicubi Taurici, Moſchi, Amazonici, Caſpii, Co-

quum tamen ipſe in iſto exemplari legerim *Inſochi*, quae vera eſt lectio. Ἴνσοχοι illic ut Τάοχοι ab Stephano collocantur ἐνδοτέρω τῆς Ηόντου. GRONOV.

43. *Urbes Ceraſunta & Trapezos*] Scribi poteſt, *Urbes Ceraſus & Trapezus*, ex Plinio, Strabone, ceteris: aut, *Urbes Ceraſuntia & Trazepus*, aut certè, *Urbes Ceraſuntum & Trapezus*. Ut enim *Sipus & Hydrus*, etiam *Sipuntum & Hidruntum*, ita *Ceraſus* etiam *Ceraſuntum* voces. De *Sipunto* Plinius, & infrà Pomponius. BARBARUS.

44. *Ceraſus*] *Ceraſo* nunc. OLIVAR.

45. *Trapezus*] *Trapezonda*. IDEM.

46. *Atque inde ſe in ſinu adverſi litoris flexu attollens*] Caſtigandum puto, *atque inde ſe in ſummum adverſi litoris flexum attollens*. PINTIAN.

47. *Hîc ſunt Colchi: hinc Phaſis erumpit*] Lego, *Hîc Phaſis erumpit*, ut ſit tritum dictionis ſchema, Melae maximè. *Hîc Colchi. Hîc Phaſis. Hîc oppidum. Hîc Phryxi templum. Hîc orti montes.* IDEM.

48. *Hinc Phaſis erumpit*] *Hîc* legit Pintianus. Ego verò nihil muto: non etiam ſemper ſchematis & tropis addictus Mela. Haec enim alternat, *Hinc*, *Hîc*, ſi animum advertas. SCHOTT.

Hîc Phaſis erumpit] Olim vulgo legebatur *hinc*. Pintiano placuit ejusdem voculae repetitio. Reſtitit illi Schotus. Approbavit Voſſius. Ego manifeſtè in MS. legi *huc*, ut eſt & in Mediolan. Nec in his tam noſtrae voluntati indulgendum, quàm quid Melae placuerit ſcrutandum & ſequendum. Id verò declarat Auctor lib. 1. cap. 18. *Huc ab Idaeo monte demiſſus Scamander exit.* lib. 1. cap. 7. *Unde Alpheus creditur huc agere alveum, atque ſe rurſus extollere.* GRONOV.

49. *A Theniſtagora Mileſio*] Scribo *Themiſtagora*, ex Herodoto, apud quem frequens ejus mentio. PINTIAN.

50. *Iidem aliubi*] Redundat *aliubi*, & mox *appoſiti* lego. SCHOTT.

51. *Ce-*

[51] Coraxici, Caucaſii; ut aliis aliisve appoſiti
95 gentibus, ita aliis aliisque dicti nominibus. At in primo flexu jam curvi litoris oppidum eſt, quod Graeci mercatores conſtituiſſe, & (quia, cùm caeca tempeſtate agerentur, [52] ignaris quae terra eſſet cycni vox notam dederat) Cycnum
100 appellaſſe dicuntur. Reliqua ejus, ferae inculeaque gentes, vaſto mari aſſidentes tenent, [53] Melanchlaeni, [54] Toretae, Sedochezi, Coraxi, [55] Phthirophagi, Heniochi, Achaei, Cer-

51. *Coraſici*] Scribendum *Coraxici*, à monte dicti, cui nomen *Corax* eſt, auctore Ptolemaeo: ſive à populis *Coraxis*, paulò mox dicendis. BARBARUS.

Coraxici, *Caucaſi*] Legendum *Caucaſii*. Nemo aliter. PINTIAN.

52. *Ignaris quae terra eſſet*] Melius, *ignaris qua terra eſſet*. IDEM.

53. *Menanclea*] Scribo *Melanchlaeni*, ab atris, quibus utuntur, appellati veſtibus: ex Strabone, Plinio, & infrà Pomponio. BARBARUS.

Meandea, *terreſtrea*, *ſexoli*, *cecoraxi*] Quum haec ſit meliorum codicum ſcriptura, teſte Voſſio, (Mediol. *Menanclea terreſtrea ſex ſolicae Coraxi cleptyr*) qua fronte ſuſtinuit hinc comminiſci *Ecreticen*, qualiscunque ea Plinio & Ptolemaeo appelletur? Videlicet quia in Scylace occurrit *Colice* poſt Coraxos, ideo & Mela duas, ut loquitur, provincias nominare pro incolis debuit. At tamen Holſtenius pro *Sexolitae* teſtatur ſe invenisſe in libro manu exarato *Sexolici*. Ego *Seſxolycen Coraxi cleptirophygi*. Ut ferè mirer, cur Voſſius etiam non correxerit *Coraxice*. Etiam ad Serbonidem paludem eſt Ἐκρυγμα; an ideo & Χώρα Ἐκρικτικὴ? In *Sexolice* ſunt aperta veſtigia Sedochezorum, quorum Regem memorat Tacitus III. *Hiſt.* cap. 48. qui egregiè hac congruentia firmantur. Omnia denique ſic videntur componenda: *Melanchlaeni*, *Toretae*, *Sedochezi*, *Coraxi*. Τορῖται ὑπὲρ Ποντικὸν dicuntur etiam Stephano: ubi pariter Holſtenius colligit eos vicinos fuiſſe Cercetis. Hinc ita edere non dubitavi. GRONOV.

54. *Terreſtria*, *Sexſolitae*] Voces ſine dubio barbarae, quas expoſitionis gratia ſuper litteratas totidem poſitas, aut alias fortè ab errore ſcilicet aliquo & peregrinatore indocto adjectas, indoctior Librarius pro legitimis habuit, rejectis veris ac litteratis. Quae temeritas maximas doctiſſimis etiam viris tenebras offudit, veſtigantibus per ſummos labores, quae inveſtigari nequeunt. Has, inquam, duas voces in Tabulis Ptolemaei, quas Modernas appellant, inveni, ubi deſcribitur litus ſiniſtrum Ponti Euxini. Quin & *Tritonicen* legi; de qua infrà Mela, in initiis Thraciae. PINTIAN.

55. *Cleptitophagi*] Scribendum *Phthirophagi*: ex Plinio, Strabone, ceteris, ita dicti, quòd in ſorde & ſquallore degant. BARBARUS.

56. *Achaei*, *Cercetici*] Lego, *Cercetae*, non *Cercetici*, ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio, Marcel-

Cercetici, [57] & jam in confinio Maeotidis Sindones. [58] In Heniochorum finibus Dioſcorias, à Caſtore & Polluce Pontum cum Jaſone ingreſſis; [59] Sindos in Sindonum ab ipſis terrarum cultoribus condita eſt. Obliqua tunc regio, & in latum modicè patens, inter Pontum Paludémque ad Boſporum excurrit: [60] quam duobus alcellino. Meminit & Alexandrinus Heſychius, in quo vitioſè ſcriptum eſt, *Cercetae gens Indica* pro *gens Scythica*. Dionyſius Byzantius *Cercetios* nominat; nam *Cerceticas* poſſeſſivum potiùs eſt, quàm gentile nomen, unde *Cerceticus portus* Ptolemaeo. Pintian.

57. *Etiam in confinia Maeotidis Syndones.*] Videtur ſcribendum diſtinctè, *& jam in confinio Maeotidis Sindi* cum *i. Sindi* enim non *Syndones* ſunt Straboni, Stephano, Marcellino, Trogo Pompeio, Valerio Flacco,

Degenerésque, inquit, *ruunt*
Sindi glomerantque paterno
Crimine, nunc etiam metuentes
verbera turmas.

Idem.

58. *In Heniochorum*] Strabo lib. XI. Phthiotas Achaeos ex Jaſonis exercitu Achaiam, quae hic eſt, habitaſſe: Lacones verò Heniochiam, quorum duces Ῥῆξις καὶ Ἀμφίστρατος fuerunt, Caſtoris & Pollucis aurigae, unde Heniochi appellati. Plinio verò lib. VI. cap. 5. & illius ſimiae Solino cap. 20. *Polyhiſtoris*, & Marcell. lib. XXII. uno conſenſu *Amphitus* & *Telchio* Caſtoris & Pollucis aurigae dicti. Schott.

59. *Syndos in Syndonum finibus*] Legendum, ut dixi, *Sindorum* non *Syndonum*. Praeterea *Syndicus portus* redditur in hoc tractu à Ptolemaeo, & *Sinda* vicus, non *Syndos*. Strabo quoque *Sindicum* portum & civitatem celebrat. Nec non & Plinius *Sindicam* civitatem. Pintian.

60. *Quam duobus alveis in lacum & in mare profluens Corocondamam penè inſulam reddit*] Sic Aldi praeferunt exemplaria, propiùs veritatem. Et minus adhuc mendoſè legeretur, *Corocondama palus inſulam reddit.* Ceterùm locus eſt corroſus & mancus, multisque verbis apertiſſimè caſſus. Poteſt autem jactura reſarciri ex Strabone, nunquam ſatis laudato Scriptore, ſi ad hunc modum legatur: *quum duobus alveis, altero Anticites amnis in lacum profluens Corocondametin, altero lacus ipſe in mare peninſulam reddunt.* Alioquin non ſit mihi veriſimile aquas Corocondametidis lacus ita eſſe libratas, ut quod videntur ſignificare verba Auctoris, altero alveo profluant in Maeotidem, altero in Pontum: quod tamen ipſum ſi fieret, non jam eſſet peninſula, ut vult Mela, ſed juſta inſula. De lacu verò *Corocondametide* Stephanus, & Strabo: cujus verba precium operae legentium abſolvent: totam enim hanc controverſiam dirimere videntur. Plinius etiam de hac peninſula in ſexto, quam ipſe *Eionem* nominat. Idem.

Quae duobus alveis in lacum & in mare profluens, Corocondamam peninſulam reddunt] Monui locum hunc eſſe ambuſtum, & verbis fraudatum. Emendavi, ut occurrit: video nunc paucioribus verbis poſſe eundem ſenſum ſervari.

alveis in lacum & in mare profluens [61] Corocondame penè insulam reddit. [62] Quatuor urbes ibi sunt, Hermonassa, [63] Cepoe, Phanagoria, & in ipso ore, Cimmerium. [64] Hâc ingressos
115 Lacus accipit longè latéque diffusus: quâ terras tangit, incurvo circumdatus litore; quâ mari propior est ([65] nisi ubi aperitur) aequali margine obductus: citra magnitudinem, propè Ponto similis. Oram, quae à Bospóro ad Tanain usque
120 deflectitur, Maeotici incolunt, [66] Toreatae, Se-

Lego igitur: *quam duobus alveis Anticites in lacum, & in mare profluens Corocondama, peninsulam reddunt.* PINTIAN.

61. *Coracandam penè insulam reddit.*] Strabo & Ptolemaeus, *Corocondama.* BARBARUS.

Corocondamam peninsulam] Mei arbitrii res esset, *insulam* legeretur, nec quid temerè adderetur. Sic enim Περιηγητὴς:

Ἄλλη ἀπειρισίη νῆσος πέλει, ἣ ῥα τε λίμνης
Ἐντὸς ὑπεξιτηρὴ Μαιώτιδος ἐστήρικται.

Chersonesum *Eionem* vocatam ibi collocare videtur Plinius lib. VI. cap. 6. Strabo lib. XI. *Geogr.* παῖμην Κορακονδάμην καὶ Κορακονδαμῖτιν λίμνην vocat, & Σινδίκην per ι in prima perpetuò scribit. Mox, *lacus excipit*, legi malim. SCHOTT.

62. *Quatuor urbes ibi sunt, Hermonas, Saccephoe, Spana, Corea, & in ipso ore Cimmerium.*] Quatuor pollicetur urbes, & quinque numerantur. Proinde castiganda lectio est ad hunc modum: *Quatuor urbes ibi sunt, Hermonassa, Cepoe, Phanagoria, & in ipso ore Cimmerium:* ex Plinio, Strabone, Ptolemaeo. BARBARUS.

63. *Cepoe*] Sic edidi, quum Vossius perperam edidisset *Cepae.* Non Κῆπαι sunt, sed Κῆποι. Hinc etiam lib. II. cap. I. edidi *Arimaspoe*, quum in MS. vidissem *Arimampsae*, ut est & in Chisiano, Mediol. *Arimampse:* Holstenius testatur in MS. legi *Arimaspae:* unde & Arimaspas appellatos colligit, quod illi ex Orpheo gratificamur, non ex nostro Pomponio. GRONOV.

64. *Hac ingressos lacus*] Paludem Maeotida intelligit, quae nunc dicitur *El mar negro.* OLIVAR.

65. *Nisi ubi aperitur*] Scribendum puto, *nisi ubi aperit os*, ut alibi de sinu Caspio: *inter Amardos & Paeticas os aperit.* PINTIAN.

66. *Toreatae, Arrichi, Phicores*] *Toretae*, non *Toreatae*, Stephanus, Dionysius, Ptolemaeus: cui *Toretice* promontorium est, à Toretis nimirum gente. At Strabo in undecimo *Toreatae* profert. Item Ptolemaeus cum uno tantùm *r Arichi.* At Strabo, Stephanus, Plinius *Arrhechi* per duplex, & penultima producta; etsi in Strabone etiam Graeco cum *i* in penultima mendosè legatur, ut docet Stephanus, qui *Arrhechi* in Strabone legit penultima producta. *Phycari* verò Plinio in sexto cap. 7. gens Maeotica est, sed codex scri-

Serachi, Phicores, [67] & ostio fluminis [68] proximi Ixamatae. Apud eos easdem artes feminae, quas viri exercent, adeò ut ne militia quidem vacent. [69] Viri pedibus merent, sagittisque depugnant: illae equestre praelium ineunt, nec 125
ferro dimicant; sed quos laqueis intercepere, trahendo conficiunt. Nubunt tamen: verùm ut nubiles habeantur, [70] non in aetate modus est; nisi quae hostem interemere, virgines manent.

Ipse

scriptus *Phycori* habet. Romana exemplaria *Phycores*. Idem.

Toreatae, Arrichi, Phicores] Haec saepe examinata fuerunt viris doctissimis atque etiam jactata. Interim nihil Vossius de libris antiquis. Ipse legi *tatraes erachi phicores*, in Chisiano erat *themes herachi sichares*. In Mediol. erat *theteserachi phic*. Pro *Arrechi* MS. habere *Erachi* testatur etiam Holstenius ad Ortelium. In mediis his igitur perspicuè celantur *Seraci*, ut vocantur ab Tacito XII. *Annal.* cap. 15. Prima vox videtur contracta & corrupta pro *Dadrae*, quod vocabulum interlabente *n* factum pro *Dandrae*. Dandarae, Dandaridae, & Δανδάριοι Plutarcho in *Lucullo*. Similem certè varietatem in his notavit Holstenius ad appellationem postremam Stephani. Gronov.

67. *Et ostio fluminis proximi Iaxamathae*] Scribendum sine ulla adspiratione *Iaxamatae* ex Ptolemaeo, Plinio, Marcellino. Pintian.

68. *Proximi Xamathae*] Scribendum *Iaxamathae*. Barbarus.

Proximi Examatae] *Iaxamathae* facti sunt ab Hermolao, hos correxit Pintianus in *Iaxamatae*. Et hunc sequuntur editiones, quum olim legeretur *proximi Xamathae*, quomodo & in tribus MSS. legi scio. Holstenius verò testatus in marginibus Stephanianis MS. habere *Xamatae* videtur rectè conjicere, primam litteram ab ultima praecedentis absorptam videri propter similitudinem, legendumque *proximi Ixamatae*, quod sequendum judicavi. Obstrepens tamen Vossius ait, si causa illa bona est tum quoque scribendum fore *Examatae*. Et cur quaeso? Nempe quia in melioribus libris magno consensu legitur *proximè Xamatae*. Ita discis causam, cur Vossius ediderit *proximi Examatae*. Ego verò nullum talem MS. vidi: & nominaverit Vossius illos meliores. Nam quod de Valerio Flacco notat, diu ante ad Ammianum lib. XXII. cap. 8. notavit Valesius, nec tamen vel ipse in Ammiano sic corrigit, nec MSStos ita habere dicit. Adde Casaubonum ad Polyaeni librum VIII. cap. 55. Utique ad librum III. cap. I. professus est se scire in sexcentis litteram illam priorem *i* adjici. Gronov.

69. *Viri pedibus inhaerent*] Vide an non redundet *inhaerent*. Multa enim ex glossa in Melam irrepsisse nemo, paululum modò humanior, nec admodum in ejus lectione hospes, inficiabitur. Schott.

70. *Non in aetate modus est*] Non aetate nubiles, sed factis aestimant. Idem.

Ipse Tanais ex Rhipaeo monte dejectus, adeò praeceps ruit, ut cùm vicina flumina, tum Maeotis & Bosporus, tum Ponti aliqua, brumali rigore durentur, solus aestus hiememque juxtà ferens, idem semper & sui similis incitatusque decurrat. Ripas ejus [71] Sauromatae & ripis haerentia possident: una gens, aliquot populi, [72] & aliquot nomina. [73] Primi Maeotidae [74] γυναικοκρατούμενοι, [75] regna Amazonum, [76] fecundos pabulo, at alia steriles nudosque campos tenent. Budini Gelônon urbem ligneam habitant: [77] Juxtà Thyssagetae [78] Turcaeque vastas silvas occu-

71. *Sauromatae*] *Sarmatae*, nunc *Magni Bulgari*. OLIVAR.

72. *Et aliquot nomina.*] Quae res multos saepe in errorem induxit, non animadvertentes gentem eandem varia nomina à variis sortiri vel locis, vel Geographis & Historicis. Monuit idem de Syria sup. cap. 11. & de Oceano Dionysius:

Οὕτως Ἀσιανὶς περιδέδρομε γαῖαν ἁπάσαν
Τέσσερσιν ἰὼν, καὶ τόσσα μετ' ἀνδράσιν ὀνόματ' ἔλαχεν.

De Nomadibus & Gelonis locum non mutavimus: sententiam ampliantes, dum certiora occurrant. SCHOTT.

73. *Primi Meotici gynaeci*] Legendum opinor, *Primi gynaecocratoumenoe Amazonum. Deinde Nomades, fecundos pabulo*, &c. & mox, *campos, Budini*, absque *tenent*. IDEM.

74. *Ginecocratum Onoe*] Scribendum *Gynaecocratumenoe*, hoc est, à feminis possessi, victique. De his & lib. VI. diximus in Plinio. BARBARUS.

Γυναικοκρατούμενοι] Id est, *mulieribus subjecti*. OLIVAR.

75. *Regna Amazonum*] Plinius, *connubia Amazonum*. PINTIAN.

76. *Fecundos pabulo ad alia steriles nudosque campos tenent Budini, Geloni urbem ligneam habitant.*] Nullo modo procedit haec lectio: nam Herodotus, à quo omnia haec hausit Mela, contraria omnino de Budinis prodit, regionem habitare omni genere arborum frequentem. Puto ergo desiderari in hoc loco verbum *Nomades*, communi jam & insanabili librorum omnium peste: nam de Scythis Nomadibus Herodotus scribit, quod hîc Mela Budinis accommodat, neque arare, neque ferere, sed terram habitare omni arbore nudam. Legatur igitur meo periculo sic: *Nomades fecundos pabulo, ad alia steriles nudosque campos tenent. Budini Gelonon urbem ligneam habitant*, ex Herodoto in *Melpomene* ad verbum. Lege, deinde pronuncia. IDEM.

77. *Juxta Thyrsegetae Turcaeque*] Lego *Thyssagetae, Iurcaeque*, ex Herodoto in *Melpomene*: cui *Iyrcae* sunt, non *Turcae*. Idem vitium in Plinio, apud quem tamen nulla ratione Hermolaus *Turcae* agnoscit, *Thyssagetas* Valerius Flac-

occupant, alunturque venando. Tum continuis rupibus latè aspera, & deserta regio [79] ad Arymphaeos usque permittitur. His justissimi mores; nemora pro domibus; alimenta baccae; & [80] feminis & maribus nuda sunt capita. Sacri itaque habentur: adeóque ipsos nemo de tam feris gentibus violat, ut aliis quoque ad eos confugisse pro asylo sit. Ultrà surgit mons Rhipaeus, ultraque eum jacet ora, quae spectat Oceanum.

Flaccus *Thyrsagetas* nominat; Stephanus cum Herodoto *Thysagetas*. Idem.

78. *Turcaeque*] *Iucraeque* Pintianus, qui *Turcas* hinc profligavit, atque utinam ex Europa, tanquam Hercules alter, profligasset: aereus staret in omnibus foris & compitis. Plinius *Turcas* agnoscit lib. VI. cap. 7. & Simocattus apud Eustathium in Περιηγητὴν, Hunnos Scythiae populos Turcos à Persis appellatos auctor est. Qui de rebus Turcicis nostra majorumque memoria scripserunt, eorumque originem usque à capite arcessere studuerunt, hanc vocem pro legitima agnoscunt. Schott.

Turcaeque] Turcarum, gentis Scythicae ad Caucasum montem, meminit Euagrius *Hist. Ecclesiastica* lib. v. ubi de Justino Imp. & lib. ult. cap. 14. ubi de Mauricio Caesare: Nicephorus lib. XVIII. cap. 20. & 30. Pintianus hic & in Plinio *Iurcas* reponit, ex Herod. *Melpomene*. Judicent eruditiores. Idem.

79. *Ad Arymphaeos usque permittitur*] Lego *Argippaeos* cum *i* in secunda & duplici *pp* & *ae* diphthongo in penultima, ex Herodoto in *Melpomene*, etsi Hermolaus *Arymphaeos* defendat apud Plinium ex Solini auctoritate, malitque Plinium castigare ex minutulis sordidisque Auctoribus superque Latinis, quàm ex Herodoto Graeco, illustri & antiquissimo Historico, apud quem credibile magis est, resedisse vera gentium & locorum nomina, quàm apud Latinos praesertim ignobiles, insuperque innumeris mendis deformatos, usque adeò ut ab ipsis qui composuerunt, si revivisserent, opera sua agnosci nequirent. Zenobius hos *Orgempeos* appellat. Plinius scriptus eodem propè, quo Herodotus, modo *Argempheos* ostentat. Pintian.

80. *Maribus & feminis nuda sunt capita*] Calvi sunt, ut latius Herodotus *Melpom.* Maximè sanè mirandum: tradunt enim Philosophorum filii, mulieres, eunuchos, & pueros nunquam calvescere: quòd temperamento sint frigidiore & humidiore, quo capillus alitur, qui nimia cutis siccitate excidit: cujus tamen rei causam Aristoteles ad cerebri magnitudinem retulit, lib. v. *Hist. Animal.* cap. 4. Schott.

POMPONII MELAE DE SITU ORBIS LIBER II.

CAP. I.

SCYTHIA EUROPAEA.

ASIAE in Noſtrum mare Tanainque vergentis, quem dixi, finis ac ſitus eſt. [1] At per eundem amnem in Maeotida remeantibus, [2] ad dextram [3] Europe eſt, [4] modò [5] ſiniſtro latere innavigantium appoſita. Rhi-

1. *Ac per eundem amnem in Maeotida remeantibus ad dextram Europa eſt, modò ſiniſtro latere innavigantium appoſita.*] Alia lectio habet, *Ac per eundem amnem in Maeotida remeantibus, ad dextram Europa eſt modò, ſiniſtro latere innavigantium appoſita.* Locus eſt ſubobſcurus, ſive ſequutus fueris priorem lectionem, ſive poſteriorem. Dicam tamen, quod ſentio. Si quis ex fonte Tanais per Tanaim in Maeotida redierit, revera Europam relinquet ad dexteram amnis: ſed ſi qui ex fonte usque ad paludem navigaverit, non eſt dubium, quin remigantes ad ſiniſtram eandem relinquant. OLIVAR.

2. *Ad dexteram Europa eſt, modò*] Sunt qui poſt *modò* inciſum faciant. SCHOTT.

3. *Europa eſt modò*] Sic interpungo, *Europa eſt: modò ſiniſtro lateri navigantium oppoſita, Riphaeis montibus (nam & huc illi pertinent) proxima, cadentes*, &c. IDEM.

4. *Modo ſiniſtro latere innavigantium oppoſita.*] Lego *lateri*, non *latere*, & Aldus *appoſita* agnoſcit, non *oppoſita*. PINTIAN.

5. *Siniſtro latere innavigantium appoſita, ac Rhipaeis montibus*] Equidem unde copula *ac* venerit, vix recte deprehendo. Schottus enim, quum in *Spicilegio* nihil dixiſſet, in *Praetermiſſis* dicit ſe interpungere, *modo ſiniſtro lateri navigantium oppoſita, Rhipaeis montibus*. Sed Pintianus in *Retractationibus* citans *ac Riphaeis*, notat delendum conjunctionem *ac*, quam voculam Schottus alio litterarum

[6] Rhipaeis montibus proxima (& huc enim pertinent) cadentes asſiduè nives adeò invia efficiunt, [7] ut ultrà ne niſum quidem [8] incedentium admittant. Deinde eſt regio ditis admodum ſoli, inhabitabilis tamen: [9] quia [10] Gryphi, ſaevum

rum charactere excudi curavit. In Chiſiano erat *in Rhip.* In altero *arepheis.* Hinc deprehendi denique verum, *ſiniſtro latere innavigantium appoſita, à Riphaeis*, hoc eſt, progreſſa & incipiens à Rhipaeis montibus, qui ſunt ultima ſimul Europae & Aſiae verſus oceanum Septentrionalem nota pars. Et quantas mihi, Lector, ob hanc notam gratias debes? Hac enim fuit excitatus Voſſius, ut quod in patria praeſtare non poterat, inter cantica inſularia vaticinaretur, ſic conſtituendum eſſe locum, *Agrippaeis montibus proxima, & huc enim pertinent, cadentes* &c. etiam doceret Agrippaeos montes vitioſè modò Arimphaeos vocari, item Melam ſcripſiſſe antea *mons Agrippaeus*, porro Melam dicere Tanaim in Rhiphaeis vel potius Rhipaeis montibus oriri. Putat opinor nos in ignariſſima Septentrionis parte verſari, ubi neniae quoque ejus vel inſulſiſſimae curarentur, ut ab Hyperboreis profecti. Quis audiit, quis patietur montes Agrippaeos nuſpiam dictos? Rhipaeum montem vel Rhipaeos montes omnibus decantatos ignorari in Mela, niſi demum lib. III. cap. 5. Credant hoc Voſſiocolaces. Quum Ennius dicit apud Varronem, *Decem coclites quos montibus ſcimus Rhipaeis fodere*, benè diſcimus, quo usque extenderint Antiqui Rhipaeos montes. Horum latus unum emittebat Tanain, ad alterum habitabant Hyperborei. Itaque & ad Europam & ad Aſiam pertinebant. Ob Tanais fontem eos appellat Mela inter partes ad mare mediterraneum ſpectantes; ſupra eos quidquid erat, rejicit ad Oceanum, neque in eo admittit diviſionem terrarum in Europen & Aſiam. Reliqua Voſſii ſunt plena Abderiticae indolis. In Mediolanenſi eſt *meripheis.* Gronov.

6. *Ac Ripaeis montibus, nam & huc illi pertinent, proxima. Cadentes asſiduè nives*, &c.] Detrahe conjunctionem, *ac:* & verbum *cadentes*, cum minore littera ſcriptum, ſuperioribus applica. Pintian.

7. *Ut ultra ne viſum quidem intendentium admittant.*] Lego *ne viſum quidem inceſſumve admittant*, ex Herodoto evidentisſimè in *Melpomene.* Idem.

8. *Intendentium*] Pintian. *inceſſumve:* propius à vero, *incedentium:* lege Macrobium lib. II. cap. 15. *Somnii.* Schott.

9. *Quia Gryphi ſaevum & pertinax ferarum genus*] Herodotus libro proximè citato *grypas* appellat, quinta inflectione. Latini addita adſpiratione *gryphas* nominant, ſicque in Plinio legendum lib. VII. praeſertim cùm Herodotum citet, à quo ut diſſentiret in flexu nominis, nulla erat cauſa. Pintian. Herodotus, ut retuli, *Grypas* appellat, quinta Graecorum inflexione. Sed quia Pomponius lib. III. de India diſſerens, *Gryphos* eos ſecunda noſtra nominat, & item Plinius lib. VII. cap. 2. quamquam idem rurſus in decimo *Gryphas* vocat, rem in dubium vocatam judicio Lectorum relinquo. Idem.

10. *Gryphi ſaevum & pertinax*] Quid ſi *pernix* legas? ut de Tigribus inf. lib. III. cap. 5. & de Araxi fl. ibidem. Plinius legend.

vum & pertinax ferarum genus, aurum terra penitus egestum mirè amant miréque custodiunt, [11] & sunt infesti attingentibus. Hominum primi sunt [12] Scythae, Scytharumque, queis [13] singuli oculi esse dicuntur, Arimaspoe: [14] ab eis [15] Esfedones usque ad Maeotida. [16] Hujus flexum [17] Buces amnis secat: Agathyrsi & [18] Sauromatae

lib. VII. cap. II. initio. Ad hos Plautus alluſit *Aulularia:* Virgil. ecloga VIII. SCHOTT.

11. *Et sunt infesti attingentibus*] Duae priores dictiones ociosae. PINTIAN.

12. *Scythae*] Europaei: hoc nomine Scytharum continentur Sarmatae Superiores, qui nunc sunt Poloni & Rutheni, sive Russi, sive Roxani: & Podolia regio: & Chersonesus Taurica, quae nunc *Tartaria Minor* dicitur. OLIVAR.

13. *Singuli oculi, Arimaspi*] Unocula gens Solino cap. 20. Tales Graecis *Cyclopes*. Ennius apud Varronem lib. VI. *de Ling. Lat. Decem coelites quos montibus scimus Rhiphaeis fodere.* quod annotavit & Turnebus lib. XXIII. *Adversar.* cap. 26 Eustathius in Dionysium de his eleganter: Αἰσχύλος μυθώδη φησὶν ὀνομάζω, διότι τοξικώτατοι ὄντες ἐπιμύουσι τὸν ἕτερον ὀφθαλμὸν, διὰ τὸ πρὸς τὴν βολὴν εὔστοχοι. καὶ τάχα διὰ τὴν ἄγαν ἐκ παιδῶν εἰς τοῦτο συνάσκησιν, ὡς καὶ οἱ παλαιοὶ λέγουσιν, εἰς βραχύτερον αὐτοῖς ὁ ἕτερος συστέλλεται τῶν ὀφθαλμῶν. ὅτι δὲ ὅτι τοιοῦτοι. ὡς εἰκὸς ἐκ προὐπαρξάντων ὁμοίων γεννῶνται πατέρων, καὶ τοῦτο γινομένη εἰσαεὶ περιίσχυσε τὸ παθος εἰς ἐθνικὴν ἰδιότητα. ἢ χαρακτῆρα. φασὶν ἄλλως ἡ φύσις πάνυ τερατώδεις γίνοις ἔθνους ἐξηνέγκει. καὶ αὐτὸ δὲ τοῦτο Ἀριμασποὶ, καθὰ καὶ Ἡροδότῳ δοκεῖ, ἐκ φωνῆς πάθους καλοῦνται, ὡς εἶναι ἑνὸς μονόφθαλμοι. ἀρὶ μὲν γὰρ τὸ ἕν. Σκυθικὶ μασπὸς δὲ ὁ ὀφθαλμός. ἱσχυρὶ γὰρ Ἡσύχιος καὶ τὰς χρυσοφύλακας Γρύπας ἀνωτέρω τῶν Ἀριμασπῶν οἰκεῖν τὰς δὲ Ὑπερβορέους, ὅτι ἀνωτέρω αὐτῶν ἐπὶ θάλασσαν. λέγων καὶ ὅτι ὥσπερ εἰσί τινες Ὑπερβόρειοι, οὕτω καὶ Ὑπηρότιοι. M. ANT. Muretus *Variar. Lect.* lib. XII. cap. 8. Latinè haec reddidit. Meam igitur versionem non apponam: ut videant etiam quanta utilitate voluptateque careant, qui Graecè ignorant, & hoc amplius, oderunt. SCHOTT.

14. *Ab eis Esfedones*] Herodotus, *Isfedones*. Item Stephanus, qui ab Alcmane nominari ait *Asfedonas*, nec ab alio. Inveniri etiam cum *e* correpta in secunda, ne deesse, qui vocent *Isfidos*. Ptolemaeus cum Herodoto *Isfedones*. PINTIAN.

15. *Cendones usque ad Maeotida.*] Scribendum puto, *Esfedones*. Plinius lib. IV. *A Buce*, inquit, *super Maeotin Sauromatae & Esfedones*. BARBARUS.

16. *Hujus flexum Buges amnis*] Plinius lib IV. cap. II. Memini quosdam *Hyrgis amnis* ex Herod. Μιλτεμίῃ legere. SCHOTT.

17. *Buces amnis*] Scribendum *Buces*, sive *Buges:* quia Graecè *Bygis* appellatur & stagnum & fluvius. BARBARUS.

18. *Sauromatae*] Sarmatae: dixi eos esse Polonos Majores & Minores. OLIVAR.

19. *Dicti*

tae ambiunt; quia pro ſedibus plauſtra habent, [19] dicti [20] Hamaxobioe. Obliqua tunc ad Bosporum plaga excurrens, Ponto ac Maeotide in- 20
cluditur. [21] In paludem vergentia Satarchae tenent: [22] in Boſporum Cimmerica oppida, [23] Myr-
me-

19. *Dicti Hamaxobioe*] Ita planè Mediolanenſis & alter MS. quem ipſe inſpexi. Et hoc eſt, quod non adſequentes priores ediderint *Hamaxobitae*. Hinc etiam *Tomoe* cap. 2. hujus libri. Gronov.

20. *Maxobitae*] Scribendum, *Hamaxobitae*, ſive *Hamaxobii*, quia pro ſedibus, inquit, plauſtra habent, quae Graeci ἁμάξας vocant. Plinius, Strabo, Ptolemaeus. Barbarus.

21. *In paludem vergentia Sarcagae tenent:*] Scribi poteſt *Satarchae*, ut paulò poſt, *Littora*, inquit, *quae Satarchae & Taurici tenent*. De iis lib. IV. Plinii latisſimè. Barb.

In paludem vergentia Satarchae tenent:] Scribendum videtur, *In pontum vergentia* non *in paludem*: quia ſubdit paulò pòſt, *refugientia usque ſubſequens litora, quae Satarchae & Taurici tenent*. Sed tolerari poteſt *paludem*. Nam anguſtam illam cervicem, ſeu iſthmum, inter ſinum *Carcinitem & Maeotin*, attingentem utrumque mare, qui vocatur *Taphrae* (ut paulò pòſt ſubjungit) *Satarchae* habitant, auctore Stephano in dictione *Taphrae*. Quare in quarto Plinii libro, ubi ait Tauricae populos claudi ab Occidente Cherrhonneſo, ab Ortu Scythis Satarchis, corrigendus eſt mendoſiſſimus locus, legendumque non *ab ortu Scythis Satarchis*. ſed *habitata Scythis Satarchis*. Pudendo Hermolai errore, qui ait non in totum displicere ſibi priorem lectionem, quum in univerſo terrarum ſitu nihil pronunciari poſſit abſurdius quàm Tauricam claudi ab Oriente Scythis Satarchis. Ceterum libuit hìc teſtari, me ab Hermolao quotiens occurrit liberè diſſentire, non ut detractam ei velim

Haerentem capiti cùm multa laude coronam,

à qua re ſemper mores mei abhorruerunt, ſed honorandae veritatis cauſa. Cujus dignitas apud hominem verè philoſophum, hoc eſt, qui bona fide ſapientiam colat, quàm ceterae omnes rationes praeponderare debet. Nec committendum fuit, ut quae falſo tradita ſunt ab homine quantumvis docto, ſed qui in omnibus collimare non potuerit, credulo Lectori imponerent. Sed ut ad rem redeam. Stephanus *Satarchaeos* appellat, niſi mendoſus ſit codex: Ptolemaeus *Satarchaeos*: Valerius Flaccus *Satarchas*. In Graecis Ptolemaei exemplaribus mendoſè, ut reor, *Sartache oppidum* ſcriptum eſt pro *Satarche*, quod & Latini codices coarguunt. Pintian.

22. *In Boſporum Cimmericum oppida*] Aldus, *In Boſporum Cimmerica oppida*, rectius puto, ut ſit à Cimmeriis poſſeſſa conditave. Verba ſunt Strabonis lib. 11. *Num Cimmerii olim potentiam in Boſporo maximam habuere, unde & Cimmerius Boſporus appellatus eſt. Hi ſunt qui ad Ponti dextram mediterraneam regionem habitantes usque in Ioniam excurrebant*. Sed ſuper omnia placet legatur, *In Boſporum Cimmerii, quorum oppida*, &c. ut tres diverſas Tauricae partes, tribus populis aſſignet. Vergentem in paludem Satarchis, in Boſporum Cimmeriis, in Euxinum Tauricis. Nam & Ptole-

mecion, Panticapaeum, Theodosia, Hermisium: in Euxinum mare, [24] Taurici. Super eos, sinus portuosus, & ideo [25] Καλὸς λιμὼν appellatus, promontoriis duobus includitur. Alterum [26] Κριῦ μέτωπον [27] vocant, [28] Carambico, quod in Asia diximus, [29] par & adversum: [30] Parthenion alterum. Oppidum [31] adjacet Cherrone, à Diana (si creditur) conditum, & [32] Nymphaeo specu, quod

maeo oppidum est in mediterraneo Tauricae *Cimmerium*. PINTIAN.

23. *Myrmecium, Panticapeum*] Scribe cum *ae* diphthongo in penultima *Panticapaeum*, ex Strabone, Ptolemaeo, Stephano; Ptolemaeus tamen *Panticapaea* profert. BARBAR.

24. *Taurici*] Tartari Minores. OLIVAR.

25. Καλὸς λιμὴν] Id est *bonus portus*. IDEM.

26. Κριῦ μέτωπον] *Arietis frontem*. IDEM.

27. *Vocant, Carambico*, &c.] Quid Pintianus legerit, in promptu est. Ego malim, bona venia illius, *vocant Corambi, ei quod Asia diximus, par & adversum*. SCHOTT.

28. *Carambico quod in Asia diximus patet adversum:*] Castigo, *Carambico, quod in Asiae diximus parte, adversum*. ut Plinius, tum alibi, tum in sexto cap. 30. *ex adverso in Asiae parte Macrobii*. PINTIAN.

29. *Patet adversum*] Fredenandus, *parte adversum*. Melius, *par & adversum*. SCHOTT.

30. *Parthenion alterum oppidum adjacet Cerone*] Scribendum non *Cerone*, sed *Cherrhonesos*. ex Ptolemaeo, Strabone, Plinio qui sic ait: *Ab Heraclea*, inquit, *Chersonesо Parthenium promontorium*. Erit ergo sensus Pomponii, duo ibi esse promontoria, alterum, *Criumetopon*, alterum *Parthenion*, cui oppidum adjacet *Cherronesus*. BARBAR.

31. *Adjacet Cherrone*] Ita denique edidi, non *Cherronesus*, ut antehac, quum & Vossius vel id testaretur de antiquis plerisque, quos vidit codicibus, vel *Chersone*, & Holstenius pag. 49. eandem fidem signaret, nisi quod *Cerone*, nec aliud mihi dictaretur ab tribus MSS. in quibus Mediol. *Cerrhone*. Ita alludunt huc omnes. GRONOV.

32. *Nymphaeo specu, quod in arce ei sacratum est, maximè illustre.*] Sic profitetur se emendavisse Vossius, quum in veteribus libris legeretur *eis Nymphis*, in quibusdam verò planè abesset τὸ *Nymphis*. Quinam illi fuerint aut sint, & quanta eis sit tribuenda auctoritas, in quibus ea vox non exstat, nescio: in uno certè vocem illam ipse novi exstare, in Chisiano legitur *eis Ramphis*. Melius tutiusque facturos nos puto, si quod in plurimis esse scimus, lenissima ratione adjuvare maluerimus. Certè enim scribo, *quod in arce ei & Nymphis sacr.* Quod opinor unusquisque approbabit. Nam Locum Dianae antiquitus sacratum, item alterum Nymphis docemur clare ab Anonymo Ravennate, quem Vossius tunc supprimebat, lib. v. cap. 11. *Iterum civitates Patuas, Nimphae, Dina*. Quin etiam constat Nymphas solere tres statui (unde etiam Apollon. Rhod. lib. IV. v. 1430. tres nominat.) ad fontes in-

quo



EPITYNCHANVS·M·AVRELI·CAES·LIB·ET· A CVBICVLO·FONTIBVS·
ET·NYMPHIS·SANCTISSIMIS·IIIVIVM ꝟEX VOTO·RESTITVIT·



TI· CLAVDIVS· ASCLEPIADES
ET· CAECILIVS·ASCLEPIADES
EX VOTO·NYMPHABVS· D·D·

LAPIS IN HORTIS MATTHÆIS.

quod in arce ei & Nymphis sacratum est, maximè illustre. [33] Subit tum ripam mare, & donec quinque milium spatio absit à Maeotide, refugientia usque subsequens litora, [34] quoad Satarchae & Taurici tenent, penè insulam reddit. [35] Quod inter paludem & sinum est, [36] Taphrae nominatur: sinus, Carcinites. In eo urbs est [37] Carcine: quam duo flumina, Gerrhos & Hypacaris, uno ostio effluentia attingunt; verùm diversis fontibus, & aliunde delapsi.

que antris, & plerumque illis vel Deum addi ex agrestium numero, vel aliquam ex deabus, & maximè in iis Dianam. Qua in re ne lasciviat Christiani senis dextra & mens, nec ut Vossius post septuagesimam messem ponat quaestionem de Diana trium Nympharum appendice, & ubi Fauni vel Satyri lavantis sese Dianae fiant spectatores, ecce tibi ipsos lapides per hominem, mihi illaudabilem, publicatos. Quid enim refert huc addi numisma Thermitanorum in Sicilia ex Thesauro Palatino, quo Hercules illis additur? IDEM.

33. *Subit tum ripam mare*] Admonendum duxi Lectorem; appellari *ripas* à Mela, litora, quae recta tendunt, nec ullis finibus inflexa curvave sunt, à similitudine riparum in fluviis, qui in terram non excurrunt. ut lib. III. de Lusitania, *frons illa aliquandiu rectam ripam agit.* & in eodem libro de Gadibus, *eaque angusto spacio & veluti flumine à continenti abscisa, quà terris propior est penè rectam ripam agit.* & in India: *Primò recedentis oras aequaliter impellit, & ut non intret aliter quantum patens sinus erat, sed quas ripas influxerat bis irrumpit.* & de ora exteriore Africae: *Vasta omnia, vastis praecisa montibus, ripae potius quam litora.* PINTIAN.

34. *Quoad Satarchae & Taurici*] De his egi ad lib. I. cap. 2. GRONOV.

35. *Quod inter paludem & sinum est Chaterae nominatur:*] Scribendum non *Chaterae*, sed *Taphrae*, Plinius, Strabo, Ptolemaeus, Florus, etiamsi *Caprae* in eo scriptum est. BARBAR.

36. *Taphrae nominatur:*] Ptolemaeus *Taphros*. Stephanus numero & unius & plurium *Taphre*, & *Taphrae*. Herodotus in quarto *Taphros* cum Ptolemaeo. Cùm sit igitur Mela tam constans Herodoti asssectator, ut nihil quod possit, non ab illo desumat, mallem hîc legeretur *Taphros*, quàm alio modo. PINTIAN.

37. *Carcyne, quam duo flumina Gerros & Hyppacares attingunt*] Scribendum *Carcine*, per *i.* item, *Hypacyris*, non *Hyppacares*. Herodotus: *Sextum*, inquit, *flumen est Hypacyris à lacu profluens, qui per Nomadas juxta Carcinen in mare volvitur.* Ptolemaeus videtur *Pagyrin* urbem, & *Pagyritas* populos haud longè à *Carcina* posuisse, quasi non modo *Hypacyris*, sed etiam *Pagyris* hic fluvius dici possit. Plinius lib. IV. *Sinus*, inquit, *Carcinites appellatur, flumen Pacyris:* ubi nos, quia *Placyris* legebatur, correximus *Hypacyris*, ex Herodoto, quod magis probamus: vel *Pagyris*, ex Ptolemaeo. BARBARUS.

38. *Nam*

fi. [38] Nam [39] Gerrhos inter [40] Basilidas & Nomadas, [41] *Hypacaris per Nomadas* evolvitur. Silvae deinde sunt, quas maximas hae terrae ferunt, & Panticapes, qui Nomadas Georgosque disterminat.

38. *Nam Gerros inter Basilidas & Nomadas evolvitur.*] Duos promisit, alterum tantum fluvium reddidit. Apparet igitur locum esse truncatum, & verba omissa Librarii indiligentia. Resarcietur tamen ex Herodoto in lib. IV. & Plinio item in lib. IV. cujus verba ex cap. 12. subjeci: *Nam Gerrhos Basilidas & Nomadas separat, Hypacyris per Nomadas & Hylaeos fluit. Hypacyris* enim legendum in Plinio, non *Hypanis*, quod Hermolaus non vidit. Constabit hoc apertè conferenti Herodotum cum Plinio, & Pomponio. Illud addo, *Gerron* cum duplici *rr* scribi Stephano, Herodoto, Plinio, Melae: cum uno tantùm Ptolemaeo, & Valerio Flacco. *Hypacyrin* autem *Hypacarin* aliquando Herodotus nominat, si mendum non est in exemplari. Pintian.

39. *Gerros inter Basilidas*] Lego *Basilidas*, ex Plinio, Strabone, ceteris, ac ipso infrà Pomponio, *Basilidis*, inquit, *ab Hercule & Echidna generis principia sunt, mores regii.* Barbarus.

40. *Basilidas*] *Walachi* nunc, Nomades quoque usque ad Istrum fluvium: à Tauricis usque Istrum est *Walachia*, quàm olim habitarunt Getae, δρόμῳ Ἀχιλλείῳ. Olivar.

41. *Hypacaris per Nomadas*] Nolui huic scripto aut potius editioni invidere has voces, quas illi ex Plinio restituendas censuit Pintianus: cui sic obsequitur Vossius, ut quasi vera Melae verba adsciverit, & ut solet ea res fluere, sic citaverit ad Plinium Harduinus, quum tamen non ita sit hoc manifestum. Illud igitur ut scires, Lector, hactenus retinenda putavimus, ut tamen diverso charactere exprimerentur: nam certè videri etiam Mela potest non sic scripsisse. Quippe Plinius eadem ferè habens, quae Mela, non modo per Nomadas, sed etiam per Hylaeos fluere eum scribit. Licet enim vocet *Hypanim*, nequit tamen alium quàm Hypacarin intellexisse, ut etiam corrigit Pintianus, non sine magna probabilitate, certè me applaudente, quum nugatoria sit cogitatio Vossii de insigni errore Plinii, quia viderit in hoc loco Melae deesse fluvium, supponentis eum. Quid facilius, quum *Hypacyrin* vocaverint interdum hunc amnem, inde corrumpi in *Hypanim*? Herodotus verò quum illum tradat ἐς δεξίην ἀπέργειν τὴν Ὑλαίην quidni verisimile est Hylaeorum quoque mentionem factam ab Mela? Animadvertas, Lector, id astutè praeteriri ab Vossio verba Herodoti arripiente. Sed neque certi esse possumus, utrum Mela scripserit *per Nomadas*, an verò *juxta* vel *secundum*, ut alibi loquitur, quod sanè ex Herodoto videtur colligi: cujus verba sunt: Διὰ μέσων τῶν Νομάδων Σκυθέων ῥέων ἐκδιδοῖ κατὰ Καρκινίτιν πόλιν ἐς δεξίην ἀπέργων τὴν Ὑλαίην. Qui fluvius per medios Nomadas Scythas fluit, is certè ad utrumque latus habet hos Scythas: quomodo igitur ille ad dextram coërcet Hylaean? Dubites etiam, an τὸ *inter* repetierit, ut lib. II. cap. 5. de Axio & Peneo repetit τὸ *per*, vel etiam variaverit alio modo phrasin, ut facit lib. III. cap. 8. de Sabi & Coro. Gronov.

42. *Ter-*

nat. [42] Terra tum longè distenta excedens, tenui radice litori annectitur: pòst spatiosa modicè, paulatim se ipsa fastigat, quasi in mucronem longa colligens latera, facie positi ensis allecta est. Achilles infesta classe mare Ponticum ingressus, ibi ludicro certamine celebrasse victoriam, & cùm ab armis quies erat, se ac suos cursu exercitavisse memoratur. Ideo dicta est δρόμος Ἀχιλλέως. Tum Borysthenes gentem sui nominis alluit: [43] inter Scythiae amnes amoenissimus, turbidis aliis, liquidissimus defluit, [44] placidior quàm ceteri, potarique pulcherrimus. Alit laetissima pabula, magnosque pisces, quibus & optimus sapor & nulla ossa sunt. Longè venit, ignotisque ortus è fontibus, quadraginta dierum iter alveo stringit: tantoque spatio navigabilis, [45] secundum Borysthenida & Olbian, Graeca oppida, egreditur.

42. *Terra tam longè distenta excedens, tenui radice litori adnectitur:*] Verbum, *excedens*, videtur esse supervacuum. PINTIAN.

Terra tam longè distenta excedens, tenui radice litori annectitur:] Verbum, *excedens*, ut dixi in Scholiis meis, visum fuit superfluere: ut autem nunc ampliem judicium, faciunt verba illa Pomponii, in Italia, *Ab Alpibus incipit in altum excedere.* Puto nihilo minus verba hîc aliquot omissa, vel, *in altum*; vel, *in pontum excedens*, vel aliquid simile. IDEM.

43. *Inter Scythiae*] Dixi à fontibus Tanais usque ad Danubium vocari regionem Scythicam, vocabulo universali. OLIVAR.

44. *Placidior quoque quàm ceteri*] Secunda vox debetur uni Vossio, quam non antea editi agnoscunt, MSSti nulli ex eis, quos novi, probant: ipse vocem unam edere ad veniam hujus interpositionis dedignatus fuit. Itaque diversus saltem character ejus originem significet, si expellere non placet, quod mihi quidem maximè faciendum videtur, & mitti ad Auctoris cadaver. GRONOV.

45. *Secundum Borysthenida & Olbida Graeca oppida egreditur.*] Lego, *secundum Borysthenida, Olbiam, Graecum oppidum egreditur*, ex Ptolemaeo, cui Borysthenis & Olbia idem oppidum est. Conjungit autem Mela duo ejusdem oppidi nomina, nulla interjecta aut copula, aut disjunctione, peculiari quodam more, quem nonnunquam ab eo servari observavi, (ut cap. seq. de Grunoe, & in fine ejusd. cap. infrà) notabiturque cùm usus poscet. Ceterum Strabo, & Stephanus, Plinius *Borysthenem* urbem, non *Borysthenida* appellant, quae & *Olbia* dicta sit & *Olbiopolis*, condita à Milesiis, ideoque *Miletopolis* etiam appellata. Hermolaus mendosè haec Melae verba pro sinceris citat, in *Plinianis Castigationibus*. PINTIAN.

46. *Hy-*

tur. Callipidas [46] Hypanis includit. Ex grandi palude oritur, [47] quam Matrem ejus accolae appellant: & diu qualis natus est defluit. Tandem non longè à mari, ex parvo fonte, [48] cui Exampeo cog- 65
nomen est, adeo amaras aquas accipit, ut ipse quoque jam sui dissimilis & non dulcis hinc defluat. [49] Axiaces proximus [50] intra Callipidas Axiacasque

46. *Hypanis*] Vulgata lectio. Fredenandus reponit *Hypacaris*. De illo Vitruvius lib. VIII. cap. 3. & Ovid. lib. *Transformat.*

Quid? non & Scythicis Hypanis de montibus ortus,
Qui fuerat dulcis talibus vitiatur amaris.

Schott.

47. *Et quam matrem, ejus accolae appellant:*] Ita legendum, ut verbum *ejus* superioribus adjungatur, non inferioribus, intelligasque paludem matrem Hypanis vocari, ex Herodoto in *Melpomene*. Pintian.

48. *Cui Exampeo cognomen est*] Herodotus modò *Hexampaeon*, cum adspiratione in prima & per *ae* diphthongon in tertia, modò sine utroque *Amaxampeon*, in *Melpomene*. Idem.

49. *Asiaces & Asiacae*] Scribendum per *x Axiaces & Axiacae*. Est autem fluvius is inter amnes Tyram & Borysthenem, Ptolemaeus auctor. Barbarus.

50. *Intra Callipidas Axiacasque descendit*] Rectius legetur, *inter Callipidas*, &c. Pintian.

Intra Callipidas Axiac.] Potest fluvius intra duos populos descendere, si ab fonte ad exitum per fines eorum labatur, atque in iis contineatur. Sic loquitur Auctor infrà lib. II. cap. 7. *Corsica intra latera tenuis & longa.* Quod ubi sit, alter populus debet statui interior & mediterraneus esse, alter, qui inde excipit, litoralis. Id hoc loco supponi nequit, quum tam Callipides quàm Axiacae ponantur in ora Ponti Euxini inter Borysthenen & Tyran amnes. Hoc est, quod negat Vossius in Appendice, scribens [Callipidas gentem mediterraneam utramque ripam insedisse constat ex omnibus & ex ipso, quem passim sequitur, Herodoto, qui eos supra Olbiam longè à mari remotos scribit.] Miror, quemadmodum haec coëant. Olbiam Herodotus non nominat, sed Olbiopolitas. Praeterea scribit ἀπὸ τῆ Βορυσθενειτίων ἐμπορίε πρῶτοι Καλλιπίδαι νέμονται. Ea est descriptio Olbiae vel Borysthenidos. Quàm procul quaeso vel id ipsum oppidum (quod utrumque Mela ponit ad egressum Borysthenis in Pontum) à mari? aut quàm procul iste populus, qui primus ab eo sequitur? Tu judica, Lector. Sed etiam id judica, quod ibidem addit Vossius, [absurdum esse existimare gentem fluvio cognominem alteram tantùm tenuisse ripam.] At quid illic in lib. IV. cap. 18. scribit Herodotus? Διαζάντι τὸν Βορυσθένεα ἀπὸ θαλάσσης πρῶτον μὲν ἡ Τυλὶη· ἀπὸ δὲ ταύτης ἄνθρωποι οἰκέουσι Σκύθαι γεωργοί. τὸν Ἕλληνες οἱ οἰκέοντες ἐπὶ τῷ Ὑπάνι ποταμῷ καλέουσι Βορυσθενίτας. Nimis clara sunt, quàm ut vel interpretemur, vel plura dicamus. Possem enim citare alios. Sed & ipse vidi in MS. codice *inter*

casque descendit. Hos ab Istricis Tyra separat; surgit in Neuris: quâ exit, sui nominis oppidum attingit. [51] At ille, qui Scythiae populos à sequentibus dirimit, [52] apertis in Germania fontibus, alio, quàm desinit, nomine exoritur. [53] Nam per [54] immania magnarum Gentium diu Danubius est: dein-



ter, ut supra dicitur *Gerros inter Basilidas & Nomadas evolvi.* infrà *Rhodanus subinde grandior inter Volcas & Cavaras emittitur.* lib. II. cap. 3. *Nar inter Pyraeos & Liburnos emittitur.* Etiam Pintianus id vidit & audiri debuit, etsi nec ipse mutaverim. GRONOV.

Hos ab Istricis Tyra separat] Lego, *Hos ab Istriis Tyra separat.* Nam ab Istro urbe Thraciae, quae ab aliis *Istropolis*, ab Arriano in *Periplo Istria* dicitur, *Istrius* gentile nomen deducitur, auctore Stephano. Ab *Istria* autem *Istrianus.* Est & in Ionio gens *Istri* à qua possessivum nomen fit Istricus, eidem. PINTIAN.

51. *At ille*] Danubius est, qui Scythiam, sive Walachiam, sive Tartaros Minores à sequentibus populis dirimit: à Bulgaris & Bosinis. OLIVAR.

At ille qui Scythiae] Lege meo periculo: *At Ister, qui Scythiae.* SCHOTT.

52. *Apertis in Cermania fontibus*] Oritur Danubius in Abnobio Germaniae monte. OLIVAR.

Apertis in Germania fontibus, alio quàm desinit nomine exoritur] Dispiciendum an legi potius debeat, *Abnoba Germaniae monte, alio quam desinit*, &c. ex Plinio lib. IV. Ruffus Festus in tralatione Dionysii:

Abnoba mons Istro pater est, cadit Abnobae hiatu:
Flumen, in Aeoos autem convertitur axes.

Meminit quoque Ptolemaeus *Abnobae*, quem ipse *Aunobam* nominat. PINTIAN.

53. *Nam per immania magnarum gentium*] Per Austriam, Ungariam, (quarum altera dicitur Pannonia Superior, hoc est, Austria; altera, Ungaria Inferior) per Mysiam, inter Bulgariam & Walachiam, usque ad Pontum. OLIVAR.

54. *Immania magnarum gentium*] *Spa-*





[55] deinde aliter [56] eum appellantibus accolis, fit Iſter, [57] acceptisque aliquot amnibus, ingens jam, & eorum, qui in Noſtrum mare decidunt, [58] tantùm Nilo

Spacia addunt quid. codd. Sed hîc gloſſematis foedarunt vel Ludimagiſtri, vel Librarii optimos quosque Auctores, nulla habita ratione conciſè loquendi conſuetudinis Melae, cum Criſpo Salluſtio communis, nam & hic mirè hodieque harpyiarum unguibus contaminatus circumfertur; ſuprà quoque *faſtigiat*, pro *faſtigat* quidam legunt. Non ſequor: tametſi Caeſar & Livius *faſtigiatus* hodieque praeferunt: poëtae enim *faſtigatus*, rectius. Utitur inf. lib. III. cap. I. SCHOTT.

55. *Deinde aliter appellantibus*] Dicitur *Iſter* ab Aria civitate Walachiae usque ad Pontum. OLIVAR.

Deinde aliter appellantibus] Strabo lib. VIII. Καὶ τὸ ποταμὸν τὸ μὲν ἄνω καὶ πρὸς ταῖς πηγαῖς μέρη μέχρι τῶν καταρακτῶν, Δανούβιον προσηγόρευον, ἃ μάλιστα διὰ τῶν Δάκων φέρεται· τὰ δὲ κάτω μέχρι τῆ Πόντου τὰ περὶ τὰς Γέτας καλεῖσιν Ἴστρον. SCHOTT.

56. *Appellantibus accolis*] MSS. duo, *appellantibus eum accolis*. GRONOV.

57. *Acceptisque aliquot amnibus*] Sexaginta annes in ſe recipere, omnes navigabiles, auctor Plinius lib. IV. cap. II. & Solin. cap. 19. *Polyhiſt.* Lucanus lib. II.

Iſter caſuros in quaelibet aequora fontes
Accipit, & Scythicas praeceps eructat in undas.

Idem lib. III. *multifidum* vocat. Valer. Flaccus.

Haud procul hinc ingens Scythici ruit exitus Iſtri.

SCHOTT.

58. *Tantùm Nilo minor*] Rurſum diſcedit ab Herodoto ſuo; qui majorem eſſe Danubium affirmat, *Euterpe*. Salluſtius à nobis ſtat in fragmentis *Iliſtor. Iſter*, inquit, *ſecundum Nilum amnium maximus, qui in mediterraneum pelagus influunt*. Ariſtot. Μετεωρ. lib. II.

lo minor, [59] totidem quot ille ostiis, sed tribus tenuibus, reliquis navigabilibus, effluit. Ingenia cul-
80 tusque Gentium differunt. Esedones funera parentium laeti & victimis ac festo coitu familiarium celebrant. Corpora ipsa laniata, & caesis pecorum visceribus immixta epulando consumunt. Capita ubi fabrè expolivere, [60] auro vincta [61] pro po-
85 culis gerunt. [62] Haec sunt apud eos ipsos pietatis ultima officia. [63] Agathyrsi ora artusque pingunt: ut

Ἴστρῳ καὶ ὁ Νεῖλος μέγιστοι τῶν ποταμῶν εἰσι πῶν εἰς τὴν θάλασσαν ἐξιόντων. Et Lucanus lib. III. de Nilo:

Non minor hic Istro. ——

Arrianus Istrum majorem esse affirmat. Vide & Agell. cap. 7. lib. X. *Noct. Attic.* IDEM.

59. *Totidem quot ille ostiis*] Tanta quoque in hoc de ostiorum numero opinionum varietas, quanta in Nilo. Strabo enim, Solinus, & Ammianus septem nobiscum dant, & poëtae *septemgeminum*, Ovidius, Stat. Papinius & Val. Flaccus: Ptolemaeus verò, Plinius, & Tacitus sex illi attribuunt: Herodotus, Ephorus & Dionysius Afer quinque dumtaxat. Loca piget exscribere: sat habeo digitum in fontes intendisse. Sunt & de fonte Danubii, non secus atque de Nili, repugnantes sententiae Geographorum, & Historicorum: Herodotus enim & Aristot. I. Μετεωρ. ab urbe Pyrrhene, hoc est, Pyrrhenaeo saltu derivant: hic tamen lib. περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων secum pugnat, cujus etiam sententiam in Dionys. Eustathius attulit: Apoll. Rhodius in *Argonaut.* à Rhipaeis montibus descendere: Aeschylus verò *Prometheo*, & Pindarus *Olympiis*, ab Hyperboreis montibus oriri magno errore tradidêrunt. SCHOTT.

60. *Auro cincta pro poculis gerunt.*] Legendum videtur, *pro eonculis gerunt*, ex Herodoto in *Melpomene*, non longe à principio. PINTIAN.

61. *Pro poculis gerunt.*] Immodicè doctum se hîc ostentare conatur Vossius: dum illustrat vocem ἄγαλμα, & quidem ex suo Grammatico anonymo, qui nihil dicit, quod non satis tunc erat notum. Et interim in hac lectione maculandum erat nomen Pintiani, quia in Salmasio jam nulla erat aura; quum tamen Salmasius primus hunc locum stabiliverit ad hunc modum in Notis ad Lampridium pag. 179. GRONOV.

62. *Haec sunt apud eos ipsos pietatis ultima officia.*] Melius: *Haec sunt apud eos ipsius pietatis ultima officia.* PINTIAN.

63. *Agathyrsi*] Eadem Amm. Marcellinus lib. XXXI. *Gelonis Agathyrsi collimitant; interstincti colore caeruleo corpora simul & crines: & humiles quidem minutis atque raris; nobiles verò latis, fucatis, & densioribus notis.* Hinc apparet quare Virgil. lib. IV. *Aeneid.*

Cretesque, Dryopesque fremunt, pictique Agathyrsi.

Martiali quoque *picti Britanni*, *Gelonos* quoque, de quibus mox, pictos idem Maro appellat lib. II. *Georg.*

ut quique majoribus praestant, ita magis vel minùs: ceterùm iisdem omnes notis, & sic ut ablui nequeant. [64] Satarchae auri argentique maximarum pestium ignari, vice rerum commercia 90
exercent, atque ob [65] saeva hiemis admodum assiduae, demersis in humum sedibus, specus aut suffossa habitant; [66] totum braccati corpus, & nisi quà vident, etiam ora vestiti. [67] Tauri, Iphigeniae & Orestis adventu maximè memora- 95
ti, immanes sunt moribus, immanemque famam habent, solere pro victimis advenas caedere. [68] Basilidis ab Hercule & Echidnà generis principia sunt, mores regii, arma tantùm sagittae. Vagi Nomades [69] pecorum pabula sequuntur, 100
at-

Georg. & Vibius Sequester: *Geloni Thraciae populi picti corporis partes.* ubi fortè *Scythiae populi* leg. Vide inf. lib. III. cap. 6. SCHOTT.

64. *Sarmatae auri & argenti maximarum pestium ignari*] Scribe, *Satarchae*, non *Sarmatae*, ut ex Solino castigavit Mariangelus. De Satarchis paulò ante dictum. PINTIAN.

Sarmatae] Satarchis tribuit Solinus cap. 20. *Satarchae*, inquit, *usu auri argentique damnato in aeternum se à publica avaritia abdicarunt. Scytharum interius habitantium asperior ritus: specus incolunt.* SCHOTT.

65. *Saeva hiemis*] Sic sup. paullò. *immania gentium.* Hellenismus Corn. Tacito saepe & Sallustio aliisque usitatus: Exempla in mundo sunt; & inf. lib. III. cap. 6. IDEM.

66. *Totum braccati corpus*] Hinc apud Cic. Anacharsis Scytha *Tusculan.* V. *Mihi amictus est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra, pulpamentum fames: lacte, carne, caseo vescor.* Et sanè miratur Galenus alibi gentem adeò barbaram, & immanem Anacharsidem & Abarim Philosophos singulari & eruditione, & vitae continentia dedisse. IDEM.

Totum braccati corpus] Ovid. *de Ponto:*

Pellibus, & laxis arcent mala frigora braccis.

ἀλλοιοῦσι autem est, ut inf. de Britannis, *vitro corpora infecti.* IDEM.

67. *Tauri, Iphigeniae*] Vide Ovid. lib. IV. eleg. 4. & lib. III. *Ponto* eleg. 2. IDEM.

68. *Basilidis ab Hercule*] Herod. Μελπομένη: *Hercules cum Echidna concubuit, ex qua tres suscepit liberos Scytham, Agathyrsum, Gelonum, genus unde Basilidum.* IDEM.

69. *Pecorum durant, ita diu*] Fortè, *ut illa perdurant, ita hi statam sedem agunt.* & inf. *ubi vino permiscuere*, ex Herod. *Melpom.* leg. conjicio, & *annis singulis*, ex eodem. IDEM.

70 atque ut illa durant, ita 71 diu ſtatam ſedem agunt. Colunt Georgi exercentque agros. 72 Axiacae furari quid ſit ignorant: ideoque nec ſua

70. *Atque ut illa pecorum durant*] Legendum, *pecori durant.* PINTIAN.

Atque ut illa pecorum durant, ita diu ſtatam ſedem agunt.] Diſpice an ſit concinnior lectio: *atque ut illa pecori durant, ita hi ſtatam ſedem agunt:* ut adverbium adverbio, pronomen pronomini opponantur. IDEM.

71. *Diu ſtatam ſedem*] Freden. conjectat, *ita hi ſtatam ſedem agunt* ſcripſiſſe Melam. Mihi non probat: particulam enim *diu* Melae in deliciis eſſe obſervabit non admodum in ejus lectione hoſpes. De hoc ſup. ad cap. 8. lib. I. Hinc Numidarum *errantes domos* vocat Lucan. lib. I. *Pharſ.* & Horat. lib. III. oda XXIV.

Campeſtres melius Scythae,
Quorum plauſtra vagas ritè trahunt domos,
Vivunt.

& Silius lib. III.

Nulla domus, plauſtris habitant, migrare per arva
Mos, atque errantes circumvectare penates.

SCHOTT.

72. *Axiacae furari quid ſit ignorant*] Indigna eſt Holſteniano nomine ſententia, qua is hoc loco perperam ſic ſcribi notavit in marginibus Stephanianis pro *Apaſiacae* vel *Aſpaſiacae*, qui qualescunque ſint, utique ſunt inter Scythas Aſiaticos; quum hîc de Europaeis ſit ſermo: & jam antè hi ipſi *Axiacae* praecesſerunt cum fluvio cognomine, non *Apaſiacae.* Mela autem non videtur aliorum populorum mentionem fecisſe aut facere voluisſe in deſcribendis moribus, quàm quorum meminit in ipſa Geographia & notitia regionis. Quod quum certisſimum & manifeſtisſimum ſit, tum miror viros eximios id agnoſcere pigrari & contra tendere. Quis enim non Vosſianos *Auchetas*, ne quid aliûd, certè ſpecioſiores quàm veriores exiſtimet? Nuſpiam eorum meminit Mela, nuſpiam eis ſedem aliquam attribuit; & id credo intererat ad perfectionem ſcripti hujus Pomponiani, ut ſcirémus, quis inter eos praecipuus honos esſet. Immo ſunt alieni à Mela, alieni ab antiquis libris, non tantùm melioribus, ſed omnibus, in quibus legitur vel *interlocantes* vel *interlocantis*, ut ipſe etiam vidi, & habet quoque Mediolanenſis, ſed tertiae ſyllabae ſuperſcripto *io.* Quis non cenſebit hanc ſcripturam nos ducere non ad *inter Auchetas*, ſed *inter jocantes*, quod ut ſimplicisſimum & ultrò emicans reducere non fui veritus. Atque etiamnum ſedet haec ſententia, etiamſi Vosſius mihi obducat Salmaſium, cujus ſatagentis denique inventum *interjugatim* numerum obtinet Vosſiani *transjugare*, & utrumque illuc mittendum, ubi nunquam fuerunt Latina. Si Vosſium audias, in perpotando lis ſeria agi debet, & intempeſtivi illic ſunt joci. Ille quoque Vosſius eſt, qui gemmulas amabat exoſculari. Scilicet inter interius habitantes nominavit Mela *Auchétas*, & quia alibi non meminit, ideo hîc fuerunt reducendi. Qua in regionis iſtius parte eos inveniemus? Nimium patent illi interius habitantes, quàm ut ſoli ex Graeca Lingua *Auchetae* iſtic veſtigari queant. Etiam *locatus* & *jocatus*

ſua cuſtodiunt, nec aliena contingunt. Interiùs habitantium ritus aſperior, & incultior regio eſt. Bella caedesque amant: mosque eſt bellantibus, cruorem ejus, quem primum interemerunt, ipſis è vulneribus ebibere. Ut quisque plures interemerit, ita apud eos habetur eximius: ceterùm expertem eſſe caedis, inter opprobria vel maximum. Ne foedera quidem incruenta ſunt;[73] ſauciant ſe qui paciſcuntur, exemtumque ſanguinem ubi permiſcuere, deguſtant. Id putant manſurae fidei pignus certiſſimum. Inter epulas quot quisque interfecerit referre, laetiſſima & frequentiſſima mentio:[74] binisque poculis,

catus miſcentur apud Feſtum in *Rigido*. Si voluisset *Auchetas* nominare, id fecisset in relatione fontium Hypanis, ubi locantur ab aliis, ſicut Neuros nominat in ortu Tyrae, quos mox iterum ideo citat. Et hìc idem ratiocinandi fons vetat etiam aurem dare eidem Holſtenio lib. I. cap. 19. pag. 140. legenti *Budini Gelonon urbem ligneam habitant*, licet ad confirmationem hujus lectionis obtendat MS. quem contulerit. Primò enim nihil dicit novi, quum omne id jam prolatum ſit ab Pintiano. Sed Gelonos omnino ſtabilit ipſe Mela lib. II. cap. I. ſcribens Gelonos velare ſe cutibus hoſtium; de quibus certè id non ſcripſiſſet, niſi antè de poſitione eorum meminisſet. Quin etiam an MS. ille, quem citat, clarè habuerit *Gelonon*, dubitare licet, quum ſint MSSti, in quibus non *Gelonon* legitur, ſed *Gelonion*, ut in Chiſiano & Mediolanenſi: ex qua ſcriptura, ut videtur, Scribae curioſioris, & duplicem referre volentis (ut ſaepe factum novimus, maximè in Nazariano Floro, in Livio Puteanaeo) tam illud quàm hoc exoritur. Sed & quod ad hos Axiacas attinet, noverat Holſtenius utique hos ipſos Polybii & aliorum Ἀπασιάκας à Mela recenſeri ſub vocabulo Paeſicarum lib. III. cap. 5. Gronov.

73. *Sauciant ſe qui paciſcuntur*] Eundem & Medorum morem fuisse auctor Solinus cap. 20. De Catilinae conjuratis non diſſimilia Saluſtius & Tacitus. Schott.

74. *Binisque poculis, qui pluri. mos retulere perpotatis interlocantis*] Scribendum fortaſſe *interlocantur*, non *interloçantis*, hoc eſt, interius vel medii, honoris & dignationis cauſa ponuntur, ut illud Ovidianum in *Faſtis*:

Et medius juvenum, non indignantibus ipſis,
Ibat: & interior, ſi comes unus erat.

Ut ſequatur: *Is*, inquit, *honos praecipuus eſt.* Syllaba enim, *Is*, cum verbo illo juncta, conturbabat intellectum. Eſt autem Pomponiana multis locis acclamatio haec, ut in eo de Hyperboreis: *Semet*, inquit, *ipſe in pelagus ex certa rupe praecipites dant:*

culis, qui plurimos retulere, [75] perpotant. Is inter jocantes honos praecipuus est. [76] Pocula [77] ut Esedones parentium, ita inimicissimorum capitibus expoliunt. Apud Anthropophagos ipsae etiam epulae visceribus humanis apparantur. Geloni hostium cutibus equos seque velant, illos reliqui corporis, se capitum. Melanchlaenis

id eis funus eximium est. BARBARUS.

Binisque poculis qui plurimos retulere, perpotatis interlocantur] Mariangelus pro *interlocantur* substituit *inter loquentis* aut *inter locantis.* Ego neutrum probo: sed scribendum, ut reor, *binisque poculis qui plurimos retulere perpotantes, interjungunt.* Est enim *interjungere* eandem rem interposito spatio repetere. PINTIAN.

75. *Perpotatis interlocantur*] Libenter facio, ut vulg. lectionem tuear, nec quid temerè sine libris immutem; conjecturam incertam rationi posthabens. Nec enim assentior Accursio Mariangelo, aut Freden. Pintiano: qui quòd locum non intelligerent, statim, ut solet, aliam lectionem cuderunt. Ille pro *interlocantur inter loquentes*, aut *inter jocantes*, libro Diatribarum in Solinum: Hic, *perpotantes interjungunt:* quae vox haud scio an in Linguae Lat. pomoeriis reperiatur: mihi sanè, fatendum enim quod res est, durè ferit aureis, ninis fortè delicatas. Equidem dum simile exemplum reperiam, sic exponam; ut quemadmodum Duplicarii, duplici stipendo merebant; ita hi inter bibones alternatis vicibus collocabantur, hausumque iterabant. Scytharum enim bibacitas (non dico *vinacitas* Hispano more) Proverbio locum dedit. Solemne id hodieque Germanis, ut inter pocula, bella, quibus adfuerunt tantùm, glorioſè jactent, ne dicam odioſè: & sic mero frangant diem, adeoque sermones tempestivaque sympoſia in multam noctem perducant; Q. Pansa, & Sex. Bibulo Aedilibus, ludos facientibus. SCHOTT.

76. *Pocula ut Esedones parentum, ita inimicissimorum capitibus expoliunt.*] Lego, *Pocula inimicissimorum capitibus expoliunt*, reliqua invectitia sunt. Neque enim Esedones pocula ex parentum capitibus expoliunt; sed simulacra faciunt, ut ex Herodoto dictum est, & suprà in Tauricae mentione. PINTIAN.

77. *Ut Esedones parentum*] Delet haec Pintianus: non rectè: Equidem retineo auctoritate MS. codicis Parisini, ut Esedonum mores cum Scytharum componantur. Ipse etiam Mela sup. paullò (ne longè exempla petantur) in rem praesentem veniet, ubi de Esedonibus, parentum capitibus pocula fabricantibus. Et sic ferè Solinus bona fide exscripsit. Locum, ut conferri queat, integrum adscribam: *Scytharum interius habitantium asperior ritus: specus incolunt. Pocula non ut Esedones parentum, sed de inimicorum capitibus moliuntur: amant praelia: interemtorum cruorem ex vulneribus ipsis bibunt: numero caedium honor crescit, quarum expertem esse apud eos probrum est: hausto mutui sanguinis foedus sanciunt, non suo tantùm more, sed Medorum* que-

nis atra veſtis, & ex ea nomen: [78] Neuris ſta-
tum ſingulis tempus eſt, quo ſi velint, in lu- 125
pos, iterumque in eos qui fuere, mutentur.
Mars omnium Deus; ei pro ſimulacris enſes &
cinctoria dedicant, hominesque pro victimis fe-
riunt. Terrae latè patent, &, ob excedentia
ripas ſuas plerumque flumina, nusquam non ad 130
pabula fertiles: alicubi usque adeò ſteriles ad ce-
tera, ut qui habitant, lignorum egentes, ignes
oſſibus alant.

quoque uſurpata diſciplina. Bello denique quod geſtum eſt Olympiade nona & quadrageſima, anno poſt Ilium captum MCCIII. *inter Alyattem Lydum & Aſtyagem Mediae Regem, hoc pacto firmata ſunt jura pacis.* Haec ille. Schott.

78. *Neuris in lupos*] Affirmant eadem Solinus & Euſtathius in Dionyſium Περιηγητὴν, annuis vicibus Neuros è lupis homines evadere. Herodotus tamen *Thalia* negat. Plato quoque lib. VII. *de Repub.* Lycaonem & Parrhaſium Arcades in lupos degenerasſe fabulam credit: tamenetſi Varro & Pauſanias *Arcadicis* pro vero tradant. Virgil. *Pharmaceutria* de herbis Magicis:

His ego ſaepe lupum fieri, & ſe condere ſilvis
Moerim, ſaepe animas imis excire ſepulcris.

Propert. lib. IV. eleg. 5.

Et ſua nocturno fallere terga lupo.

Lege Plinium lib. VII. cap. 4. & lib. VIII. cap. 22. Agellium lib. IX. cap. 4. Auſonium *Epigr.* LXIIX. & XCIIX. & D. Auguſt. *de Conjugiis Veteris & Novi Teſtam.* & lib. *de Spiritu & Anima* cap. 26. & *de Civitate Dei* lib. XVIII. cap. 18. Non hîc attingam arduam illam quaeſtionem, masne in feminam, & retrò, commutari potuerint, quod Plinius aliique narrant: & de hyaena Ariſtot. Oppianus, Plinius, Ovidius, ceteri, prodiderunt. Idem.

CAP. II.

THRACIA.

[1] His Thracia proxima eſt: eaque à Pontici lateris fronte usque in Illyricos penitus im-

1. *His Thracia proxima*] Bulgaris Thracia; hujus metropolis eſt Conſtantinopolis. Oliv AR.

immisſa, quâ latera agit, Iſtro pelagoque contingitur. Regio nec caelo laeta nec ſolo; & niſi quâ mari propior eſt, infecunda, frigida, eorumque quae ferunturn, malignè admodum patiens, rarò usquam pomiferam arborem, vitem frequentiùs tolerat: ſed nec ejus quidem fructus maturat ac mitigat, niſi ubi frigora objectu frondium cultores arcuere. Viros benigniùs alit; non ad ſpeciem tamen (nam & illis aſper atque indecens corporum habitus eſt) ceterùm ad ferociam & numerum, ut multi immitesque ſint, maximè ferax. Paucos amnes qui in pelagus evadunt, verùm celeberrimos, [2] Hebrum & Neſton & Strymona emittit. Montes interior attollit, [3] Haemon & [4] Rhodopen & Orbelon, ſacris Liberi patris, & coetu Maenadum, Orpheo

2. *Hebrum & Neſton*] Nec enim volui negligere copulativam, quae exſtat in MSS. GRONOV.

3. *Haemona & Rhodopen*] Scribo *Haemon & Rhodopen*. BARBARUS.

4. *Rhodopen*] Cujus habes pulcherrimam memoriam in hoc nummo, cujus gratia debetur P. Seguino, viro equidem ſelecto,



ie nummis, quos merito *Selectos* vocavit. Vides quoque Liberum Patrem. GRONOV.

5. Ex

pheo primùm initiante, celebratos. [5] E quîs Haemos in tantum altitudinis abit, ut Euxinum & [6] Adriam ex ſummo vertice oſtendat. Una gens Thraces habitant, aliis aliisque praediti & nominibus & moribus. Quidam feri ſunt & ad mortem paratisſimi, [7] Getae utique. Id varia opinio perficit. Alii redituras putant animas obeuntium: alii, etſi non redeant, non exſtingui tamen, ſed ad beatiora tranſire: alii, emori quidem, ſed id melius eſſe quàm vivere. Itaque lugentur apud quosdam puerperia, natique deflentur; funera contrà feſta ſunt, & veluti ſacra, cantu luſuque celebrantur. [8] Ne feminis quidem ſegnis eſt animus. Super mortuorum virorum corpora interfici ſimulque ſepeliri, votum eximium habent: & quia plures ſimul ſingulis nuptae ſunt, cujus id ſit decus, apud judicaturos magno certamine affectant. [9] Moribus datur, eſtque maximè laetum, cùm in hoc contenditur, vincere. Moerent aliae vocibus, & cum acer-

5. *Ex quibus Haemus*] In MS. clarè obſervavi *e quîs*; ſic & ex Mediolanenſi notavit Frater. Hoc modo igitur quum toties alibi malit loqui Pomponius, cur id nunc negligitur? Utique cap. 3. hujus libri *queis ut fibris inciſa*. Suprà praeced. cap. *quîs ſinguli oculi*: & ſaepius. GRONOV.

6. *Adriam*] Hoc eſt, mare Adriaticum. OLIVAR.

7. *Getae*] Hîc Mela collocavit Getas, omnes tamen ultra Danubium eos ponunt. IDEM.

8. *Ne feminis quidem*] Ex Herod. *Terpſichore*. Eadem Solinus cap. 16. Cicero tamen lib. v. *Tuſcul.* Indicis mulieribus tribuit. *Mulieres*, inquit, *in India, quum eſt cujusque earum vir mortuus, in certamen judiciumque veniunt, quam plurimum ille dilexerit: plures enim ſingulis ſolent eſſe nuptae. quae eſt victrix, ea laeta, proſequentibus ſuis unà cum viro in rogum imponitur: illa victa, moeſta diſcedit.* Ad quem locum ſimilia exempla ex Plutarcho, Diodoro, & Propertio congeſſit doctiſſ. Camerarius. Sed quid mirum ſi haec confuderint? cùm per nebulam tantùm nota India eſſet, rarague eò navigatio inſtitueretur. SCHOTT.

9. *Moribus datur*] Suſpectum mihi ſemper de mendo, & ex ora in ſeriem irrepſiſſe; vel ex ſequentibus nata non ſuum tenere locum credidi. An ad *decus* pertinet? Ne Suada quidem perſuaſerit; niſi fortè *à majoribus datur* ſcribit Mela. Polybiſtor autem

acerbisſimis planctibus efferunt. At quibus con-
solari eas animus eſt, arma opesque ad rogos
deferunt; paratique (ut dictitant) cum fato ja-
centis, ſi detur in manus, vel paciſci vel decer-
nere, ubi nec pugnae nec pecuniae locus ſit,
[10] manent dominas proci. Nupturae virgines non
à parentibus viris traduntur, ſed publicè aut lo-
cantur ducendae, aut vaeneunt. Utrum fiat,
ex ſpecie & moribus cauſa eſt. Probae formo-
ſaeque in pretio ſunt: [11] ceteras qui habeant,
mercede quaeruntur. Vini uſus quibusdam igno-
totus eſt: epulantibus tamen ubi ſuper ignes,
quos circumſident, quaedam ſemina ingeſta
ſunt, ſimul ebrietati hilaritas ex nidore con-
tingit. In litoribus Iſtro proxima eſt Iſtropo-
lis;

cap. 16. de Thracum moribus: *Virgines*, inquit, *non moribus nubunt, ſed praemiis.* Hinc fortè natum gloſſema: ſed conjectura tantùm mea, non ἀπόδειξις. Mox enim de moribus: *Utrum fiat, ex ſpecie, non moribus cauſa eſt.* Ubi ſi rectè Melae ſenſum Solinus calluit, & hariolandi ars valet; quovis pignore depoſito leg. contenderim; *Ut antiſtat ſpecie & moribus, cara eſt.* Quod ſi non impetro, aliunde huc irrepſiſſe efficiam. IDEM.

10. *Manentque dominas proci*] Hunc locum, qui nullum habebat ſenſum, nos conjecturâ tantùm reſtituimus: ego neſcio quomodo haec verba quadrant cum praeteritis, niſi dicamus depravatam fuiſſe ſcripturam: nam lectio habebat, *Moerendoque minus proficere.* Depravatio hoc modo facta eſt, *Manent* pro *moerendo*, *minas* pro *minus*, *proci* pro *proficere.* Diſſolverant enim *moerendo* in partes, *moeren* & *do:* & hoc modo locus erit integer, & ſententia erit aperta: ita enim exponetur locus, *Dictitant eas moerendo minus proficere.* Si cui fortè non arriſerit mea opinio, afferat meliorem, & habebimus illi gratiam. OLIVAR.

Manentque dominas proci] Dixi in *Scholiis* in Aegypto provincia, legendum hîc eſſe *moerendo minus proſici.* PINTIAN.

Manentque dominas proci] Sic vulgo legebantur. Doctiſſ. Pintianus veſtigia vet. ſcripturae ſagaciter odoratus, veram lectionem eruit, & tanquam exſculpſit: *moerendo minus proſici.* ut ad cap. 9. lib. 1. ingenuè teſtatur, homo integerrimus, cuique tutò fides haberi vel injurato poſſit. Olivarius tamen Valent. hanc ſibi lectionem vindicavit, *moerendo minus proficere.* SCHOTT.

11. *Ceteras qui habeant*] Ariſtot. *Categoriis* haberi potius vires dicit quàm habere. Terent. . . . . *Quis heri Chryſidem habuit.* & Ariſtippus: ἔχω Λαΐδα, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι. Cicero alibi . . . . Advertè ſuprà ad conductionem & locationem alludi, & veterem coëmendi

lis; [12] deinde [13] à Mileſiis deducta Calatis; tum Tomoe, [14] & portus Caria, & [15] Tiriſtis promontorium: quod praetervectos alter Ponti angulus accipit, adverſus Phaſiaco, [16] &, niſi amplior foret, ſimilis. Fuit hîc Bizone; motu terrae intercidit. [17] Eſt portus Crunos: urbes, Dio-

mendi ritum in connubiis. Virg. lib. 1. *Georgicôn.*

Teque ſibi generum Tethys emat omnibus undis.

Schott.

12. *Deinde à Mileſiis deducta Calatis*] Nemo ſcribit *Calatin* Ponti urbem à Mileſiis deductam, immo Strabo graviſſimus auctor ab Heracleenſibus deductam tradit. E contrario Iſtropolin urbem ſive Iſtron (nam utroque modo dicitur) Mileſiorum eſſe coloniam, Strabo, Herodotus, Plinius affirmant. Palam ergo eſt, ut pleraque alia, ſic haec quoque verba transpoſita eſſe, & quod Ariſtidi, ut ajunt, dandum erat, datum eſſe Lyſimacho. Lege igitur: *Iſtro proxima eſt Iſtropolis à Mileſiis deducta: deinde eſt Calatis.* Hermolaus non potuit ex hac naſſa exire. De reliquo *Callatis* per duplex *ll.* ſcribitur à Ptolemaeo, ſed *Callatiam*, non *Calatin* appellat. Arrianus in *Periplo*, *Callantram.* Pintian.

13. *Maleſis deducta Galatis*] Scribendum, *A Mileſiis deducta Galatis*, ex Plinio, Strabone, Ptolemaeo. Quod autem lib. iv. Plinii diximus, Megarenſium coloniam ab Ovidio ſignificari *Calatin* illo verſu,

Et quos Alcathoae memorent à moenibus ortos,

revocamus in dubium, quando Pomponius Mileſiorum coloniam fuiſſe *Calatin* hac parte ſcribat. Barbarus.

Deducta à Mileſiis] Praepoſterè haec vulgo collocata poſtliminii jure in vet. ſedem repoſita ſunt. Mox, Iovem lapidem jurare liquet ſcripſiſſe Melam, *ſimilis fluit.* Schott.

14. *Et portus Caria, & Tiriſtris promontorium*] Totum hunc locum ſic lego: *Iſtro proxima Iſtropolis à Mileſiis deducta. Deinde eſt Calatis: Eſt portus Caria: Eſt Tiriſtris promontorium:* qua dixi figura. Ptolemaeus *Tiriſtriam* appellat promontorium, non *Tiriſtrin.* Arrianus in *Periolo*, *Tetriſiam.* Item portus eidem non *Caria* eſt, ſed *Caron* Graeca genitivi terminatione. *Carian* enim regionem nominat, portum *Caron.* Pintian.

15. *Piſtris promontorium*] Scribendum *Tiriſtris* ex Ptolemaeo. Barbarus.

16. *Et niſi amplior foret ſimilis fuit. Hîc Bizone motu terrae intercidit.*] Ea diſtinctione legito, ut verbum *fuit* ad inferiora applices, legaturque in totum ſic: *& niſi amplior foret ſimilis. Fuit hîc Bizone. Motu terrae intercidit.* Sequitur enim eadem figura. Pintian.

17. *Eſt portus Crunos. Urbes Dionyſiopolis. Odeſſos. Meſembria*] Scribendum verbis permutatis, & alia orthographia. *Eſt portus Crunoe. Dionyſopolis. Urbes Odeſſos*, &c. more quem diximus, inculcatis duobus ejusdem urbis nominibus. Nam *Crunae* & *Dionyſopolis*,

Dionysopolis, [18] Odessos, [19] Mesembria, Anchialos; & intimo in sinu, [20] atque ubi Pontus alterum sui flexum angulo finit [21] magno, Apollonia. Recta dehinc ora, nisi quòd media ferme [22] in promontorium, quod [23] Thyniam vocant, [24] exit, & incurvis contra se litoribus obtenditur, urbesque sustinet [25] Halmydesson &

lis, eadem est Stephano. Qui disjunctim Διονύσου πόλιν nominat, ut Κονσαντίνε πόλιν. Coujunctim autem *Dionysopolin*, Ptolemaeus, Arrianus, Appianus. In Plinio utrumque nomen corruptè scriptum invenio. Praeterea *Odessos* cum *e* in penultima Stephanus & Strabo enunciant: cum *y* Ptolemaeus: cum *i* Appianus, modò codex non sit inaculosus. Item *Mesembria* cum uno dumtaxat *s* scribendum ex Ptolemaeo, Stephano, Strabone, & Herodoto, qui tamen per *a* in secunda *Mesambriam* nominat. IDEM.

18. *Obdessos*] Scribendum *Odessos* paulò & pòst *Apollonia*, pro *Apollophania*. BARBARUS.

19. *Mesembria*] Nunc *Messember*. OLIVAR.

20. *Atque ubi Pontus alterum sui flexum angulo finit magna Apollonia.*] Scribendum videtur *magno* potius, quàm *magna*, ut referas ad *angulum* non ad *Apolloniam*, quam nemo (quod occurrat) in hoc tractu *magnam* appellat. Angulum verò statim antè dixerat ampliorem altero opposito in Colchis. PINTIAN.

Atque ubi Pontus alterum sui flexum angulo finit, &c.] Supervacanea & indecens repetitio. dixit enim statim ante: *quod praetervectos alter Ponti angulus accipit*. Monstratur, inquis, finis alterius Ponti flexus & alter anguli. Satis exprimitur verbis illis: *& intimo in sinu*. Itaque aut ego conjectura fallor, aut multa hic verba redundant, legendumque omnino sic: *& intimo in sinu Apolloniae*: Reliqua delenda. IDEM.

21. *Magna Apollonia*] An ferri potest, *magna?* an potius *magno* legend. Et sup. interpunge: *fuit, hîc Bizone. &* inf. *Est in ea flumen Aegos*. SCHOTT.

22. *In promontorium, quod Thiniam vocant*] Ptolemaeus *Thiniada* vocat cum unico *n*. Adstipulante etiam Arriano, nisi quod cum *y* scribit primam, & litus non promontorium facit. Stephanus quoque *Thynias* profert. Sicque scribendum in Mela, quidquid dicat Hermolaus. PINTIAN.

23. *Thimniam*] Scribendum *Thynniam*, ex Plinio, Ptolemaeo, ceteris. Et paulò pòst, *Helinidesson & Philas*. Ptolemaeus *Halmydesson & Philiam*. Potest & *Salmydessos*, ut diximus ex Strabone. Stephanus, *Phileas*, inquit, χωρίον Βυζάντιον, unde Φιλεάτης. aliqui *Philiam*, inquit, scribunt, nonnulli *Phineam*. BARBARUS.

24. *Exit, & incurvis*] Lege, *exit, incurvis littoribus obt.* Et pòst: *& in radice peninsulae sedens Lysimachia*. Vulgati enim, *sedes*, & pro *magnae*, *imagine* leg. conjicio, ut inf. cap. 4. *inflexi cubiti imagine sedens*. SCHOTT.

25. *Halmidesson & Phileas*] Legendum puto *Halmidesson & Phrygiam*, auctoritate motus Arriani in libro totiens citato, *Phrygiam* scri-

& [26] Phileas & Phinopolim. Hactenus Pontus, deinde eſt Boſporus & Propontis: in Boſporo, [27] Byzantium; [28] in Propontide, [29] Selymbria, [30] Perinthos, [31] Bithynis, amnesque qui inter-fluunt, Erginos & Athyras: [32] tum Rheſo regna-

ſcribente diſtare ab Halmideſo CCCXXX. ſtadia. PINTIAN.

Halmideſſon] *Halmydeſſon* lib. vet. per *y*, Ptolemaeus ſcribit Ἁλμύδισσος absque ſpiritu. Xenophon VI. ἀνεζώσατο, & *Scholiaſtes* Sophoclis *Oedipo tyranno*, *Halmydiſſus* per *i* in penult. Σαλμυδίσσους Lycophron. SCHOTT.

26. *Phileas*] Nunc *Fillea*. OLIVAR.

27. *Byzantium*] Nota civitas. IDEM.

28. *In propontide Selymbria*] Herodotus ſine *m*, *Selybria* in ſexto. PINTIAN.

29. *Selimbria*, *Perinthos*, *Bitynnis*, *amnesque qui interfluunt*, *Erginus & Tiras*] Scribendum, *Selymbria*, *Perinthus*, *Bathynis*, *amnesque qui interfluunt*, *Erginus & Atyras*: utique ſi Ptolemaeum ſequimur, dicentem: *Bathyniae*, inquit, *amnis oſtia*, *Atyrae amnis oſtia*, *oppidum Selymbria*, *& Perinthus*: quem ordinem ferè ſervat & Plinius. Amnem verò *Erginum*, cujus mentionem facit Plinius, hunc intelligam nec ne, qui à Ptolemaeo *Arzos* appellatur, oppido cognominis, & vicinus *Atyrae*, non ſtatuo. Nam & *Bathynias*. Plinio, Ptolemaeoque fluvius eſt, oppidum Pomponio *Bathynis* appellatum. De *Perintho* autem in Plinio dictum nobis eſt, videri ſignificaſſe hanc Ovidium illo verſu:

Inde levi vento Serinthia littora nacta.

Sed dubium facit ea res, quod ſibi navigatio non conſtat. Si *Perinthum* accipias, ſyllaba quoque ipſa aegrè; id patitur. Proinde fieri poteſt, ut *Zeryntia* ſcribendum fuerit, hoc eſt, *Thracica*. Lycophron *Zerynthum* in ea regione collocat, ſacram Hecatae. Nicander quoque in *Theriacis Zerynthium* vocavit antrum, propè *Zonem*, ut dicemus. Erat & in Samothrace inſula *Zerynthium*, unde nomen regioni (ut fit) toti ex parte. BARBARUS.

30. *Perinthus*, *Bathynis*, *Amnesque qui interfluunt Erginus & Atyrus*] Legendum permutatis verbis. *Perinthus*. *Amnesque qui interfluunt Bathynis*, *Erginus & Atyras*. ex Ptolemaeo, qui tamen non *Bathynis* ſed *Bathynias* nominat. PINTIAN.

31. *Bathynis*, *Tum Rheſo*] Nihil mutandum cenſeo, tametſi imperet Freden. Straboni enim lib. XIII. *Geogr.* Ῥῆσος ὁ βασιλεὺς τῶν Θρᾳκῶν celebratur, & Rheſi unda, quae apud Homerum. SCHOTT.

32. *Tum Rheſo regnata quondam pars Thraciae*] Scribendum arbitror longè diverſo modo *& Terei regia quondam arx Bizie*, ex Plinio lib. IV. cap. 11. *Oppida*, inquit, *Selymbria Perinthus. Intus Bizya arx regum Thraciae*, *à Terei neſaſto crimine inviſa hirundinibus*. Quorſum enim hîc mentio Rheſi, Tragici regis nullo, aut proelio, aut ſaltem ſcelere nobilitati. At Terei in Thracia nemo non meminit. Praeterea quum hîc ex profeſſo de Thracia agat, quid attinebat ſubjungere, *pars Thraciae*. PINTIAN.

33. *Et*

gnata quondam pars Thraciae, [33] & [34] Biſanthe Samiorum, [35] & ingens aliquando Cypſela: poſt locus quem Graii [36] Μακρὸν τεῖχος appellant, [37] & in radicem magnae penè inſulae ſedens Lyſimachia. Terra quae ſequitur nusquam lata, atque hîc arctisſima, inter Helleſpontum Aegaeumque procurrit. [38] Anguſtias Iſthmon; [39] frontem ejus Maſtuſiam; totam Cherſoneſum appellant: [40] ob multa memorabilem. Eſt in

33. *Et Byſanthe Samiorum*] Scribe *Biſanthi* per *i* ex Stephano, Herodoto, & Plutarcho in *Alcibiade*: dicta alio nomine *Rhaedeſton*, auctore Ptolemaeo Graeco & Latino: ut dubitem, corrigendusne ſit Plinius, in quo pro *Rhaedeſton* ſcriptum eſt *Reſiſton* lib. IV. cap. 12. ex caſtigatione Hermolai. Nam codex vetus Salmanticenſis Acad. *reſiſton* planè oſtendit, liberum ſit unicuique judicium. IDEM.

34. *Biſalte Samiorum, & ingens aliquando Gypſella, poſt lacus quem Graeci Macronthios*] Errata quatuor. Scribendum, *Biſanthe Samiorum, & ingens aliquando Cypſella, poſt locus, quem Graii Macrontichus*, id eſt, longum murum, ex Plinio, Strabone, Ptolemaeo, Stephano. BARBARUS.

35. *Et ingens aliquando Cypſella*] Scribo per unicum *l Cypſela*, ex Stephano, & Strabone in Selectis. Cui eſt etiam neutralis generis; adſtipulante proprio nomine *Cypſeli* Tyranni Corinthii; & eodem nomine alia in ſignificatione, ſemper enim cum unico *l* ſcribitur. Herodotus certè & Pauſanias ſic ſcribunt. In codice quoque Salmanticenſi vetuſto ſic ſcriptum invenies. Ptolemaeus Graecus una, & Latinus cum duplici, ſed procul dubio vitioſè, ut in hac parte fides habenda non ſit Hermolao, qui in quarto *Caſtig. Plin.* cap. 11. *Cypſella* feminino putat & cum duobus *ll* ſcribit. PINTIAN.

36. Μακρὸν τεῖχος] *Longum murum.* OLIVAR.

37. *Et in radice magnae peninſulae ſedes Lyſimachia*] Lego, *& in cervice magnae peninſulae ſedens Lyſimachia. Cervices* enim appellari ſolent *iſthmi* ſive *anguſtiae peninſularum*, ut Plinius in lib. IV. de Peloponneſi iſthmo: *donec in quinque millium paſſuum intervallum exeſis utrinque lateribus anguſta cervice Peloponneſum contingat Hellas.* Ptolemaeus quoque, & Georgius Gemiſtus *Pallenes iſthmum* cervicem vocant. & Pomponius ſuprà in Ionia: *anguſtisque cervicibus reliqua extendens in latum*, &c. PINTIAN.

38. *Anguſtias Iſchnon*] Scribendum *Iſthmon*, iisdem auctoribus. BARBARUS.

39. *Frontem ejus Maſtuſiam*] Conſiderandum an ſit melior lectio, *promontorium ejus Maſtuſiam*, ex Ptolemaeo & Plinio. PINTIAN.

40. *Ob multa memorabilis eſt. In ea flumen Aegos*] Aldus, *ob multa memorabile eſt. In ea flumen Aegos.* Lego, *ob multa memorabilem. Eſt in ea flumen Aegos*, quia ſequitur ſtatim *Eſt & Abydos. Eſt regio. Sunt Proteſilai oſſa*, conſueto ſchemate. Ceterùm hujus civitatis nomen non ex parte ſed integrum transmiſit ad nos Marcellinus.

Aegos

[41] in ea flumen Aegos, naufragio classis Atticae insigne. Est & Abydo objacens Sestos, Leandri amore pernobilis. Est & regio, in qua Persarum exercitus [42] divisas spatio pelagoque terras, ausus pontibus jungere ([43] mirum atque ingens facinus!) ex Asia in Graeciam [44] pedes & 85

Aegos potamos relinquens ut apud Graecos invenit, melius fortasse quàm Pomponius, Pliniusque. Praeterea legendum puto *fluvii Aegos naufragio classis Atticae insignes.* Omnes enim Graeci auctores, qui hujus urbis meminere, numero plurium vocant, Strabo, Stephanus, Plutarchus, Xenophon. Aristoteles etiam primo *Meteoron*, & complures alii, quos ne in re aperta tundam, consulto praetereo, semperque praepositа dictione *Aegos*. Quapropter & hîc, & in Plinio libentius legerim, *Aegos fluvii*, quàm retro. Hermolaum autem quis non miretur, qui lib. IV. cap. II. *Plin. Cast.* legit in Pomponio *flumen Aegon*. dubitatque sitne *Aegon* scribendum, an potius *Aegos*. quum nullus sit auctor, qui vel somniaverit quidem hanc urbem appellari *Aegon;* sed omnes uno consensu *Aegos potami* appellent. Strabonis interpres in fine sexti nolens Plinium ac Pomponium imitari *Capraе fluvium* ineptè vertit. Idem.

Ob multa memorabilem. In ea] Sic Vossius. Ante legebatur *memorabilis est. In ea;* ut & legitur in Chisiano. In alio MS. deprehendi *memorabile est*, quod exstat quoque in Mediolanensi & editione Juntina. Legendum prorsus, ne quid pereat, *ob multa memorabilem. Est in ea.* Sic scripsisse Melam apparet, ex sequentibus. Gronov.

41. *In ea flumen*] Interpunge, *est in ea fl.* Schott.

42. *Divisas spatio pelagoque terras*] Stultus sensus, & Mela indignus. Nam quod dividitur pelago, dividi etiam spatio necesse est. Lego itaque *divisas Hellesponti pelago terras.* Nam & angustum mare fretumve, dici etiam solet *pelagus*, ut in Hispania. *Aperit deinde se angustissimum pelagus.* Pintian.

43. *Mirum atque ingens facinus*] Est ludibriosae copiae parenthesis: nec potest ab dexteritate Pomponii venisse. Mihi certè in MS. non occurrit prima vox. Quo indicio prodit haud dubiè vera scriptura, *ausus pontibus jungere, atque (ingens facinus!) ex Asia in Graeciam pedes & non navigata maria transgressus est.* Scilicet Vossio cacozelum, distortum, ac durum est *ausus atque transgressus est*, quoniam cacozelia, distortio ac duritas (mira illa profectò & ingens) ingenii ejus ne quidem patiebatur hîc vel minimum indicare de libris ipsius antiquis, afferre exempla totidem verbis apud optimos etiam occurrentia Scriptores, ut gannit: certè furebat, quum vitiosum librum vocaret, qui à me collatus destituitur prima voce. Nihil ineptiae restabat, nisi ut clypeum Antaei quoque diceret ab Mela dictum esse *mirum & ingentem.* Gronov.

44. *Pedes & non navigata maria transgressus est*] Mira loquutio. Nam quod doctè ex Lucano animadvertit Vossius, id huc applicari non videtur posse. Aut si potest, aequè ad sententiam Schotti congruere potest, quàm ad vulgatam lectionem. Propriè tamen non navigata maria erant ante Argo.

& [45] non [46] navigata maria transgressus est. Sunt Protesilai ossa consecrata delubro. [47] Est & [48] portus Coelos, Athenienſibus & Lacedaemoniis navali acie decernentibus, Laconicae classis signatus excidio. Est & [49] Cynossema,

go. Sed demus sanè auctorem sic scripsisse hactenus & explicare velimus ex sententia Vossii: quo ista copula? Longè melius ea nuspiam foret. Imò debuit omitti, neque ferri ullo modo potest. Quare & Schottus nescio quid haerens, in *Praetermissis* melius censebat *navigato mari*. Quod ut fortasse melius, ita qui probabitur ab Pomponio venisse? Certè enim id melius quàm Vossianum, quia particula & innuit hîc aliquid sequi ex oppositione τὲ *pedes*, quod sit in lectione Schotti, non Vossii; & omnino sicut prima vox *pedes*, sic & sequentibus aliquot impendendae sunt ipsi Xerxi. Ita enim solet Pomponius lib. II. cap. 7. *Continua litora & non pervium pelagus*; & lib. III. cap. 6. *Nefas & pro sacrilegio habent*. Id ergo ut sine noxa habeamus, leges posthac *pedes & non navigatu maria transgressus est*. Quum nihil haberet Vossius, quod solidè everteret, & hinc micrologiae libans testatur „ cum risum excitare vo„ lunt mimi, eadem planè ra„ tione loquentes introducere fa„ tuos. Venit io simus à villa! Sibi enim ipse haec occinuit, & mimum ostendit. An in meo sit inepta macrologia, docet locorum, quae citavi, similitudo & exempla collecta in nota ad Prooem. Codex Mediolan. habet *& nonaginta maria*. IDEM.

45. *Non navigata maria*] Credidi aliquando melius legi posse, *non navigato mari*. cujus conjecturae nondum me poenitet, nec cur poenitere debeat video: hoc est enim pedibus transiisse. Sic hoc ipso cap. de eodem Xerxis innumerabili exercitu, *& factus freto navigabili pervius*, licet ea ut supposititia furcis Pintianus ejicienda putet, De Xerxe pleni historicorum, pleni poëtarum libri. SCHOTT.

46. *Navigata maria*] Melius *navigato mari*. Et inf. ubi de Xerxe, glossemata puto: *à Xerxe in Graios tendente perfossus & freto navigabili pervius*. IDEM.

47. *Est & portu Coelos*] Sic Plinius etiam *Coelos*. *Coela* tamen Ammianus, fortè melius: ut ab Athenienſibus, qui in Cherroneso frequentes erant, inditum fuerit hoc nomen. Nam *Coele* sive, quod idem est *Coela* vicus fuit Atticae, clarus morte Thucydidis, auctore Graeco scriptore Marcellino. Nec praeterierim *Cyllam* urbem locari in hac ora à Ptolemaeo, etiam si Hermolaus *Coelam* legit non *Cyllam*, cui suffragari videntur Latini Ptolemaei codices. PINTIAN.

48. *Portus Sceolos*] Scribendum *Coelos*. Plinius, *Petenti*, inquit, *Melanem sinum*, *portus Coelos*. BARBARUS.

49. *Cynosenia*] Scribendum, *Cynos sema*, id est, Hecubae tumulus, Strabo, Plinius, ceteri. IDEM.

Cynosema, tumulus Hecubae] Κυνόσημα geminato sibilo Thucydides, & Graeci. Ausonius:

Quicumque hoc nostrum σῆμα κυνὸς legitis.

Solin. cap. 16. *Extra Sigaeum Asiae in quo tumulus est, Cynossema dictus, Hecubae sepulcrum; &*

sema, tumulus Hecubae, [50] sive ex figura canis, in quam conversa traditur, sive ex fortuna, in quam deciderat, humili nomine accepto. [51] Est Madytos: [52] est Eleus, quae finit 95
Hellespontum. [53] Aegaeum statim pelagus vaste longum litus impellit, summotasque terras hinc ad promontorium, quod [54] Sunium vocatur, magno ambitu mollique circumagit. Ejus tractum legentibus, [55] praevectisque Ma- 100
stu-

& *turris Protesilai delubro data.* SCHOTT.

50. *Sive ex figura*] Feminae saepe canibus comparatae. Hesiodus Ἔργοις. Pandorae indidisse Mercurium κύνα τε νόον καὶ ἐπίκλοπον ἦθος. Itaque saepè κυὼν Helena dicta est Homero & Lycophroni, ob immoderatam libidinem: quòd sicuti canes ἀνιδρῶς coëunt; sic omnibus sui potestatem fecisset. Cynici ob eandem impudentiam cum maledicentia nomen sortiti. & Scyllas fabulantur

Deprensos nautas canibus lacerásse marinis.

Virgil. *Ecloga* vi. & *Ciri.* IDEM.

51. *Est Madytos*] *Madytos* leg. H. Stephano videtur: aliis *Malidos*, ex Stephano *de Urbibus.* SCHOTT.

52. *Est Eleus*] Dupliciter scriptum invenio, sine diphthongo & cum diphthongo *ae* in secunda. Cum diphthongo scribunt Ptolemaeus, Stephanus, Thucydides. Sine diphthongo Strabo in *Selectis*, Pausanias, Herodotus, Arrianus, Xenophon, Plutarchus, Philostratus, Demosthenes, & alii. Hermolaus hanc urbem vocari à Strabone tradit *Elaeussam.* Ego *Elaeussam* insulam nosci à Strabone, ceteristque Geographis prope Ciliciam scio; urbem Thraciae ita ab ullo nominatam nescio. Apud Strabonem uno duntaxat loco lib. XIII. legi in exemplari Graeco *elusa* commutatis litteris pro *Elaeus*, procul dubio vitiosè. Nam si *Elaeussa* diceretur haec urbs, ex tot, quos mox ante citavi, auctoribus aliquis eam ita nominasset. Itaque in hac traditione ab Hermolao non sto. PINTIAN.

53. *Aegaeum statim pelagus*] Dictum auctore Varrone, ab hinnulis, quòd in eo mari copiosi à similitudine caprarum αἶγες vocantur. Apollonii vero *Scholiastes.* Τὸ Αἰγαῖον πέλαγος ἀπὸ νήσου αἰγῶν κεκλυμένης: Lycophronis vero: ὅτι δικὴν αἰγὸς κυμαίνεται. Aliter Plinius lib. III. cap. II. extr. SCHOTT.

Aegaeum pelagus] Nunc *Archipelago* dicimus. OLIVAR.

54. *Sunium vocatur*] Expressit hunc locum Seneca Tragicus *Hippolyto.*

——— *Pars illa diu*
Vacat immunis, qua curvati
Litora ponti Sunion urget.

Suspicor autem in Mela, gentili suo, legisse, *vastè Ponti litus impellit.* vide inf. cap. 3. SCHOTT.

55. *Praevectisque in Asiaticum finus intrandus*] Scribo, *Praevectisque Mastusiam, tum finus intrandus*, hoc est, is, qui Melas

ſtuſiam ſinus intrandus eſt, qui alterum Cherſoneſi latus alluens, [56] jugo facie vallis includitur, & ex fluvio, quem accipit, Melas dictus, duas urbes amplectitur, [58] Alopeconnesum, & in altero Iſthmi litore ſitam Cardiam: [57] eximia eſt Aenos, ab Aenea profugo condita: circa

dicitur, id & ſequentia, & Ptolemaeus docebunt: ſed & Plinius, atque Strabo. De *Maſtuſia* Pomponius quoque non multo ſuprà. BARBARUS.

Praevectiſque Maſtuſiam] Melius *praetervectis*, ut ſupra in Troade: *quod praetervectes ſinus excipit non parvus*, & non multo antè: *& Tiriſtris promontorium, quod praetervectos alter Ponti*, &c. PINTIAN.

56. *Jugo facie vallis includitur*] Caſtigandum, *jugo Pallenes includitur*. Nam ſecundum Pomponium, & ſinus Melas, & tota Thracia Pallene terminantur. Eſt autem *Pallene Cherſonneſus* & urbs, & mons auctoribus Apollonio in primo, & ejus *Enarratoribus*: praetereaque Dionyſio Byzantio, qui jugi Pallenes meminit. Alioquin Mela & in his, quae longè porriguntur, abſque montium mentione utitur hoc nomine *jugum*, ut in tractatu Cypri. *Cyprus*, inquit, *ad ortum occaſumque ſe immittens recto jugo inter Ciliciam Syriamque porrigitur*. IDEM.

Longo muro Macrutichus] Sic repone ex Plinio ibidem. Vulgate, *jugo facie vallis includitur*. vitiosè: quod nihil veri inde eruere queas. Quid Pintianus tentarit, *jugo Pallenes includitur*, in promptu eſt legere. SCHOTT.

57. *Alopoconenſum*] Scribe *Alopeconneſum*. Ideo vocata, quod qui condidere, ut ait Stephanus, reſponſum acceperant, ubi vulpis vidiſſent catulos, ibi ſedem copeſſerent, quod & factum eſt. *Haec*, inquit, *urbs ad Helleſponti Cherroneſum poſita, etiam Caleros producta media vocabatur, de regis nomine*. BARBARUS.

Alopeconeſum] Inſula haec eſt Straboni, & *Aloneſus*, lib. IX. Stephano etiam civitas. Non ſequor igitur eos, qui *Callipolim* contra libros repoſuerunt. SCHOTT.

58. *Eximia eſt Aenos*] Forte; *Extrà eſt Aenos*. IDEM.

Eximia eſt Aenos] Certe vacuum eſt illud epitheton in urbe, quam tot magis eximiae comitantur vel antecedunt. Unde etiam merito id ſibi diſplicere oſtendunt viri docti, ſed Vosſiana conjectura (nempe forſan ſcriptum fuiſſe *exin eſt*) praeterquam quod ab genio Pomponii aliena eſt, non utentis illo adverbio, niſi in deſcribendis urbibus ordine in recto litore poſitis, non item ſinu diſtinctis, etiam refellitur ab poſtrema littera, quae in omnibus ſcriptis exſtans, credi non poteſt adjecta fuiſſe ab ſciolo & expelli debere. Potius error cenſeri debet in quinque mediis lineolis *imi*, & ex illis accreviſſe aliquas praeter mentem auctoris, quum librarii invenirent *exita*. Inde putantes literam *m* excidiſſe ita ſuppleverunt. Nam Mela dederat *Extra eſt* nempe ſinum, ut rectè conjiciebat quoque Schottus. Ea vocula ſemper utitur poſt finitum ſinum: lib. II. cap. 4. *Sinus eſt continuo Apulo litore incinctus. Extra Siputum.* Et hoc exemplo utitur ipſe Vosſius, dum lib. II. cap. 4. vidit in MSS. legi *ſuperita* pro *ſuperna*. Immo hac duarum lineolarum occaſione lib-

59 circa Hebrum Cicones: trans eundem Doriscos, ubi Xerxen copias suas, quia numero non poterat, 60 spatio mensum ferunt: deinde 61 promontorium Serrium, 62 & quò 63 canentem Orphea

lib. II. cap. 2. in *Tritonice* degeneravit *tum Tomoe*. Et videntur sanè vel scribae vel editores valde liberales fuisse in donanda Pomponio littera *m*. Nam sic edi video lib. II. cap. 3. *Peloponnesos . . . platani folio simillima*. ubi ipse in MS. reperi *similia*, quum in Chisiano clare habeatur *similis*, quae vera lectio, & sic quoque citatur ab Pintiano in *Castigationibus*; ut haud dubitanter id ipsum revocari debuerit. lib II. cap. 6. *Virgi in sinu, quem Virgilianum vocant, Extra Abdera*, &c. lib. III. cap. 1. *In proximo sinu portus est &c. extra Junonis ara templumque*. Ergo Vossius colligit, quae eximiam fecerint. Ea sunt talia, ut fermè omnes, certè plurimae urbes illis rebus censeantur, nempe nobili conditore, fatis ac casibus, tum quibusdam operibus publicis. Scilicet Senex voluit fricare confectam senio urbem, qua fruatur, Sed & sic redit ad suum *exin* vel *exinde*, & tum furenter mihi irascens, & nescio quid cantans de ineptiis & nugatore, rogat „ undenam hau„ serim *exin* rectum significare li„ tus." Nonne hoc dixi? Tamen veneror senem, & illi satisfacio ex cap. 4. hujus libri, ubi postquàm dixit à Pado ad Anconam transiri Ravennam, Ariminum, Pisaurum, Fanestrem coloniam, sine notabili terrae recessu & in recto litore, pergit *Exin illa* &c. Unde simul patet fatuè ab Vossio cogitatum lib. III. cap. 6. *Exin Scandinovia*. GRONOV.

59. *Circa Hebrum Cicones*] Lego, *Citra Hebrum Cicones*; sequitur enim, *trans eundem Doriscos*. confirmatur quoque auctoritate Herodoti. PINTIAN.

60. *Spatio mensum ferunt*] Invenit autem myriadas centum & LXX. hoc est, decies septies centena armatorum millia; quem numerum tradit Herod. *Polymnia*: Justinus verò ex Trogo Pompejo lib. II. DCC. millia & CCC. M. auxiliorum fuisse scribit. Ammianus lib. XVIII. *Quosque nobis Doriscon Thraciae oppidum & agminatim intra consepta exercitus recensitos Graeca fabulositas numerabit?* SCHOTT.

61. *Promontorium Seriphium*] Scribi potest *Serium*, ut in Plinio monstravimus, aut *Zerynthium*, ex Lycophrone ac Nicandro, qui proximum Zonae antrum Hecatae dicatum ita nominavit. BARBARUS.

62. *Ex quo canentem*] In V. C. legitur: *&, quo canentem Orphea, secuta narrantur etiam nemora, Zone*. SCHOTT.

63. *Canentem Orphea*] Quem ut me juvit vidisse in nummis, cinctum mirabili theatro sic nec tibi, Lector, erit ingratum aut



phea secuta [64] narrantur etiam nemora, [65] Zone: [66] tum Schoenos fluvius, & ripis ejus adjacens

inutile spectaculum, de quo alibi. GRONOV.

64. *Narrantur nemora, Zone*] In MS. uno vidi *narrantur est nem.* Sed in Chisiano & Mediolanensi erat *narrantur etiam nemora*, quam veram plenamque Pomponii manum producit ex V. C. Schottus quoque, & fuisse censeo: & habet particula ista non modò suam vim, sed genius Pomponii semper eam adhibuit, ubi aliquid notabile & mirabile propinquum relaturus est lib. II. cap. 4. *Padus tam citò profilit, ut suum etiam in mari alveum servet.* lib. III. cap. 4. *adeò atrox, ut feminae etiam cum viris bella ineant.* lib. II. cap. 7. *Arados parva, frequens tamen, quia etiam super aliena tecta sedem ponere licet.* Non desinit me convellere ista aerugo Vossii, etiamsi eum non tangam. Excitus enim hac nota, iterum perreptavit codices MSS. & quia τὸ *et* in varios locos translatum ex illis ostendit, inde facile, ait, conjicias additum ab aliis conjunctivum. Quàm diversum hoc ab illis, quae evomebat ad capitis 5. lib. I. verba *sine tectis passim ac sedibus;* perinde ibi illud *ac* jactatur, nec tamen vel cogitat tale quid. Quae varietas idcirco satis ostendit, eum seniliter ineptiisse, unde cur exigam, quid ex iis locis ipse collegerit? Sic lib. II. cap. 2. eadem vocula in Editionibus solebat omitti. IDEM.

65. *Zone, Tum Scoenas fluvius,*] Permuta verba, *Tum Zone. Scoenas fluvius.* PINTIAN.

66. *Tum Schoenos fluvius,*] Meram hîc videas Vossii licentiam, fluviis nunc hoc, nunc illud vocabulum dantis, nullo auctoritatis robore. In MS. quidem & ipse legi *Stenos.* Mediol. *Sthenos.* Quicquid sit, apparet manifestè, eundem nunc fluvium intelligi, quem *Cudetum* vocat Scylax. In themate enim Thraciae procedens ab Nesto amne sic pergit, Ἄσσηρα πόλις, Κύδητος ποταμός. Αἱ δὲ πόλεις Δίκαια καὶ Μαρώνεια καὶ ταῦτα. Credamne? Vossius fatetur hîc me rectè sanè dicere. Sed quantum hinc in censendo divortium. Illius juventa in eo nomine consistere potuit & Cudetum pati. At nunc senio procax & liber, audacter, quod improba mens ei exprimit, affirmat legendum esse *Cosetus.* Hinc locos omnes, quos aperuerat Schefferus ad Aelianum, item Menagius, & horum simii non semissis, in narratiuncula de Pythagora per fluvium salutato, id quod ex loco Apollonii omnibus illis etiam citati evincit circà Samothracen, si credas, quum ille dicat καὶὰ Σάμον, contigisse inspiciens, ait & Nesum & Nestum & Cosatum & Cosetum eundem esse. Quod tam facile pronuntiare potuit, ac Vossium esse Alopecium. Quasi non in istis ambiguis esset continua ferè discrepantia, & alii Nesso attribuere potuerint, quod alii fluvio diverso. Sed & ad Nesum & Cosatum trahit quoque Caucasum Porphyrii & Compsaton Herodoti. Et sic denique cuniculis factis accedit ad Cosiniten, cujus meminit Aelianus *de Animalibus*, quem in notis ad Scylacem statuerat esse hunc ipsum, quod ego ineptè factum arbitrabar. Nam qui credibile est, Scylacem in Periplo habiturum rationem fluvii non exonerantis se in mare & secantis oram, sed consummentis in palude Bistonide? Id autem clarè testatur affir-

jacens [67] Maronia. Regio ulterior Diomeden tulit, immanibus equis mandendos solitum objectare advenas, & iisdem ab Hercule objectum. 115 Tur-

affirmatque Aelianus de Cosinite? Immò Aeliani Cosinites planè idem est quem Herodotus vocat Compsatum scribens lib. VII. cap. 102. Xerxes παραμείβετο Μαρώνειαν Δίκαιαν. Ἄδδηρα, καὶ κατὰ ταῦτας. λίμνας ὀνομαζὰς ταύτας Ἰσμαρίδα. κατὰ δὲ Δίκαιαν Βιστωνίδα. ἐς τὴν ποταμοὶ δύο ἐσίεσι τὸ ὕδωρ Τραῦός τε καὶ Κόμψατος. Hic autem Compsatus, ut & Travus planè illic emoriebatur, ut apparet ex oppositione in sequentibus apud Herodotum, ubi ait propè Abdera quidem nullam paludem nobilem praeteriisse. ποταμὸν δὲ Νέστον ῥέοντα ἐς θάλασσαν, quod nimirum illi duo priores non faciebant. Haec quum sint verba mea in prima editione, primò dicit me loqui *fluminis exonerante*, quum sit haec ipsius Latinitas. Dein deceptum tabulis Ptolemaei, quas ne nunc quidem ad hanc rem inspexi. Denique nescivisse, quid rei sit palus Bistonis, quum putarim esse stagnum mediterraneum undique clausum & quod nullum haberet in mare exitum. Agnoscis calumniam protervi senis. Non enim si dixero fluvium exonerari in stagnum, planè dico illius fluvii aquam in mare paulatim cum stagno venire. Mela noster, quum scribit lib. II. cap 5. Atacem accipi à lacu Rubreso, non ideo negat tandem in mare efferri: non dicit tamen exonerari in mare. Quid aliud à me factum est? De stagno autem nihil dixi. Jam verò Bistonis palus ex descriptione Ptolemaei, quem citat, utique est mediterranea. Quid an ille nugator nos docere voluit? quid sint λιμνοθάλατται, tam crebo ab viris eruditis declaratae? Sit Bistonis palus λιμνοθάλατται Quae, oro, sunt verba Strabonis in lib. I. pag. 49. Nempe μάλιστά φησι τὴν ζήτησιν παρεσχεῖν, πῶς ἐν διςχιλίοις καὶ τρισχιλίοις ἀπὸ θαλάττης σταδίοις κατὰ τὴν μεσόγαιαν ὑφῆται πολλαχῆ κόγχων καὶ ὀστρέων καὶ χαμαιδρῶν πλήθη καὶ λιμνοθάλατται. De Bistonide autem scribit *Scholiastes* Apollonii ad lib. II. Βιστονὶη Θρακικὴ· Βίστονις γὰρ ἔθνος Θρακῶν. Βίστονις, λίμνη Θρακική. Omnia vides haberi eodem numero. Nam ab Cosinto dictum Cosiniten, furatus est Vossius ex Holstenii notis ad Ortelium pag. 60. Sed quis puero Vossio praelallavit Consintum esse oppidum? Non Antoninus. GRONOV.

67. Maronia regio ulterior Diomedem tulit] Vanus haberi non recuso, nisi verum dixero: errasse alterutrum: Melam an Solinum? Melam dii prohibeant. In Solino menda post omnium emendationes residunt, ut ipsi cum duobus MSS. Toletanis comparando didicimus, multaque notavimus, quae, Deo faciente, aliquando in vulgus apparebunt. Sic enim ille cap. 16. hinc exscripsit: *Deinde stagnum est Bistonium: nec longè regio Maronea: in qua Tinda oppidum fuit, equorum Diomedis stabulum: sed cesserit aevo, solumque turris vestigium adhuc durat.* Cetera ut Mela noster. Suspicor autem in Mela legisse, *Ripis ejus adjacens Maronea regio, ubi Tinda Diomedem tulit.* Eruditus lector arbitrabitur. SCHOTT.

[68] Turris, quam Diomedis vocant, signum fabulae remanet: & urbs quam soror ejus suo nomine nominavit, [69] Abdera, sed ea magis id memorandum habet, quòd Democritum Physicum tulit, quàm quòd ita condita est. Ultrà Nestos fluit; interque eum & Strymona urbes sunt [70] Philippi, Apollonia, Amphipolis: [71] inter Strymona & Athon,

68. *Turris quam Diomedis vocant*] Expendendum, an sit aptior lectio *Tinda quam Diomedis vocant*, ex Plinio & Stephano. PINTIAN.

69. *Abdera*] De hac Cic. *ad Atticum* lib. IV. *epist.* 16. & lib. VII. *epist.* 7. & Hippocrates in *Epist.* SCHOTT.

70. *Philippia*,] Scribendum *Philippi*, ut faciat *Philipporum*, ex Plinio, Ptolemaeo, ceteris, à Philippo rege Macedonum, qui eis contra infensos Thraces opem tulerat. *Crenides* antè nominata, unde *Adrastus* Aristotelis discipulus. Erant & in Thessalia *Philippi*, quondam Thebae dicti, ait Stephanus. Sed & in *Thesprotia Philippi* nominantur, qui & *Gomphi* sunt. A Philippis *Philippenses*, sive (ut Polybius) *Philippeni* derivantur. BARBARUS.

Philippi, *Appolonia*] Scribe cum uno *p.* & duplici *ll Apollonia*, ex omnibus. PINTIAN.

71. *Inter Strymona & Athon turris Calarnaea*] Sic Hermolaus castigavit, cùm prius *Calamea* legeretur. Mihi Hermolai commentum non placet: neque puto hic reddi à Mela *Calarnan* oppidum ignobile, & cujus praeter Stephanum à nullo fiat mentio, sed urbem clarissimam *Stagira*; sive ut Herodotus vocat, *Stagiron*, illustrem alumno Aristotele, & à nullo praetermissam: Sed nescio quo adverso, & urbis ipsius, & Aristotelis fato, apud plerosque scriptores depravatissimè scriptam. Nam apud Ptolemaeum *Stantira* pro *Stagira* positum est, & apud Plinium atrox adhuc etiam post tot censores menda memoriae inclytae urbis officit. Sed libuit ejus verba in gratiam Plinii studiosorum subjicere ex lib. IV. cap. 10. *Acanthas*, inquit, *Istria*, *Grastonia*. In codice vetusto bibliothecae Salmanticensis Academiae suprà citato sic legitur: *Acanthus*, *Sinis*, *Tagira*, *Sitone*. Scribendum: *Achanthus*. *Singus*. *Stagira*. *Sithonia*: etsi Hermolaus in *Plinianis Castigationibus*, *Grastoniam* defendat, non rectè. *Achanti*, & *Singi* urbis, unde dictus *sinus Singiticus*, & *Sithoniae* magna apud omnes mentio. Pari malo apud Melam *turris* vitiosissimè scriptum est pro *Stagiros*. Pro *Calamea* autem, ut antea legebatur, substituit posset *colonia*: multae enim erant in Macedonia coloniae, *Dion* apud Ptolemaeum. At *Pella*, *Oresiae*, *Cassandria*, *Philippi* apud Plinium in quarto. Loqui autem hic Melam de *Stagiro*, sive *Stagiris* nisi probavero, non recuso quin in pistrinum dedar. Sed prius quàm id probem, visa est mihi res digna aestimatione, an hic pro *Calamea* substitui possit, *clara alumno*, ut Aristotelis nomen praetermissum sit librarii culpa, sicuti permulta alia in hoc opere sive denso quodam & frequenti erroribus senticeto. quod tam ex his quae praeteriere manifestum est, quàm ex futuris liquebit. Movet me quod Mela civitates

72 Athon, 73 turris Calarnaea, & 74 Κάπρε λιμὴν, urbs

tates, quae claros viros aut tulerunt, aut etiam sustulerunt, honorificis verbis memorare solet. Hoc fecit in urbe Aeolidis *Pitane* unde fuit Arcesilas: Hoc in *Abderis* Thraciae unde Democritus. Hoc in *Mileto Ioniae*, unde Thales Astrologus, Timotheus Musicus, & Anaximander Physicus: Hoc in *Calaurea insula*, ubi periit Demosthenes. Hoc in *Rudiis* urbe Italica natali Ennii poëtae nobilitata. Credibile igitur mihi sit, hoc idem fecisse Melam in urbe *Stagiro* patria Aristotelis, tanto illis, & ceteris philosophis omnibus praestantis. Sequuntur statim verba, quae probant legendum hic *Stagiros* non *turris*. Ea sunt: *Portus Caprullon.* Idem.

72. *Athos*] Nunc dicitur *Monte sancto.* Olivar.

73. *Turris Calamea*] Fortasse *Calarnaea.* Fuit enim (ut ait Stephanus) oppidum Macedoniae *Calarna.* Barbarus.

74. *Portus Caprullon*] Lego, *portus Capros cum insula.* ex Strabone in *Selectis* tradente *Capron* portum esse Stragiri urbis cum insula parva cognomine. Quis igitur in animum inducat, meminisse Pomponium portus Stagiri, praeterita ipsa urbe, cujus est portus, tantae praesertim, propter alumnum, claritatis. Praeterea sitam esse *Stagiron* inter *Strymonem* fluvium & *Athon* montem, ubi Mela eam statuit: auctores sunt Strabo in *Selectis* & Ptolemaeus; quod adhuc magis adstruit castigationem nostram. Pintian

Portus Capru] H Stephanus Κάπρε λιμὴν, non male. Vulgati *Caprullon*, pro quo, *Capros cum insula*, Pintianus reponebat: qui & Aristoteli patriam, quae hic in lituris densisque tenebris jacebat, reddidit; illustravitque felici conatu, si quam ad alumni laudem, accessionem fieri pote est. Eandem apud Ptolemaeum sepultam ἐξὲ παρέργε excitare conemur, ubi pro σάντιμα leg. κογχάδεμα. Schott.

Portus Caprullon] Viderat Henr. Stephanus postremam vocem mendosam esse & in ea latere Κάπρε λιμὴν. nihil scribens, quid igitur de praecedente voce fieri vellet, satis tamen clarè praeferens id sibi placuisse, quod Vossius rapit ad se; *neque enim dubito*, dicens, *quin κάπρε λιμὴν à Mela scriptum sit, & Caprullon non aliunde quàm ex errore manarit.* A Pintiano reponebatur *portus Capros cum insula*, quod nimium & intolerabile. Vossius denique, quum è libris melioribus proferret *& portus Caprolimen*, ejecta voce media rogat, quis non videat veram esse lectionem, *Et* Κάπρε λιμὴν? & sic ignorans Stephanum edidit. Fortasse: sed tamen subdubito. Video quidem lib. 1. cap. 18. illa *finus alter* Ἀχαιῶν λιμὴν. Sed tamen etsi in codice Mediolanensi sit *caprolimen*, tamen in loco, quem tractamus, illud *limen* non semper fuisse ita penitus perscriptum omnibus istis litteris apparet ex lectione vulgata. Et sanè ipse in codice non spernendo habui *portus caprolim* & sic tamen in loco citato etiam *lin* exhibebatur. nec aliter in MS. exstabat lib. 11. cap. 1. *finus portuosus, & ideo calos lim appellatus.* Et quid? an nostrae potestatis est vocem probatam ab omnibus antiquis libris ita temere expellere? Ego sanè ad scriptam lectionem quam vidi, scio proximè accedere *& portus* κάπρε (*capru* exhiberi video in editionibus Sanctii & Schotti sine

[75] urbs [76] Acanthos, & Echymnia: inter
125 Athon & Pallenen, Cleona & Olynthos. Strymon (ſicut diximus) amnis eſt; [77] longéque ortus,

auctore) *tum urbs.* Et quod negari nequit, hîc ſtylus eſt Auctoris, ut Romana Graecis immiſceat. Sic paulò antè praeceſſit *flumen αἰγὸς*, ſic cap. ſeq. *& portum qui Καρὸς dicitur.* lib. II. cap. 2. *portus coelos.* Haud dubiè perperam ſic editionibus exhibentibus κωλὸς, ut in reliquis. Quam ſuccenſuit propterea Voſſius convitiator? Ne nunc quidem ullam dat rationem, cur vocem *portus* redundare dixerit. An cùm in melioribus aliquid legatur libris, ideo redundare vox debet? Si tam infelices Librarios fortitus fuit Mela, ut Graeca ne legere quidem noverint, unde tot Graecae voces fuerunt ſervatae? Ego nolui affirmare utrumque retinendum eſſe, quia ſic te, Voſſi, hoc eſt, ipſa ſeberide ſtultiorem perſonam induiſſem. Planè non decet nos ita ſtatuere, ubi tantopere conſentiunt libri veteres, ibi aliquid redundare. Oſtendi quàm poſſet aliquid propinquum latere: inde tu excitari debueras. Quod quia noluit Voſſius, ut ſemper, idcirco nunc verum ei tibi, mi Lector, quum Mela dederit *& portus κάπρε; Eion urbs, Acanthos* &c. Haec enim urbs Ἠιὼν ab omnibus Graecis oſtentatur ad Strymonem. Haec quum ignota eſſet, vides manifeſtè hinc exſtitiſſe illud vetus *caprullon.* Habeat igitur Voſſius ſuam redundantiam, cui admetior meam inopiam & tamen prodigam judicii. GRONOV.

75. *Urbs Acanthos & Oeſima*] Omnia turbata & permiſta. Neutri enim harum urbium convenit ſitus in quo locantur inter Strymonem & Athon. *Acanthus* enim inferiùs eſt, *Oeſima* ſuperiùs. *Acanthus* ad Meridiem inter promontorium Nymphaeum & Derrhin in ſinu Singitico. *Oeſyma* ad Septentrionem inter Neſum & Strymonem fluvios, in ſinu Strymonico, auctoribus Ptolemaeo, & Strabone in *Selectis.* Caſtigandus igitur ſic totus hic locus: *Ultrà Neſtos fluit, interque eum & Strymona urbes ſunt Philippi, Apollonia, Amphipolis, & Oeſyma. Inter Strymona & Athon Stagiros, Portus Capros cum inſula. Inter Athon & Pallenen Acanthos, Scolos & Olynthos. Scolos,* inquam lego, non *Cleonae* ut Hermolaus legit, qui pro *Celeona* antiqua lectione *Cleonae* ſuffecit. Ego *Scolos* defendo ex Strabone, qui in ſeptimo *Scolon* ait fuiſſe unam ex urbibus propinquis Olyntho. Thucydides item in quinto, ut vicinas ſibi urbes Scolon & Olynthon conjunctim memorat. Nam *Cleonae* Hermolai non ſunt inter Athon & Pallenen, ſed in ipſo monte Atho cum aliis quatuor urbibus, *Dio, Holopyxo, Acrothoo, & Thyſo*, quas Xerxes perfoſſo Atho inſulares fecit, auctore in *Polymnia* Herodoto: qui *Stagiri* & *Acanthi* conjunctim etiam ipſe meminit, ut urbium inter ſe propinquarum. PINTIAN.

76. *Acanthos & Echima:*] De *Acanto* conſtat ex Plinio, Ptolemaeo, ceteris. *Echima* ubi ſit, non conſtat. Proinde non *Echima*, ſed *Oeſyma* fortaſſe legeris, ut in Thracia expoſui ex Homero, & aliis frequentibus. BARBARUS.

77. *Longéque ortus & tenuis*] Ne dubites, ſi hanc editionem conferas cum prioribus, tres poſtremas primi vocabuli litteras ex MSS. à me productas, nunc ſignifico. GRONOV.

78. *Ve-*

ortus, & tenuis, alienis subinde aquis fit amplior; & ubi non longè à mari lacum fecit, majore quàm venerat alveo erumpit. Athos mons est adeò elatus, ut credatur altiùs etiam quàm unde imbres cadunt, surgere. Capit opinio fidem, quia de aris, quas in vertice sustinet, non abluitur cinis, sed quo relinquitur aggere manet. Ceterùm non promontorio, ut alii, [78] verùm totus exstat, totoque longè dorso procedit in pelagus. Quâ continenti adhaeret, à Xerxe in Graios tendente [79] perfossus transjugatusque est, &

130

135

78. *Verum totus est*] Dele verbum *est*. Pintian.

Factus freto navigabili pervius] Haec etiam verba recidenda: Pomponii enim brevitati satis fuit dixisse: *à Xerxe in Graios tendente perfossus transnavigatusque*. Idem.

79. *Perfossus transnavigatusque & factus freto navigabili pervius*] Certè nauseam parit haec tam accurata descriptionis institutio, ut planè non miremur Pintianum, spectatorem amariorem brevitatis Pomponianae, postrema recidenda clamavisse, quum plenè illa contineantur in verbo *perfossus*. Sed & monstri aliquid his subesse docent veteres libri praeferentes *Athos* vel *Athus* pro *factus*. *Transjugatus* verò (quod placet Vossio) non commodiorem facit sermonem, sed praeter dubiam Latinitatis notam ineptè historiam tangit, quum non potuerit illic transjugari, ubi Xerxes perfodit, ubi non nisi πεδίον & κολωνὸς ὑ μεγάλας nominat Herodotus: quum contra vox *transnavigatus* augeat rei monstrum, & in eo verbo resideat verè poëtica elegantia, quam nunc captare vult Pomponius, ut patet ex illo etiam Juvenalis Sat. x. *Velificatus Athos*, & quem ipse Vossius citat, Catullo,

——— *cumque juventus,*
Per medium classi barbara navit Atho.

Cicero lib. II. de *Finibus* cap. 34. *Si Xerxes Hellesponto junctio, Athone perfosso, maria ambulavisset, terramque navigasset.* Claudianus lib. II. *in Rufin.*

——— *cum classibus iret*
Per scopulos, tectumque pedes contemneret aequor:

Sic itaque cum tot aliis auctoribus transnavigatum Atho mirificè quoque scripsit Mela. Obstinatus tamen Vossius quum impar esset probando τῷ *transjugare*, ait, „ somnie esse quibusvis Scriptoribus „ res novas & inusitatas novis „ etiam & non usitatis explicare vocibus Egregium sanè! Cicero, Livius, Tacitus habent multas res novas & inusitatas. Hinc Vossius dicit novas etiam & non usitatas illic reperiri voces. Credesne? Nihil magis fatuum, & ne tale quid timeas. Pergit: „ transjugare est „ jugum montis superare; quod „ quia novum & inusitatum explicatur nova & non usitata voce &

& factus [80] freto navigabili pervius. Ima ejus tenent

„ & tunc rogat. An colles quan-
„ tumvis minuti posſunt esſe ſine
„ jugis & verticibus; quos ſi quis ſuperet, ut in hoc loco tantum ſunt κολωνὸι δ᾽ μεγάλοι, hos transjugare dicetur. Vide, quo delabantur illae novae & non uſitatae res, quando enim non ſuperantur illi? Repeto itaque ab Mela transnavigatum Athο dici. Si tamen ita extendere ὕ↓ο fermonis ſui voluerit Auctor, quod profecto ipſe mox deprimit per additam explicationem, quam omiſisſet haud dubiè, ſi illud captare voluisſet. Quare foveo diu concepcam (ſic cùm ſcribo, ait Vosſius me reſipiſcere poſt longam meditationem) opinionem illud *transnavigatusque & Athus* vel *Athos* ex mirifica litterarum commutatione ortum esſe, & Auctorem ſcripſisſe, *perſosſus & ad Sanen ab usque Thysſo factus freto nav.* Nam quod Vosſius audet ſcribere Herodotum libro VII. dicere fosſam illam ab Acantho urbe Sanen usque pertinuisſe, Acanthum verò ab eo poni ad ſinum Singiticum, Sanen in Pallenaea Cherſoneſo, & ideo non posſe concipi, ut fosſa illa duodecim tantùm fuerit ſtadiorum, quod ait idem Herodotus; falſum dicit omnino, & ipſe ſibi nectit laqueum. Haec verba usſerunt Senem adeo, ut ſimias & aſinos exclamaret, ſeque iis ſimilem faceret. Nonne enim ex alterutro genere is eſt, qui ſcribere ſuſtinet [An non ſatis clarè Herodotus loquitur, cum lib. VI. & iterum lib. VII. refert Artachaeum à Xerxe praemisſum fuisſe Acanthum, ut inde fosſa ad Sanen perduceretur] Eſt enim in his & ſimiae argutia & aſini ſtupor. Nuspiam ab Herodoto dicitur Artachaeus praemisſus Acanthum. Sed in lib. VII. cap. 21. eſt Artachaea, narrans praeparatas ad Eleuntem per triennium copias dicit qui & quomodo foderint. Βέβαμε δὲ ὁ Μεγαβάζε καὶ Ἀρταχαίης ὁ Ἀρτάπε ἐπιστατέων τῇ ὀρυχῇ. Eodemque lib. VII. cap. 117. Ἐν Ἀκάνθῳ δὲ ἐόντος Ξέρξεω ξυνήνεικε ὑπὸ νόσου ἀποθανεῖν τὸν ἐπιστεῶτα τῆς διώρυχος Ἀρταχαίην &c. An non rugit igitur inſtar aſini, an non excordem ſuam perverſitatem aequè denudat ac ſimia nates, qui ab Herodoto ſcribit narrari ad urbem Acanthum praemisſum iſtum, ut inde fosſa duceretur? Herodotus dicit tantùm tunc mortuum illum fuisſe, quum Xerxes esſet Acanthi. Si etiam illic mortuus eſt, quod fieri potuit, non id contigit, quia illuc praemisſus, & inde incipiens fosſam, poterat ibi morari ac praeesſe praesens operi; ſed quòd Regi illuc ingresſo debuit officium facere, & progresſum operis injuncti curamque ſuam probare. Nam ab Acantho urbe non incepisſe fosſam inde quoque apparet, quod Xerxes jam manens in ea urbe non narretur vidisſe fosſam & ſucceſsum operis: quod procul dubio & esſet factum & narraretur esſe factum, ſed τὸ ὄρυγμα ἀκάων, nempe ex relatione Artachaei, qui ad eam rem illuc venerat & in morbum letalem incidit. Libro autem VI. aliquid de Artachaeo narrari non memini: de Acantho & alia clasſe quod narratur, nihil ad Artachaeum. Vide autem quid agat Vosſius. In *Obſervationibus* ad Melam ex Herodoto dicit [Acanthum verò urbem ponit ad ſinum Singiticum] in *Appendice* autem [Thysſum oppidum eidem litori & eidem quo Sane Singitico appoſitum ſinui.] Ita ſcilicet tum Acanthus, unde fosſa Vosſiana incepit,

tenent parvae Pelasgorum coloniae. [81] In summo fuit oppidum Acroathon, in quo (ut ferunt) dimidio longior, quàm in aliis terris, aetas habitantium erat. Pallene, soli tam patentis, [82] ut quinque urbium sedes sit atque ager, tota 140

in

cepit, tum Sane, ubi fossa Herodotea finitur, in eodem sunt sinu. Equidem qui sic ludit se ipse, eum in absurdissimo cachinno finire notam hujus appendicis quis miretur? Ergo revertar, unde coepi, itero Vossium sibi nectere laqueum. Non dicit Herodotus fossam illam ab Acantho urbe incepisse (eam non tetigit) sed clarè cap. 22. Παλλήν δὲ τοῦτο (ipse nempe isthmus) καὶ κολωνοὶ ἐπὶ μεγάλοι, ἐκ θαλάσσης τῆς Ἀκανθίων ἐπὶ θάλασσαν τὴν ἀντίον Τορώνης. *Est autem ille campus & tumuli non magni ab mari Acanthiorum ad mare quod est è regione Toronae.* Aliud est ab ipsa urbe Acantho incipere, aliud ab mari, quod illi urbi nomen debet, cujus pars ab illa multum potest abesse, ut haec certè Acanthiorum maris pars Isthmum abluens, non parum ab ipsa urbe abest. Fateor quidem Herodotum non dicere fossam factam ad Sanen ab Thysso, & eas duas urbes in Isthmo sitas affirmare, sed Thyssum ponere in ipso Atho, ut reliquas quatuor urbes, sed potuit ea fuisse quidem intra fossam, proximè tamen illam. Commodius ad difficultatem hujus sententiae allegaretur Auctor περιηγήσεως ad Nicomedem, qui scribit, Τὸν Ἄθω δὲ παραπλεύσαντι παράλιος πόλις Ἀκανθὸς ἐστὶν Ἀνδρίων ἀποικία. παρ' ἣν διώρυξ δικτυτὰς τέλματος ἐπτὰ σταδίους. Hic minuit numerum stadiorum, & planè loquitur quasi ab Acantho incipere fossam statueret. Non erat ita obesus Vossius, ut non hanc citationem meam in lucrum verteret; unde pro jure suorum furtorum arripit hunc locum, dicitque ex eo Acanthum & Sanen non nisi septem stadiorum intervallo à se invicem abesse. Credant hoc, qui non vident, quam laxè voces illae παρ' ἣν possint notare. GRONOV.

80. *Freto*] Quoniam ibi mare immissum ferveat, ideo *fretum* vocari notat Harduinus *ad Plinium* lib. IV. cap. 10 pag. 436. Quasi verò! Origo freti & etymologia sanè id vult. Sed fretum amittit eam considerationem eo casu, ubi non naturale fretum, sed verè fossa est, & tantùm instar freti; ubi nomen freti retinetur, quia est illic aqua marina, de qua solet dici fretum, non fossa. IDEM.

81. *In summo fuit oppidum Acroathon*] Ptolemaeus *Athos acrum*, Strabo in *Selectis*, *Acreſthoae*, Stephanus *Acrothynoe*. Thucydides, & Plinius *Acrothos*, Herodotus *Acrothoös*. PINTIAN.

Acroathon] *Acrothon* Solinus appellat cap. 16. qui gemina cum his narrat, ut & de monte Atho. Vide Lucianum in *Macrobiis*, & Plin. lib. IV. cap. 10. Post paullo concinnius fort. *Eratiis*, quam *Eratiis* legatur. SCHOTT.

82. *Ut quinque urbium sedes sit*] *Quatuor*, non *quinque* Strabo in *Selectis* Eae sunt, *Aphytis*, *Mende*, *Scione*, *Sane*. Herodotus in *Polymnia* octo, *Potidaea*, *Aphytis*, *Neapolis*, *Aegae*, *Therambos*, *Scione*, *Mendo*, *Sane*. Sed teneamus morem nostrum subveniendi, quotiens occurrit, Plinio malè in hac parte ab Hermolao habito,

in altum abit, [83] angusta satis unde incipit. 145 Ibi est Potidaea: [84] at ubi laxiùs patet, [85] Mende Scioneque referendae; illa ab Eretriis, haec ab Achivis capto Ilio remeantibus posita.

bito. Is lib. IV. cap. 10. *Oppida*, inquit, *Nisfos*, *Phileno*, *Mende*. in promptu est, quid Hermolaus dicat. Nos sic castigandum censemus: *Oppida Sane*, *Aphytis*, *Scione*, *Mende*. ex citatis Auctoribus. PINTIAN.

83. *Angusta satis unde incipit.*] Legendum existimo, *angustus Isthmus unde incipit*. Nam de Isthmo Pallenes & Ptolemaeus, & Pausanias in *Atticis*, & Georgius Gemistus *Hellenicôn* primo, Plinius quoque lib. IV. cap. 10. & *in Pallenes Isthmo quondam Potidaea*, *nunc Cassandria*. etsi Hermolaus aliter legat. Quem prioris veraeque lectionis potuerunt admonere verba illa, quae paulò antè praecedunt, *Oppida Pallene Phlegra*. In quibus (quod est notandum) videtur Plinius imitatus Pomponii morem, copulandi duo nomina propria, de quo dixi. Nam *Pallene* & *Phlegra* idem sunt, Stephano, & Straboni in *Selectis*. IDEM.

84. *At ubi laxius patet*] Scribo *latius*, non *laxius*. Nam *latè patere* frequens est apud omnes locutio, non *laxè*. IDEM.

85. *Mendetione quae referendae*] Scribendum, *Mendae, Scioneque referendae*. *Menden* Erethii condidere, *Scionen* Achivi: auctor Stephanus, & hîc Pomponius. BARBARUS.

CAP. III.

MACEDONIA, GRAECIA, PELOPONNESUS, EPIRUS, ET ILLYRICUM.

TUM Macedonum populi quot urbes habitant,

1. *Cùm Macedonum populi quot urbes habitant*] Aldus: *Tum Macedonum populi quod urbes habitant*. minus vitiosè. Lego, *Tum Macedonum populi cl. urbes habitant* ex Plinio & Marciano. Causa depravationis fuit supina, librariorum semper, nonnunquam etiam correctorum ignorantia, coelum terris miscentium, & mare coelo. Primùm enim, ut conjicio, duo elementa *cl.* librarii in unum *d* confuderunt. Deinde correctores nescientes, quid *d* solum significaret, numerus enim immodicus videbatur, adjecta *q* fecerunt *qd*. Postremò alii malum, quod Thucydides ait, malo curantes, *quot* scripserunt cum nota interrogationis, ubi nulla est interrogatio. PINTIAN.

Tum Macedonum populi, quot urbes

tant, quarum [2] Pelle est [3] maximè illustris. Alumni efficiunt, Philippus Graeciae domitor, Alexander etiam Asiae. [4] In litore flexus Mecybernaeus, [5] inter promontoria Derrim & [6] Canastraeum [7] & portum qui [10] Κωφὸς

urbes habitant] Sunt qui hunc locum sic accipiant: Post antedictas gentes sequi populos Macedonum, & esse tot numero, quot sint urbes, quas habitent: Quàm rectè autem sic intelligatur, arbitrio Lectorum esto. Idem.

Tot Macedonum populi quot] Sic malim, quàm, *Tum Macedonum*, quomodo antea legebatur. Locus, ad quem multi statim cap. initio impegerunt; & nescio quibus interpunctionibus quae somnia commenti sunt. Schott.

Tum Macedonum populi centum quinquaginta urbes habitant] Libris antiquis & veritati litare malui, quàm profanum quid ab Vossio aut Pintiano in hoc sacrum inferre. Nunquam in Macedonia numerabuntur centum quinquaginta urbes, (ut videtur ex Pintiani emendatione citanda intelligere Vossius, vel centum quinquaginta populi, ad quos ille numerus etiam referri potest) nunquam fuerunt, nunquam dixit Mela, nullus codex hujus indicii notam vel minimam habet. Sed neque in ulla alia regione urbes vel populos tam exacto numero terminavit. Et quaeso, an non fuerunt vel plures vel pauciores? Immò edidimus, prout flagitabant vetera exemplaria. Macedones per Alexandri expeditionem ubique incolebant & sub eis Graeci. Itaque nunc ait se venire ad Macedonum populos, qui vivunt in urbibus illis, quarum maximè illustris est *Pella*; quum alii Macedonum populi respiciant alios dominos, aliasque observent regias. Gronov.

2. *Pella*] Nomen retinet. Oliv.

3. *Maximè illustrem*] Antea enim vicus erat, ut Demosth. *Philippicis* ait. Juvenalis Sat. x.

Unus Pellaeo juveni non sufficit orbis.

Schott.

4. *In litore flexus Mecybernaeus*] Strabo in *Selectis*, *Mecybernam* quam ipse Olynthiorum navale facit, *Mecypernam* nominat per *p* in penultima. Castigandus obiter Thucydidis Graecus codex, in quo divisim scriptum est *me Cybernaeus*, quod mendum Laurentium summum alioqui virum in errorem egit, *non Cybernaeos* transferentem pro *Mecybernaeos*. Pintian.

5. *Inter promontoria dividit Canastreum*] Castigo, *inter promontoria Derrin & Canastraeum*; ex Ptolemaeo, Stephano, & Strabone in *Selectis*. Sciendum autem sinum quem Ptolemaeus, Stephanus, & alii *Toronaeum*, sive *Toronaicum* appellant ab urbe Torone, nominari à Mela *Mecybernaeum* à *Meciberna* oppido ejusdem sinus, de quo paulo antè. Porro sinum *Toronaeum* duobus promontoriis *Derri* & *Canastraeo*, includi, praeter Ptolemaeum, & Strabonem in *Selectis*, Stephanus etiam testatur in dictione *Torone*. Idem.

6. *Canastreum*] Nunc *Canistro*. Olivar.

7. *Et portum qui Copos dicitur*] Scribendum *Cophos* ex Strabone in *Selectis*, prodente *Derrin* promontorium esse propè portum *Cophon* nomine, & oppositum esse *Canastraeo* alteri promontorio, inter

[8] Κωφὸς dicitur, urbes [9] Toronen & Phyſcellam; atque unde ipſi nomen eſt, Mecybernam incingit. [10] Canaſtraeo promontorio [11] Sena proxima [10] eſt. [12] Mecybernaeus autem in medio quâ terra dat gremium, modicè in litora ingreditur. Ceterùm longis in altum immiſſis lateribus, [13] ingens inde Thermaïcus ſinus eſt. In eum Axius

ter quae duo promontoria claudatur *ſinus Toroneaeus*, ut dictum eſt. Rurſus à Derri inchoari *Singiticum ſinum*, & finiri promontorio montis *Atho*, vergente in orientem. Eſt & *Cophos* portus Atticae Xenophonti ſecundo *Hellenicôn*, & infra. PINTIAN.

8. *Copos dicitur*] vv. cc. κωφὸς, ſed nihil immuto. SCHOTT.

9. *Toronem & Miſcellam*] Diximus in Plinio, *Phyſcellam* ſcribendum videri poſſe, Ptolemaeum & alios ſequuti. BARBARUS.

10. *Canaſtro promontorio Sena proxima eſt*] Scribendum non *Sena*, ſed *Scione*: Plinius, *poſt Scionem*, inquit, *promontorium Canaſtreum*. IDEM.

Canaſtraeo promontorio Scione proxima eſt] Licet idem ſit ſenſus, mallem tamen hîc legeres *Canaſtraeum promontorium Scione proximum eſt*: ut à more ſuo & conſueto dicendi modo non discedat Mela. Cujus, ut dixi, peculiares ſunt hae admonitiones ad dirigendum Lectoris animum: ut in Cilicia, *Pyramus Iſſo propior*; & mox, *ſed Celendris Sarpedoni propior*. PINTIAN.

11. *Scione proxima*] Vidit H. Stephanus leg. *Sane*, nam ſup. extremo cap. *Scione* nominaverat: cui aſſentior: emendationem confirmante Strabone in *Collectaneis*, Herod. *Polymnia* & Plinio lib. IV. cap. 10 ut quidem Pintianus reſtituit. SCHOTT.

12. *Migibernaeuſa in medio quâ terra dat gremium*] Scribo, *Mecybernaeus autem*, id eſt, ſinus, *in medio*, & cetera. BARBARUS.

13. *Ingens inter maria ſinus eſt*] Emendo, *ingens hinc Thermaïcus ſinus eſt*: ex omnibus Geographis & Hiſtoricis, nihil enim inter omnes notius Thermaïco ſinu. Confirmat hanc caſtigationem quod ſtatim ſequitur, *Axium & Peneum fluvios in Thermaïcum ſinum emittere*, quod Ptolemaeus etiam tradit. Item ſtatim redditur urbs *Aloros*, quam eſſe in intimo receſſu ſinus Thermaïci auctor eſt Stephanus. In quo tamen Librarius imperitus pro *Thermaeus ſinus*, *Hermeus* ſcripſit. Ceterum non fuerit mihi fraudi paucis notaſſe ex Strabone in *Selectis* ſex continuos ſinus haberi in hac ora, à Meridie in Septentrionem, quo dicentur ordine: *Maliacum*, *Pagaſiticum*, *Thermaïcum* ſive *Thermaeum*, *Toronaeum* vel *Toronaicum*, alio etiam nomine *Mecybernaeum*, *Singiticum*, & poſtremum *Strymonicum*. Qui omnes promontoriis dividuntur hoc pacto, *Poſidium* promontorium Maliacum dividit à Pagaſitico; *Sepias* Pagaſiticum à Thermaïco; *Canaſtraeum* Thermaïcum à Toronaeo ſive Mecybernaeo; *Derris* Toronaeum à Singitico; *Nymphaeon* Singiticum à Strymonico; Sinum autem quem Pomponius *Thermaïcum* vocat, Strabo, Stephanus, Herodotus, *Thermaeum* dicunt; Ptolemaeus & Plinius *Thermaïcum* cum Pomponio. Eadem diverſitas in *Toro-*

naeo

[14] Axius per Macedonas, [15] & jam per Thessalos Peneus excurrit. [16] Ante Axium Thessalonice est: inter utrumque [17] Cassandria, [18] Cydna, Aloros, [19] Icaris. a Pe-

naeo, ab aliis *Toronaïco* dicto, ab aliis *Toronaeo*. PINTIAN.

14. *Axius per Macedonas, etiam per Thessalos penitus excurrit.*] Scribo non *penitus*, sed *Peneus*, ex Strabone, Ptolemaeo, ceteris. BARBARUS.

15. *Etiam per Thessalos Peneus excurrit.*] Legendum cum disjunctione, *& jam per Thessalos Peneus excurrit*. Vidit hoc Hermolaus. Nos addimus Peneum fluvium dividere Macedoniam à Thessalia Straboni; at Caesari in *Commentariis*, *Haliacmonem* amnem. PINTIAN.

16. *Ante Axium Thessalonice est, inter utrumque Cassandria*] Superius facta est mentio *Cassandriae* in fine Thraciae, ubi Potidaeam retulit. Eadem enim est *Potidaea* cum *Cassandria*. Nec est altera Cassandria. De ea verò nullo modo potest hîc intelligi. Tum quòd supervacua esset repetitio, tum quòd Cassandria in cervice est Pallenes, haec verò urbs, de qua hîc agitur, longè illinc remota est, inter fluvios Axium & Peneum. Quamobrem legendum hîc videtur, non *Cassandria*, sed *Chalastra*, quae urbs est Macedoniae, parva quidem, sed celebris in sinu Thermaïco, cujus Stephanus, & eo referente Strabo, itemque Herodotus, Plinius, Lycophron, multique alii meminere, quos, ne sim onerosus, praetereo. Patet autem evidenter legendum hîc *Chalastra*: nam Strabo in *Selectis* tradit Axium fluvium inter Chalastram & Thermen in sinum Thermaïcum emittere. Porrò *Therme* eadem est cum *Thessalonica* à Cassandro Rege condita & sic dicta à nomine uxoris *Thessalonicae*; licet Stephanus aliam Etymologiae rationem sequatur. Haec autem ante Axium fluvium sita est, teste Ptolemaeo, & hoc loco Pomponio: sequitur igitur Chalastram post Axium esse, finitimam Thessalonicae, Axio fluvio ab ea disterminatam. Accedit ad haec, quod Strabo in *Selectis* tradit, Cassandrum Regem oppidula quaedam vicina, transtulisse Thessalonicam ad habitandum, hoc est, Chalestram, Aeneam, Cisson. Ceterùm Strabo *Thessaloniceam* nominat referente Stephano, scribitque *Haliam* prius dictam. *Chalastram* autem cum *a* in penultima Stephanus, & Plinius, Strabo in *Selectis* & Herodotus in *Polymnia* cum *e*, *Chalestram*. IDEM.

Thessalonice] Nunc *Salonica*, patria Theodori Gazae. OLIVAR.

17. *Cassandria*] Nomen retinet. IDEM.

18. *Cinda*, *Aloros*] Lego *Cydna*, ex Theagene, qui & *Pydnam* vocari eam tradit, auctore Stephano, atque ita ferè dicitur Plinio, ceterisque, ut in *Historia naturali* voluminis secundi calce monuimus. Posset quis hoc loco & *Cinna* legere. Stephanus, *Cinna*, inquit, *Heracleae Macedonum propinqua est, ab Amazone vocata, sive à Cinno Coei fratre*. Sed prior lectio commodior. BARBARUS.

Cydna, *Azoros*] Scribo. *Pydna*, *Aloros*, ex Ptolemaeo, & Strabone in *Selectis*. *Nam Azoros Pelagonon* diversa res est. Hîc urbes maritimae sinus Thermaïci referuntur, in cujus intimo recessu, ut dixi, est *Aloros*. PINTIAN.

19. *Icaris apeno isepida*] Scribendum arbitror, *Derris à Peneo*, *Sepias*. De ipsa *Derri* Plinius,

Pto-

[20] a Peneo ad Sepiada, [21] Gyrtona, [22] Meliboe-

Ptolemaeus, Stephanus, propè *Cydnam*, sive quod idem est, *Pydnam*. De *Sepiade* post *Peneum* amnem sita, iidem auctores. BARBARUS.

Derris] Antiqua lectio *Icaris* praeferebat. Hermolaus pro *Icaris Derris* suppositit ex Ptolemaeo, Plinio, Stephano, à quibus ait *Derrin* locari propè *Pydnam*, quod salva manium Hermolai pace, falsum est: desideroque ea in re Hermolai ingenuitatem, & in prodendo fidem. Nam *Derris* promontorium est Ptolemaeo & Stephano procul à Pydna, finis ut dixi sinus Toronaïci, Boream versus, & principium Singitici. *Derrin* autem urbem Macedoniae nusquam puto ostendet mihi Hermolaus. *Derram* solùm in Plinio legimus, ubi de Macedonia disserit, in quo, ut constat, paria ferè sunt errata cum verbis. Quomodo autem legendum in eo sit, quia non poterat paucis ostendi, distuli in aliud opus, in quo dicata opera res mihi erit cum Plinio. Ceterum ego pro *Icaris*, *Ichnae* substituo, nobilem urbem in ora sinus Thermaïci, propè *Chalastram*, *Pydnam*, *Aloron*: quas hîc recensuit Mela. Colligitur id ex Stephano, Herodoto, Plinio apertè. PINTIAN.

Ichnae] Magis probo, quàm quod Herm. Barbarus suppositit *Derris*: cùm è vestigiis antiquae lectionis *Icario*, tum è Plinio ibidem. SCHOTT.

20. *A Peneo Sepias, Cordyna, Meliboea*] Legendum existimo, *A Peneo Sepias, Dorion, Trachin, Meliboea*: ex Cosmographis, & Historicis omnibus. Lucanus quoque noster in sexto:

Quae tetigit Phylace, Pteleonque, & Dorion ira.
Flebile Pieridum, Trachin precioque nefandae
Lampados Herculeis fortis Meliboea sagittis.

Malè enim pro *Corinthia* ut priùs legebatur, substituerunt *Cordyna*, qui hunc librum suis sacris initiaverunt. Sed quia ad hunc locum ventum est, & Hermolaus in Plinii *Castigationibus* Lucanum nostrum incessit, quòd in versibus paulo antè dictis allucinatus sit, & pro *Dotion*, quae est Thessaliae urbs, *Dorion* posuerit, examinemus quàm diligentissimè fieri possit, quanto id Hermolaus jure fecerit. Ego certè nullo puto. Nam cui obsecro vel mediocri judicio praedito persuaderi possit, Lucanum tantum virum, Romae scribentem, hoc est, in urbe mundi domina, eruditissimis illis temporibus, in poëmate eximio, quod universo orbi legendum proponebat, bellum litteris mandans maximum omnium, quae unquam fuerunt, ita inconsideratum, & consilio praecipitem deviumque exstitisse, ut similitudine nominis in pudendum errorem raptus, pro *Dotion* Thessaliae *Dorion* Achaiae acceperit: praesertim loca exsequens Thessaliae, in qua bellum quod prodebat, gestum fuit, & unde nomen operi suo adscivit. Quam ob rem ego ita censeo: quum in Graecia multa sint loca non duplicia solùm, sed triplicia, & plura, eodem nomine dicta, ut, *Thebae*. *Argos*, *Orchomenos*, *Pteleon*, & hujusmodi; ita duplex etiam *Dorion* fuisse, alterum Peloponnesi, alterum Thessaliae, praesertim cùm scripta Plinii & Romana exemplaria *Dorion*, non *Dotion* propalam habeant, & ita ostendat codex vetus Bibliothecae Academiae Salmanticensis, & codices

liboea, Castanaea; pares ad famam, nisi quòd

dices etiam suos sic habere Hermolaus ipse fateatur. At nulla mentio *Dorii* Thessaliae apud Geographos. Quid mirum? Multa enim à Geographis praetermissa, apud Poëtas, Oratores, & Historicos legimus; neque enim illi in opere tam vario ac diffuso omnia complecti potuere. Nam & ipse Hermolaus ad confirmandum *Teniam* oppidum esse Arcadiae, nullius Geographi testimonium inveniens, una tantum Ciceronis auctoritate contentus fuit, & ea ab angulo petita non satis illustri, etsi in omnibus Ciceronis exemplaribus, non *Tenia*, ut Hermolaus legit, sed *Tene* habetur. Cur igitur & nos non tanti esse clarissimum vatem putemus, cui vel soli *Dorion* etiam esse in Thessalia credamus. *Dorion* ubi Lucanus ait excoecatum Thamyrin, non fuit *Thessaliae*, cujus loca nunc refert Lucanus, sed *Peloponnesi*. Meminisse debuit Hermolaus, homo inter Poëtas tamdiu versatus, usitatissimum esse Poëtis morem, ut cùm nominum similitudo invitet, confundant saepe fabulas: ut Virgilius:

Quid loquar aut Scyllam Nisi, &c.

& Propertius:

Quid mirum in patrios Scyllam saevisse capillos,
Candidaque in saevos inguina versa canes.

& ipse etiam Lucanus paulò infra hunc locum, de quo dimicamus, pro *Thebis Phthioticis Thebas Boeotias* posuit: *Veteres*, inquit, *ubi fabula Thebas Monstrat Echionias*. quod ejus Interpretes non latuit. nec finis exemplorum. Sed ut redeamus ad Melam. Desiderari in eo puto verbum, *promontorio*, ut legendum sit: *A Sepiadâ promontorio*, ut non ita pòst: *A promontorio Sepiade per Demetriam & Boion*, &c. PINTIAN.

A Peneo Sepias &c.] Scrib. *A Peneo ad Sepiada Erymne Meliboeat* & sup. *Pydna, Aforos, Heraclea:* & mox, *Hic est Olympus.* Reliqua lituram patiantur. SCHOTT.

21. *Gortyna*] Edi debuit *Gyrtone*; quomodo licet non habeant libri veteres, etiam Vossius non sic in emendatione reponat, tamen & in fine ejusdem notae apparet eum sic utique cogitavisse; & vocabatur haec urbs Γόρτων vel Γυρτών. Sed eodem modo Γορτύνιος & Γυρτώνιος confusum fuit in Polybio lib. XVII. cap. 12. Hoc ut pro vero habeam, multum facit frigida rixa, qua Vossius Librarium non sine convitii stigmate aggreditur. Sed valeat uterque, nos simpliciter agimus. GRONOV.

22. *Meliboea*] A Plinio inter Magnesiae (quae Thessaliae est annexa) urbes collocatur. Pintianus hîc operosè Lucanum gentis suae Poëtam adversus Herm. Barbarum purgat: sed culpa ἀκουσίας condonetur Poëtae in opere imperfecto: qui hujusmodi emendaturus erat, si per Neronem mortem festinantem integrum fuisset. Bis igitur erravit: cùm quòd in Thessaliae urbibus *Dorion* (quae Peloponnesi est) collocarit, deceptus, ut fit, affinitate nominis *Dotion*. Qui error, ut fieri amat, alium traxit: ut ibi Thamyrim victum occoecasse, lyraque multasse Musas finxerit; quod in Peloponneso accidisse auctor Homerus *Iliad. β.*

Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ἕλος, καὶ Δώριον, ἔνθά τε Μοῦσαι
Ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς,

L Vide-

quòd [23] Philoctetes alumnus Meliboeam illuminat. Terrae interiores claris locorum nominibus insignes, penè nihil ignobile ferunt. [24] Hinc non longè est Olympus, Pelion, Ossa, montes Gigantum fabula belloque memorati: hîc Musarum parens domusque Pieria: hîc novissimè [25] calcatum Grajo Herculi solum, saltus Oetaeus: hîc sacro nemore nobilia [26] Tempe: hîc [27] Libethra, [28] carminum fontes. Objacet tum jam vastè & multùm [29] prominens Graecia, & [30] dum [31] Myrtoum pelagus attingat, à septentrione in meridiem vecta, quâ sol oritur, Aegaeis; quâ occidit, Ioniis fluctibus objacet. [32] Ac proximo

Vide Suidam & Eustathium. SCHOTT.

23. *Philoctetes alumnus*] Pindarus Ἠοβοίαν ἀ, Philoctetae Troiae captae gloriam tribuit: de quo Lycophron *Cassandra*, & Tzetzes Scholiastes. IDEM.

24. *Hinc non longè est Olympus*] Castigo, *Hîc nobilis Olympus*. Nam dixit statim antè: *penè nihil ignobile ferunt*: & succedit paulò pòst: *Hîc sacro nemore nobilia Tempe*. PINTIAN.

25. *Calcatum grato Herculi solum*] Scribe, *Graio*, non *Grato*: multi enim Hercules fuere: Cicero, Diodorus, Plinius. BARBARUS.

26. *Tempe*] Nemora sunt. OLIVAR.

27. *Liberta carminumque fontes.*] Legendum *Libethra*: unde *Libethrides Camoenae*. BARBARUS.

28. *Carminumque fontes objacent*] Legendum, *Objacet*, ut sit principium sequentium: vel, quod magis placet, *Adjacet*. PINTIAN.

29. *Prominens Graecia.*] Duobus in locis: in Sunio promontorio, nunc dicto *Strues*, sive *Cabo de la Columba*: & in Peloponneso, nunc *La Morea*. OLIVAR.

30. *Et dum Myrthoum pelagus attingat*,] Scribendum *Myrtoum* sine adspiratione, ex Strabone & Ptolemaeo, & ceteris. PINTIAN.

31. *Myrtoum pelagus*] *Myrtilum* etiam Aethico dicitur, à Myrtilo. SCHOTT.

32. *Ac proximè spatiosa est Hellas nomine*] Scribo, *ac proximè spatiosa & Hellas nomine*. PINTIAN.

Ac proximè spatiosa est Hellas nomine,] Mutavi distinctionem, quum haec, si sic legantur, non possint conjungi praecedentibus, & alibi Mela ab simili copulativa periodum inchoat. Si tamen benè attendas, sunt hae arenae sine calce. Nam quòd Vossius τὸ *est* ejicit prorsus ex sua editione, idque sub generali praetextu auctoritatis meliorum librorum, unde minuta multa correxerit, nescio an sic abire hoc debeat, quum vel *ἐστὶ*, vel *&* hîc nos viderimus in scriptis. Etiam in uno legi *ac proximos spatiosa & Hellas*, nec aliter Mediolanensis. Hinc vide, quàm nitida exsurgat descriptio: *Graecia — Ioniis fluctibus objacet; ac proximo*

proximo ſpatioſa & [33] Hellas nomine, grandi fronte procedit: [34] mox [35] mari utroque, & Ionio magis, latera ejus intrante, donec [36] quatuor milia paſſuum pateat, media fermè propè inciditur. Deindè rurſum terris huc ſe & illuc, verùm in Ionium mare magis expandentibus, progreſſisque in altum, non tam lata quàm coeperat, ingens tamen iterum [37] & quaſi penè inſula extenditur, vocaturque Peloponneſos; ob ſinus

proximo ſpatioſa, & Hellas nomine, grandi fronte procedit. Certè & Pintianus hîc offendens ſcribebat, *ac proximè ſpacioſa & Hellas nomine. Ab proximo*, hoc eſt, ab ea parte, quam habet proximam regionibus enarratis, ut lib. III. cap. 8. *Ab ea parte, quae introëuntibus dextra eſt, urbes ſunt: in altera ab intimo angulo* &c. Nonne poterat dicere *ab dextro introëuntibus*? Sic paſſim *ab Oriente*, & ſimilia, quae notant reſpectu illius partis. Sed id diſplicet etiam Voſſio. Infamem enim ponit interrogationem. [Quis ferat Scriptorem ita loquentem, à proximo loco incipere Hellada?] Quae niſi haec veriſimi ardelionis eſt? Ubi enim hîc mentio verbi *incipere*, immo vel cogitatio? Ab Mela junguntur *ab proximo ſpatioſa:* an haec non ſunt & Latina & facillima intellectu? an non debuit partes Helladis, quum ſint diverſae, ac diſcrepantes ſitu, plures conſiderare, & aut maximè vicinas, aut remotiores, aut remotiſſimas conſiderare? Pergit ἀπὸ τῶν πλησίον [non ſtatim, ſed paulatim in majorem majoremque ſeſe Hellas explicat latitudinem.] Quid tum? an propterea non eſt ab proximo ſpatioſa, aut non poteſt eſſe? Immo & eſt nunc ſpatioſa, & deìn ſpatioſior, utque rectè dicit Mela, grandi fronte procedit. Sed nugator ille neſcivit, qui frontem nunc conſideret Mela, nempe partem verſus Meridiem. Hinc ſcribit, *Ubi verò Aegaeis & Ioniis fluctibus grandi fronte objacet.* An unquam monſtrum majus auditum eſt? Frons objacet Aegaeis & Ioniis fluctibus? Quaeſo igitur, quod tergum? Si verſus Aegaeos eſt frons, averſam partem alluunt Ionii neceſſario. Sed licet illi eſſe monſtroſo & ignaro Auctoris, quem edidit, & ἐμμανῶν λύτλαν nutrire. Nam clarè latera conſtituunt eas partes, quae objacent utrisque illis fluctibus. Ideo latera ejus intrare dicitur mox utrumque mare. GRONOV.

33. *Hellas nomine, grandi fronte*] De Graecia, grandi fronte, id eſt, Sunio promontorio. OLIVAR.

34. *Mox mari utroque*] In Peloponneſo: nam ad ſinum Megaricum eſt Aegaeum, & à ſinu Corinthiaco incipit Ionium. IDEM.

35. *Mari utroque & Ionio magis,*] Libentius legerim, *ſed Ionio magis.* PINTIAN.

36. *Quatuor m. p. pateat*] Et hîc & infrà non *quatuor*, ſed *quinque m. p.* Auctores alii angustias eas in Peloponneſo faciunt. BARBARUS.

37. *Et quaſi peninſula*] De Peloponneſo loquitur. OLIVAR.

nus & promontoria, [38] quîs ut fibris litora ejus inciſa ſunt, [39] ſimulque tenui tramite [40] in latus effunditur, platani folio ſimillima. [41] A Macedonia prima eſt Theſſalia, deinde Magneſia, Phthiotis, [42] Doris, Locris, Phocis, Boeotis, Atthis, Megaris; ſed omnium Atthis clariſſima: in Peloponneſo Argolis, Laconice, Meſſenia, Achaia, Elis, Arcadia: ultrà Aetolia, Acarnania, Epiros, usque in Adriam. De locis atque urbibus, quae mare non alluit, haec maximè memoranda ſunt: in Theſſalia Lariſſa, [43] aliquando Iolcos:

38. *Quîs ut fibris, litora ejus inciſa ſunt*] Lego *fimbriis*, non *fibris*; ſequitur enim *platani folio ſimillis*: & pleraque arborum & herbarum folia fimbriata ſunt. Plinius lib. XXI. cap. 15. de urtica: *Caule quoque mordaci, fimbriatis foliis.* PINTIAN.

39. *Simul quod tenui tramite*] Aeſtimandum an in hoc loco potior lectio ſit *termite* quàm *tramite*, quia aſſimilat Peloponneſon folio platani: ut perſtet in imagine. Nec immemor ſum ſequi infrà, *anguſto tramite Helladi Peloponneſum annecti*, ſed ratione dicta, magis hîc placet *termite*. IDEM.

40. *In latus effunditur*] Scribo, *in latum effunditur*. IDEM.

41. *In Macedonia prima eſt Theſſalia*] Legendum, *A Macedonia*, hoc eſt, poſt Macedoniam: neque enim regreditur in Macedoniam, ſed ea finita, tranſit ad referendas Graeciae provincias, quarum prima eſt *Theſſalia*. Nam etſi Ptolemaeus Macedoniae Theſſaliam contribuere videatur, ſimul de utraque diſſerens, quod aliàs facere ſolet, minores regiones majoribus inſerens (ne cogatur parvis etiam terminos aſſignare, quod faciſſet tum ei tum etiam Lectori onerosum, & non nimis neceſſarium) diverſa tamen eſt Theſſalia à Macedonia. Quin Strabo ſolos *Theſſalos* appellari *Graecos*, & *Hellenes* Apollodori teſtimonio ſcribit: & Arrianus Hiſtoricus lib. II. equitatum Theſſalicum à Macedonico ſeparat. Strabo quoque in *Selectis* Peneum fluvium diſterminare tradit Macedoniam à Theſſalia, Caeſar Haliacmonem, ut dixi. Quod nonne & ipſe Mela hoc manifeſtè monſtravit in ſuperioribus, cùm dixit: *in eum Axius per Macedonas, & jam per Theſſalos Peneus excurrit.* IDEM.

42. *In Graecia Doris, Locris*] Duae priores dictiones ſuperfluunt, adjectae ab his, qui perſuaſum habebant, Theſſaliam, Magneſiam, Phthiotida ad Macedoniam pertinere, non ad Graeciam, decepti auctoritate Ptolemaei malè intellecti. IDEM.

43. *Aliquando Iolcos*] Haec verba, ni fallor, Pomponii non ſunt. Nam paulò antè teſtatus eſt, dicturum ſe de locis atque urbibus, quae mare non abluit. Porro *Iolcon* urbem eſſe maritimam, nemo neſcit. Citare Auctores in re comperta quid attinet? Satis ſit pro omnibus Strabo: *Iolcos*, inquit, *jam*

Iolcos: [44] in Magnesia [45] Antronia: in Phthiotide Phthia: *in Doride* [46] *Pindus, & juxta situm Erineum*; in Locride [47] Cynos & Calliaros: in Phocide Delphi, & mons Parnasos, & Apollinis fanum atque oraculum: [48] in Boeotia [49] Thebae, & Cithaeron fabulis carminibusque celebratus: in Atthide Eleusin Cereri consecrata, & clariores; quàm ut indicari egeant, [50] Athenae: in Megaride, unde regioni nomen est, Megara: [51] ut in Argolide Argos, & Mycenae, & templum Junonis vetustate & religione percelebre: [52] in [53] Laconide Therapne, Lace-

jam dudum diruta jacet, quo ex loco Pelias Iasonem ac navem Argo foras emisit. & infrà paulò: *Supra Demetriadem autem urbem Iolcos stadia septem ad mare jacet.* Idem.

44. *In Magnesia Antronia*] Scribendum, *Antron*, non *Antronia*, ex Strabone, Stephano, Homero. Idem.

45. *Anthronia*] Scribendum, *Antronia*, sine *h*. Urbs autem haec & *Antron* vocatur. Zenodotus verò *Anchialum Antronem* appellavit. Utcunque, propter specus frequentes *Antronia* est dicta. Unde proverbium quoque natum, *Asinus Antronius*, auctore Stephano. Barbarus.

46. *Pindus & juxta situm Erineon*] Expende an legendum sit, *Pindus, Boeon, Cytinium, Erineos. Doris* enim *tetrapolis* erat, ut scribunt Strabo, & Thucydides: etsi Stephanus *tripolin* tradit, modò codex menda vacet, quod non puto. *Erineos* autem non *Erineon* proferunt Stephanus, & Ptolemaeus: qui etiam *Cyteinium* vocat, ceteri *Cytinium*. Idem in Doridis tetrapoli pro *Pindo Lilaeam* substituit. In Plinio quoque libentius legerim *Erineos*, quàm *Erineon*. Pintian.

47. *Cinos & Calioros*] Scribendum, *Cynos & Colliaros*, ex Homero, Strabone, Plinio. Barbar.

48. *In Boeotia Thebae*] De Aegyptiis ἑκατομπύλοις, lib. I. cap. 9. Hae Cadmeae & ἑπτάπυλαι, quas Lycophron *Ogygias* vocat, & Virgil. in *Aetna*, sive is Corn. Severus est, Varro lib. III. *de Re Rust. Est vetustissimum oppidum Boeotiae Thebae, quod Rex, Ogyges aedificavit, peractis jam duobus milibus annorum & centum.* Schott.

49. *Thebae*] Celebres apud Thucydidem. Olivar.

50. *Athenae*] Nunc vicus. Idem.

51. *At in Argolide*] Visus est Mela confundere haec: nam cùm agit de Argolide, jam loquitur de Peloponneso. Idem.

52. *In Laconide Therapne*] Stephanus prima afflata & postrema cum *mn*, & numero plurali *Theramnae*, aitque putare quosdam, eandem esse cum *Sparta*. Nihilominus locum etiam esse alium eodem nomine, in quo Castor & Pollux colantur, dictum à Graeco verbo θεραπεύειν, hoc est, *colere*. Stephano adstipulantur Plinius, & Strabo, nisi quòd postremam per *pn* Strabo pronunciat, *Therapnae*. Pintian.

Lacedaemon, Amyclae, mons Taygetus: in Messenia, [54] Mesfene & [55] Methone: [56] in Achaia atque Elide, quondam Pisae Oenomai, Elis etiam nunc, delubrumque Olympii Jovis, [57] certamine gymnico & singulari sanctitate, [58] ipso qui-

53. *Laconide*] In medio Peloponneso. OLIVAR.

54. *Messene*] *Misetia*. IDEM.

55. *Methone*] *Modona* nunc. IDEM.

56. *In Achaia atque Elide quondam Pisae Oenomai*] Legendum puto inversis dictionibus, *Pisae Oenomai quondam*. ut Melae cum Plinio conveniat. Cui ut suppetias ferremus, libenter incidimus in hanc mentionem. Is lib. IV. *Pisa*, inquit, *eorum quondam oppidum praefluente Alpheo amne*. Corrige: *Pisa Oenomai quondam oppidum*, &c. Unde apparet legendum hic *Pisa*, non *Pisae*. Nam *Pisae* urbs Italiae, multitudinis numero dicitur, Peloponnesi verò *Pisa* unitatis numero, ex Strabone, Stephano, Diodoro. Lucanus quoque noster:

Hinc Tyrrhena vado frangentes aequora Pisae.

Et Statius quarto *Thebaidos*:

——— *depressae populus subit incola Pisae.*

& septimo:

Oenomaum sua Pisa refert.

Accedit Demetrii Triclinii nobilis Grammatici auctoritas, qui in enarratione Pindari appellatam ait *Pisam* Peloponnesi à *Pisa* filia Endymionis. Sed & Pindarus ipse *Pisam* numero singulari nominat. De *Pisa* regia Oenomai Strabonis verba sunt in octavo: *Tractus autem ipse Pisae plurimum nominis consecutus est, in primis propter principes ipsos longè latèque potentes, Oenomaum scilicet, ejusque successorem Pelopem & illius filios complures. Salmoneus quoque hoc loco imperitasse traditur.* PINTIAN.

57. *Certamine gymnico & singulari sanctitate, ipso quidem tamen simulacro, quod Phidiae opus est, maximè nobile.*] Lego mutato loco illius particulae *quidem*: *Certamine quidem gymnico & singulari sanctitate, ipso tamen simulacro, quod Phidiae*, &c. IDEM.

58. *Ipso quidem simulacro*] Sic Vossius, quum priores ederent *ipso quidem tamen simulacro*, quod etiam in MS. fuit mihi obvium. Chisianus habebat *ipsoque tamen simulacro*. Certè justam causam non habuit Vossius, cur aut voculam hanc expelleret, aut nescio qua conjectura suffocaret, quae prorsus est Pomponiana: nam sic planè lib. II. cap. 5. *Massilia olim inter asperas posita, nunc ut pacatis, ita dissimillimis tamen vicina gentibus*. lib. I. cap. 9. *Labyrinthus magno & inde explicabili tamen errore perplexus*. Haec posueram tuendae veteris scripturae causâ, quum Vossius mihi impingit nihil me aliud agere, nisi ut ostendam *tamen* esse Latinum. Quasi in duobus illis locis ea vox non potuerit omnino abesse sine damno sententiae ullo, periode ut in hoc nostro loco, quum tamen ut in illis, ita in hoc voluisse videatur Mela additam. Sed praeterea quid vult? nempe [quaeritur utrum *quidem tamen* conjunctum sit Latinum.] Cur non à se ita rogat de illo *transjugare*? An ejus-

quidem tamen simulacro (quod Phidiae opus est) maximè nobile. Arcadiam Peloponnesiacae gentes undique incingunt. [59] In ea sunt urbes [60] Psophis, Tegea, [61] Orchomenos; [62] montes Pholoë, Cyllenius, Parthenius, Maenalus; flumina Erymanthus & Ladon: in Aetolia [63] Naupactos, in Acarnania Stratos, oppida: in Epiro Dodonaei Jovis templum; & fons ideo sacer, quòd cùm sit frigidus, & immersas faces, sicut ceteri, exstinguat, ubi sine igne procul admoventur, accendit. At cùm litora leguntur, [64] à promontorio

ejusdem hominis est, sic loqui & scribere ad cap. 5. [*Tunc post an alibi apud Melam occurrat, quaerant, qui nugas bonis volunt redimere horis.*] Agnoscis vulpinam varietatem, modò suas nugas sic verbis commendet. Nam & sic non definit ad cap. 5. nugari aliquid de junctis *etiam alioquin*. Quid si juncta occurrant, an tum Mela in salvo erit? Perinde etsi non occurrant juncta. Potuit enim Mela junxisse, quae ab aliis non jungerentur. Ut haec scripsit Vossius, quum jam esset ἐν τῇ νεκυίᾳ, discat etiam nunc igitur, quod tum nescivit. Appulejus in *Apologia: & quidem C. Lucilium, quamquam sit jambicus, tamen improbarim.* Cur placuit autem sic mentiri in sequentibus? dicit enim. [E libro, quem contulit, hanc profert lectionem, *ipsoque tamen simulacro.*] Nunquam dixi à me collatum esse codicem Chisianum: in Msto, quem contuli, quomodo mihi fuerit obvium, dixi. Itaque post nugas, post odium sui, post mendacia, quid immorabimur futilissimae transpositioni ejus? Gronov.

59. *In ea sunt urbes Psophis, Tenea*] Scribo *Tegea*, non *Tenea*, etsi aliter sentiat Hermolaus. Nam Mela, ut saepe dictum est, celeberrima quaeque refert; *Tegea* autem, nobile oppidum est Arcadiae, Geographis omnibus, Historicisque ac Poëtis, & in primis Homero: ut credibile non sit in relatione Arcadiae omissa esse à Mela, qui locorum veluti flores delibat. Pintian.

60. *Persophistenia*] Legendum, *Psophis & Tenia*. De *Psophide*, unde Aglaus ille Psophidius, Auctores omnes. De *Tenia* Cicero in *Epistolis ad Atticum*. Barbarus.

61. *Et Orchomenon*] Scribe *Orchomenos*, non *Orchomenon*, ex Strabone, Ptolemaeo, Pausania in *Boeoticis*, & Homeri Interprete. Idem error castigandus in Plinio. Pintian.

62. *Montes Pholoë, Cyllenius*] Lego *Cyllene*, non *Cyllenius*, ex Strabone, Stephano, Plinio, & Halicarnasseo Dionysio, adjecta etiam ratione unde sic dicatur, lib. 1. *Cyllenius* enim possessivum est, non proprium nomen. Idem.

63. *Naupactos*] Hodie *Lepanto*. Olivar.

64. *A Sepiade promontorio per Demetriam & Boion & Phtheleon, & Echinon ad Pagasaeum finum cursus est*] Scribendum *Demetriada*,

torio Sepiade per Demetrion & [65] Halon & Pteleon & Echinon ad Pagasaeum sinum cursus est. [66] Ille urbem Pagasam amplexus, amnem Sperchion accipit: [67] &, quia Minyae Colchida petentes inde [68] Argo navem solvere, memoratur. Ab

non *Demetriam* ex Ptolemaeo, Strabone, Stephano, & Plinio. Item, *Pteleon* non *Phtheleon* ex Strabone, Stephano, Plinio, Homero. Item non video quomodo hic *Boion* ut Hermolaus castigavit defendi possit; quum sit *Boion* urbs in mediterraneo Doridis Ptolemaeo. *Doris* autem nullam partem occupat in hac ora Magnesiae, quam refert Mela, ut planum est ex Ptolemaeo & ceteris. Quapropter commodius hic legetur, ut sentio, *Boebon* quàm *Boion*. Est enim *Boebos* Stephano, Thessaliae urbs, quam ab Homero vocatam ait *Boeben*. Quo in loco temperare mihi non possum, quin profitear nescire me, quare Stephanus idem, tradat *Boion* urbem Doridis nominari ab Homero *Boeben*, quum *Boebe* Homerica in Thessalia ab ipso Homero reddatur, cum *Iolco*, & aliis civitatibus Thessaliae. Ad haec res est non vulgaris quaestionis, cur Mela dicat cursum esse à Sepiade promontorio ad sinum Pagasaeum per Demetriadem: cùm Demetrias ipsa sit, ut placet Ptolemaeo in sinu Pagaseo, quem Ptolemaeus ipse Pelasgicum appellat. Nimirum sequitur Mela opinionem Artemidori, qui, teste Strabone lib. x. procul à Demetriade submovet sinum Pagasaeum ad subdita Philoctetae loca. Sciendum praeterea in nomine hujus sinus magnam esse inter auctores differentiam. Ptolemaeus, ut dixi, *Pelasgicum* appellat: Plinius *Pagasicum*. Strabo in *Selectis*, & Stephanus *Pagasiticum*: Mela *Pagasaeum*. PINTIAN.

65. *Halon, & Pthelon, & Ethinion*] Scribendum, *Boion & Pteleon & Chiron*, ut libro Plinii quarto evidentissime ostendimus. BARBARUS.

66. *Ille urbem Pagasam amplexus*] Lego plurali numero *Pagasas*, non *Pagasam*, ex Strabone, Ptolemaeo, Herodoto. Erratum idem in Plinio. PINTIAN.

67. *Et quia Minyae Colchida petentes inde Argo navem solvere memorantur.*] Desideratur procul dubio hic nomen *Aphetae*. Lucus est Thessaliae in situ Pagasitico, unde ultimo Argonautae solverunt. Scribe igitur sic: *Aphetae quia Myniae Colchida petentes*, &c. ex Strabone, Stephano, Herodoto, Apollonio, qui tamen ut litoris meminit, non ut urbis. IDEM.

68. *Argo navem*] Cujus memoriam ut signaverint Magnetes, pa-



tere volui ex nummo adjecto, sicut & Nemesin cum Acrocorintho cernes. GRONOV.

69. *Ma-*

Ab eo ad Sunium tendentibus illa praenaviganda; [69] Maliacus & Opuntius, grandes sinus, & in his caeforum etiam Laconum tropaea [70] Thermopylae, [71] Opoës, Scarpha, Cnemides, Alope: Anthedon, Larymne, [72] Aulis Agamemnoniae Grajorumque classis in Trojam conjurantium statio: Marathon magnarum multarumque virtutum testis, jam inde à Theseo, [73] Persica maximè clade pernotus: [74] Rhamnus parva, illustris

69. *Maliacus & Opuntius, grandes sinus*] Immo legendum *non grandes sinus*. Nam in ora Locrorum sunt ambo à duabus eorum civitatibus *Malieo* & *Opunte* nominati; tota autem illa Locrorum ora vix excedit ducenta stadia, auctore Strabone in nono: ex quibus quadraginta tantum stadiorum est sinus Opuntius, ut idem Strabo tradit libro eodem. PINTIAN.

70. *Thermopylae Opoës*] Scribe *Opûs* cum circunflexo, non *Opoës*, ut legit Hermolaus: Poëtae enim perfectis utuntur; Oratores contractis. Denique sic Ptolemaeus, sic Strabo, sic Pausanias, sic Plinius, sic omnes proferunt. IDEM.

71. *Oroes carphanemides*,] Scribendum arbitror, *Opoës*, *Scarphia*, *Enemides*: ex Plinio, Strabone, Ptolemaeo. Est autem *Opoës*, *id est*, Ὀπόεις, eadem, quae & *Opus Opuntis κατὰ κρᾶσιν* dicitur. Erat & in Achaia *Opoës* altera, & in Elide item altera, Stephanus. BARBARUS.

72. *Aulis . . . . commorantium statio*] Hinc in Grammat. Commentariis Graecis ἀπὸ τῆς ἀλεσθῆναι ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, litera υ interposita derivatur: Homerus . . . . Lucretius . . . . & Statius,

Prima rates Danaas Hecateria congregat Aulis.

SCHOTT.

73. *Persarum maxima clade pernotus*] Scribendum *maximè*, non *maxima*. PINTIAN.

74. *Rhamnis*] Scribe *Rhamnus*. BARBARUS.

Rhamnus parva, illustris tamen, quod in ea fanum est Amphiarai & Phidiaca Nemesis] Et hunc locum comminutum esse, & corrosum, multaque deesse verba pro comperto habeo. Nec enim in oppido Atticae Rhamnunte fuit fanum Amphiarai, sed in agro Oropi; qui locus celeberrimus alioquin est, medius inter Boeotios & Atticos, magnarumque utrisque contentionum materia. Sic invenies apud Pausaniam in *Atticis*: sic apud Strabonem, qui loco nomen dedit *Psaphis*: sic apud Plinium, qui lib. XVI. apud Thebas periisse Amphiaraum tradit. Strabo in nono, *Graeca*, inquit, *Oropo vicina est & Amphiarai facellum*. Demetrius quoque Triclinius in enarratione Pindari auctor est, apud Oropum Boeotiae terram Amphiaraum absorbuisse & Oropi fuisse ejus oraculum, certaminaque illic celebrari solita, quae ab ejus nomine *Amphiaraia* vocarentur. Quam ob rem puto resarciri posse hunc locum si sic legatur: *Rhamnus & Oropus paryae; illustres tamen, quòd in hac fanum est Amphiarai, in illa Phidiaca Nemesis*. Fefellerunt haec Solinum. PINTIAN.

ſtris tamen, quòd in ea fanum eſt Amphiarai &



Phidiaca Nemeſis: [75] Thoricos & Brauronia, olim urbes, jam tantùm nomina. Sunium promontorium eſt, finitque id litus Hellados, [76] quod ſpectat orientem. Inde ad meridiem terra

Rhamnus parva] Melae lectionem vulg. confirmat Solinus, niſi hunc ille in errorem induxit. Discrepat tamen: *Dianam* enim non *Nemeſim* Phidiae opus fuiſſe ſcribit cap. 13. *Delphi*, inquit, *Rhamnus quoque, in qua Amphiarai fanum & Phidiacae ſignum Dianae.* Pauſanias *Atticis* à nobis ſtat, & *Rhamnuſia Nemeſis* in Prov. ceſſit; nec temerè eſt quod vulgò dictitant. SCHOTT.

75. *Phoricos Brauronia*,] Scribendum *Thoricos*, *Brauron*, *Ion*: ex Strabone, Plinio, qui de *Thorico* in metallicis habet mentionem. Erat verò *Thoricus* Acamantidis curiae plebecula. Hecataeus urbem eam fuiſſe tradit in Attica, à qua *Thoricii Thoricenſesque* dicantur. Nam *Thoracenſes* alia plebs erat, ex Antiochide curia, quam *Thoras* vocabant. BARBAR.

Thoricos, Brauron olim urbes] Legebatur antea; *Thoricos, Brauronia olim urbes*: Hermolaus caſtigavit, *Thoricos, Brauron, Ion*: &c. PINTIAN.

76. *Quod ſpectat ad Orientem.*] Scio ſic lib. III. cap. 7. *ad Meridiem ſpectans*: & ſimiliter alibi. Sed hoc loco praepoſitionem neuter MSS. agnoſcebat. Et ſic forſan alii codices quoque: ut certè nunc etiam de tertio Mediolanenſi teſtari poſſum, quoscunque plures & meliores Voſſius poſſit (& quid non ille poſſit) oſtendere, à quibus non abſit. Certè non gravior nunc cauſa fuit inferendi eam, quàm lib. I. cap. 4. *totum latus quod Meridiem ſpectat usque in Aſiae confinia poſſident.* lib. I. cap. 15. *Etiam quà ſpectat Orientem.* lib. II. cap. 6. *Quà Septentrionem ſpectat.* lib. II. cap. 7. *Pachynum quod Graeciam ſpectat.* lib. III. cap. I. *Quà mare Atlanticum ſpectat.* lib. III. cap. 6. *Quà Oceanum ſpectat.* lib. III. cap.

terra convertitur [77] usque ad Megaram, Atticae ut modò latere, ita nunc fronte pelago adjacens. Ibi est Piraeeus Athenienſium portus: [78] Scironia ſaxa,

cap. 7. *Terrae ſpectantis Orientem.* Neſcio quid Voſſio acciderit, qui quum citaſſet lib. II. cap. 3. *In eo ad Septentrionem ſpectare litora incipiunt*, & monuiſſet legendum *Septentriones*, tamen edi curavit *in eo Septentriones ſpectare litora incipiunt*, ſine ulla auctoritate & negligenter. Haec quoque vox perusſit Voſſium. Itaque non obducit abſentiam ſuam Bruxellenſem, non Librarii perſonam, ſed ait. [In eo quod ſequitur *ad Septentriones* ubi aliter in Obſervationibus ac in ipſo Mela additur praepoſitio, id ut paſſim alibi, ita quoque hoc factum eſt loco ad ſignandam variantem lectionem, liberum relinquentes Lectori, quam vellet eligere.] Quaeſo te, Lector, an alibi citatum à me *ad Septentriones?* prout tamen legi debet, habetque Mediolanenſis. Credisne autem ita Voſſium ſollicitum tui fuiſſe, adeóque indulgentem? Quid legere tamen poteras, ſi non perfectè aperiret? Nulla fuit dubitatio illic in vocula *ad*. In eam enim conſentiunt omnia exemplaria. Quaeſo autem, conſidera, quid ſit illud *relinquentes*. Prae impotenti bile conſtruere nequivit. Quin etiam pari & cura & veritate in ejusdem editione legitur lib. III. cap. 8. *Tigris ita deſcendens in litora permeat*, quum omnes Editiones his inſerant voculam *usque*, quam ab tribus MSS. confirmatam & agnitam ſcio, nec dubitans de aliarum membranarum conſenſu eam rurſus appoſui, maximè quum ſic quoque loquatur plus vice ſimplici Auctor. Gronov.

77. *Usque ad Megaram*] Nunc eſt *Alcathoe*. Olivar.

Usque ad Megaram Atticae] Lego *Megara* genere neutro, non *Megaram*, ex omnibus. Pintian.

78. *Scyronia ſaxa ſaevo quondam Scyronis*, &c.] Scribendum *Scironia*, vel per duplex *rr Scirrhonia*, ſemper cum *i* in prima ex innominato apud Graecos Scriptore, de ſignis aquarum & ventorum; qui ait petras in Megaride *Scirrhonidas* appellari. Eſt autem nomen eis inditum à latrone *Scirone*, quem ab eis Theſeus in ſubjectum mare praecipitavit, auctore in *ejus Vita* Plutarcho, & Diodoro in quinto. Latronem Plutarchus modò *Scirônem*, modò *Scirrhonem* appellat cum *i* ut dixi in prima. Ariſtoteles ſecundo *Meteorôn*, ventum, qui à petris dictus eſt, *Scirrhonem* cum *ei* diphthongo nuncupat: quam Orthographiam ſecutus eſt etiam ejus Enarrator Alexander Aphrodiſeus. Pauſanias in fine *Atticorum* latronem *Scirona* vocat cum *i* tantum. Itemque Herodotus in *Urania*, *Scironida* viam in Iſthmo à *Scirone* latrone nominatam ſcribens. Euripides in *Heraclidis*, *petras Scironidas* cum *ei* diphthongo appellat. Quem ſecutus Alexandrinus Heſychius Σκιρωνίδας πέτρας, *Sciron*, inquit, Ἀσκίρης *dicitur*; *videtur autem à petris Scironidibus flare*. Licet in Heſychio non Ἀσκίρης, ſed Ἀσκίρις, perperam ſcriptum ſit. Strabo quoque in initio noni, & petras *Scironidas* & latronem *Scironem* eadem diphthongo ſcribit: *Hoc loco*, inquit, *res Scironis & Pityocaptae à Poëtis memorantur, qui partem eam regionis, quae montana dicitur, depopulabantur, quos Theſeus peremit. Ab his jugis procellas cientem à laeva Argeſten, Scironem Alhe-*

saxa, saevo quondam Scironis hospitio etiam nunc infamia. Megarensium tractus Isthmon attingit, ([79] Diolco cognomen est:) qui quatuor milium spatio Aegaeum mare ab Ionio summovens, angusto tramite Helladi Peloponneson annectit. In eo est [80] oppidum [81] Cenchreae: sa-
105 110 num Neptuni, ludis, quos Isthmicos vocant, celebre: [82] Corinthos, olim clara opibus, pòst clade notior, nunc Romana colonia, ex summa

Athenienses cognominarunt. Post petras Scironidas promontorium imminet Minoa. Haec Strabonis verba adduxi, ut laborantibus Latinis ejus codicibus opem ferrem, in quibus partim Interpretis culpa, partim Librariorum, malè scripta erant. Quin & Nicander in *Theriacis*, & ejus Enarratores *Scironem* cum eadem diphthongo scribunt. Orthographiam hanc tam morosè praeter consuetudinem meam prosecutus sum, quod recentiores Litteratores, velut conjuratione facta, ad unum omnes in suis Lexicis per *y* scribunt. Praeterque in cunctis ferè Latinis Auctoribus non aliter invenias; inter quos est etiam Seneca conterraneus noster; ut ego quoque castrensi verbo utar, quinto *Naturalium Quaestionum.* IDEM.

79. *Hoc illi cognomen est, quia quinque millium spatio*, &c.] Temporibus Melae quid significaret *Isthmos*, & dictionis ejus Etymon puto fuisse omnibus luce clarius. Itaque nullum erat operae precium Auctori gravi, & verborum parcissimo, ea docere quorum nemo ignoratione teneretur: aut si omnino stabat sententia, tanto sua tempora beneficio afficere; cur non suprà antevertit in Cherroneso Thraciae, cujus angustias dixit appellari *Isthmum.* Legendum itaque, ut opinor, sic: *Hic quinque millium passuum spatio Aegaeum mare ab Ionio submovens*, &c. reliqua superfluunt. IDEM.

Hoc illi cognomen] Glossema putat Pintianus: mihi tamen sine libris vett. delere religio sit; quòd non infrequens sit Graecis Latinisque Auctoribus etiam suo seculo notissima inculcare, quòd de posteritate exterisque cogitarent. Non longè abiero. Lib. III. cap. I. Oceani aestum explicat, & Solin. cap. 26. lib. III. ab v. c. Livius *furcae* quid fuerint. Omitto innumera. Suprà de saxis Scyroneis Ovid. VII. *Transform.* legend. SCHOTT.

80. *Oppidum Chencerea:*] Scribendum *Cenchreae*, auctor Strabo, Plinius, ceteri. BARBARUS.

81. *Cenchreae, fanum Neptuni, ludi, quos Isthmicos vocant, celebres*] Emendatior lectio: *Cenchreae, fanum Neptuni ludis, quos Isthmios vocant, celebre.* Strabo in octavo: *In Isthmo*, inquit, *Neptuni, quem Isthmium vocant, templum eminet, picearum arborum luco circumclusum, ubi ludos Isthmios Corinthii celebrare soliti sunt.* PINTIAN.

82. *Corinthos,*] Nunc *Goranto.* OLIVAR.

83. *Et*



ma arce, quam Acrocorinthon appellant, maria utraque contuens. Peloponnesi oram (sicut diximus) sinus & promontoria lacerant: ab orien- 115
te Bucephalos, [83] & Chersonesus, & Scyllaeon: ad meridiem [84] Malea, [85] Taenaros, Acritas, [86] Ichthys: [87] ad vesperum Chelonates, & Araxos.

83. *Et Chersonesus & Scylleon:*] Scribendum cum *ae* diphthongo *Scyllaeon*, ex Strabone, & Stephano, à Scylla Nisi filia nominatum, ut iidem tradunt. In Ptolemaeo *Scillion* vitiosè. Pintian.

84. *Malea*,] Nunc *Malvasia*. Olivar.

85. *Taenaros*,] Nunc *Ercapolis*. Idem.

86. *Ichthys ad vesperum*] Concinnius fort. *Ad vesperum Ichthys*. Nihil tamen necesse mutare, si rectè interpungatur. Schott.

87. *Ad vesperum Chenolates, & Araxos.*] Scribendum alterutro modo, aut *Cholonites*, quod malim ex Ptolemaeo; aut *Chelonatas* declinatione Dorica ex Strabone: qui error & in Plinio castigandus. Ceterùm advertendum attentiore cura verba, quae post haec protinus leguntur, confuso turbatoque ordine scripta esse, non qualem tenuisse Pomponium monstrarent puto ejus exemplaria, si non truncata, ut dixi, & tot lacerata plagis ad nos pervenissent. Naturalis enim ordo narrandi deposcebat, ut expositis promontoriis continuò subjiceret sinus ipsis promontoriis inclusos, deinde nobiliores populos, civitates, portus & fluvios, quos sinus ipsi cingerent. Videntur igitur, quae pòst sequuntur, verba permutato ordine scribenda hoc contextu: *Ad vesperum Chelonatas & Araxos. His litoribus appositi sinus. Inter Scyllaeon & Maleam Argolicus. Inter hanc & Taenaron Laconicus. Hinc ad Acritam Asinaeus. Inde ad Ichthyn Cyparissius. Habitant ab Isthmo ad Scyllaeon Epidaurii, Aesculapii templo inclyti, & Troezenii, fide societatis Atticae illustres. Portus Saronicus, & Schoenos, & Pagonus. Oppida autem Epi-*

[88] Araxos. Habitant ab Isthmo ad Scyllaeon Epidaurii, Aesculapii templo inclyti, & Troezenii, fide societatis Atticae illustres. [89] Portus [90] Saronicus, & Schoenitas, [91] & Pogonus: oppida autem [92] Epidaurus, & [93] Troezene, & Hermiona his litoribus appositа sunt. Inter [94] Scyllaeon & *Malean, sinus Argolicus dicitur: inter Malean & Taenaron, Laconicus: inter Taenaron & Acritan, *Asinaeus: inter Acritan* & Ichthyn, Cyparisius. In Argolico sunt noti amnes, Erasinus atque Inachus, & notum oppidum Lerne: in Laconico [95] Gythius & Eurotas:

Epidaurus & Troezen & Hermione. In Argolico sunt noti amnes, reliqua. PINTIAN.

88. *Taraxos.*] Scribendum *Araxos*, ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio, & infrà Pomponio. Item non *Achaitas*, nec *Ithis*, sed *Acrytas* & *Ichthys*, de quo Thucydides, & ceteri. BARBARUS.

89. *Portus Saronicus,*] *Saronem* locum esse Troezenis Stephanus scribit. Is nimirum portus est *Saronicus* Pomponio. PINTIAN.

90. *Sardonicus & Schenitas*, nec multò pòst, *Thelonates*] Scribendum, *Sarronicus*, & *Schoenitas*, & *Chelonatas*. De *Schoenita* fuit, quando *Caenitam* legi posse credidi, ut illo loco Plinii, *Portus*, inquit, *Caenitas* & *Sarronicus*. Quoniam *Caenae* urbs Ptolemaeo Pausaniaeque ad Taenarum montem erat. Quia verò non inter Scyllaeum & Isthmum sunt *Taenae*, sed mediis Argolico & Laconico finibus ad *Taenarum*, & omninò procul à *Sarronico*; vertimus ferè sententiam, & *Schoenitem* potiùs quàm *Caenitem* & hìc & in Plinio defendimus. Est autem *Scyllaeum*, ubi *Hermione*, auctor Strabo. Habetur verò & portus *Schoenus*, sed in Attica, ut constat iisdem auctoribus Ptolemaeo ac Stephano. BARBARUS.

91. *Et Pagonus:*] Scribo *Pogonos* ex Strabone, & Herodoto. Strabonis Interpres *menti* vertit, quod etsi vox ea Latinè significet; retinere tamen priscum nomen debuit, non interpretari; magna, si aliter fiat, occasione allucinandi studiosis. PINTIAN.

92. *Epidaurus*] Nunc *Limera*. OLIVAR.

93. *Troezen*] Nunc *Predena*. IDEM.

94. *Scylleon*] *Damala* nunc, promontorium. IDEM.

* *Maleum promontorium*] *Cabo de Malvasia*. IDEM.

95. *Gythius*] Lego *Gythium*, terminatione neutra, non *Gythius*, ex Ptolemaeo, & Polybio in quinto, qui cum *i* in secunda scribunt. Stephanus cum *ei* diphthongo: Xenophon secundo *Hellenicôn* & Pausanias variant, modò per *i* simplex, modò cum diphthongo. Castigandus in transcursu Graecus Ptolemaei codex: in quo duabus civitatibus deinceps positis *Gythio* & *Trinasso*, posteriorem ait esse navale Lacedaemoniorum: quum sit è contrario *Gythion* sive *Gytheum* navale Lacedaemoniorum,

Eurotas: in ipso Taenaro Neptuni templum, & specus, illi, quem in Ponto Acherusium diximus, facie & fabula similis: [96] in Asinaeo flumen Pamisum; in Cyparisio Alpheus; nomen dedit urbs in litore sita, [97] huic Cyparisae, illi 135
Asine: [98] Mesenii Pyliique terras colunt; & ipsa

rum, non *Trinasos*, ut testantur Cicero tertio *Officiorum*, Livius in Bello Macedonico, Polybius, & Strabo. Cum Interpres nescio quid sibi volens, pro ἐπίνειον, hoc est, navale, *emporium* convertit. Nec *Trinasos*, ut hoc quoque notem, in Ptolemaeo rectè scriptum est cum duobus *ss* & accentu in prima. Scribendum enim cum unico *s* & accentu in ultima, sic dicta à tribus insulis exiguis è regione ipsius urbis, auctore Pausania in *Laconicis*. Pintian.

Gythius] Reprehendit Freden. Strabonis Interpretem quod ἐπίνειον *emporium* converterit: quem Thucydidis *Scholiastes* à culpa liberat: Ἐπίνειον, inquit, καλεῖται τὸ ἐμπόριον, ἢ παρὰ τὸ ἐπινήχεσθαι αὐτὸ τῇ θαλάσσῃ, ἢ παρὰ τὸ ἐν αὐτῷ τὰς ὁλκάδας νήχεσθαι, ἢ ὀκέλλειν. Idem καταζόλον etiam significare, ille & Suidas testatur. Hic mihi locus manum injicit, auremque vellit, ut rursum Ptolemaeo qualemcunque ab ingenio opem feram: sic enim omnes, quos quidem viderim, Codd. in vulgus editi Τρινασσῶ ἐπίνειον, Ego verò ἐπίνειον loco motum, & proximè antecedenti reddendum contenderim, scil. Γύθιον: quod Lacedaemoniorum navale fuisse omnes affirmant. Τρίνασο quoque unico *σ* scrib. quis ex Steph. Πολιογράφῳ contendat. Schott.

96. *In Asinaeo flumen Pamisum, In Cyparisia Alphaeus*] Scribe *Pamisus*, non *Pamisum*, & cum uno *f* tantùm, ex Strabone, Pausania, Plinio, Ptolemaeo; apud quem tamen mendosè *Panisus*, pro *Pamisus*, & Latinè, & Graecè scriptum est. Legendum praeterea *Cyparisio*, non *Cyparisia*, de situ enim loquitur. Pintian.

97. *Hinc Cyparisus; Illinc Asine*] Scribe, *Huic Cyparisus, illi Asine*. Idem

98. *Mesenii Pyliique terras colunt, & ipsa pelago Pylos adjacet.*] Tres fuere urbes *Pyli*. *Pylus Messeniae*, regni Nestorei, alio nomine *Coryphasium*. Alia *Arcadiae* patria Nestoris. Tertia *Eleae* regionis propè petram *Oleniam*. Haec ex Homeri Expositore. Ceterùm plaga ab utraque parte Alphei fluvii *Pyliorum terra* dicitur. Et cùm sint tres *Pyli*, ut dixi; *Pylus*, Nestoris patria (quae & *Triphyliaca* dicitur & *Lepreatica* & *Arcadica*) à mari remota est stadiis xxx. Reliquae mari propinquae. At *Pylum* Nestoris regiam Homerus in principio III. lib. *Odysseae*, mari propinquam facit. Item Ptolemaeus in ora eam locat. Cui contributae erant non solùm aliae *Pyli*, sed etiam sex amplius urbes. *Enneapolin* enim fuisse *Pylum* Enarrator Homeri prodit, hoc significasse scribens, novem illas sedes, quas in litore Pyliorum Homerus fuisse tradit. De qua Ovidius:

Nos Pylon antiquam Neleia Nestoris arva &c.

Et Strabo omnia loca Nestori subdita

ipsa pelago Pylos adjacet. Cyllene, Enneapolis,
99 Patrae oram illam tenent, in quam Chelonates & Araxos excurrunt: sed Cyllene, quòd
140 Mercurium ibi natum arbitrantur, insignis. Rhion deinde [100] (maris id nomen est) angustè, & [101] velut freto, latus orae sequentis incidens [102] inter Aetolos & Peloponnesiacos, usque

dita quae fuerunt tria, *Olympia* cujus pars Pisa, & *Triphylia*, & *Cauconia*, & universam illam plagam usque ad Mesenem *Pylum* appellasse Homerum refert. Legendum ergo in Mela: *At ipsa pelago Pylos adjacet*, hoc est, Pylios interiora colere: at civitatem Pylon Nestoris regiam, mari propinquam esse. PINTIAN.

99. *Patrae*] Nunc *Patras*. OLIV.

100. *Maris id nomen est angusti & velut fretro lacus ore frequenti incidens inter Aetolos*, &c.] Scribendum puto: *Maris id nomen est, angusto ore velut freto, latiore fronte, incidens inter Aetolos*, &c. posset etiam legi, *angusto ore velut fluvio*, ut de Gadibus: *Eaque à continenti angusto spatio & veluti flumine abscisa*. & in Cilicia: *Ibi ingens amnis ingenti fronte se extollens*. PINTIAN.

101. *Velut freto*,] *Velut fluvio*, Pintianus emendat. Mihi *velut falce*, ut & Fr. Sanctio magis placet, cujus proprium *incidere*. μάντις δ' ἄριστος ὅς τις εἰκάζοι καλῶς. SCHOTT.

102. *Inter Aetolos & Peloponnesiacos usque ad Isthmon irrumpit*] Id verò falsissimum est: nec ut hujus maris alteri lateri oppositi sunt continuè Peloponnesiaci usque ad Isthmum, sic quoque Aetoli alterum latus eo usque possident. Minimam certè litoris ejus partem habent Aetoli. Vitium foedum & tamen in omnibus editionibus, quas vidi, exhibitum, ut distinctio ponatur post τὸ *incidens*, quum manifestè constet distingui sic debere, *Rhion latus orae sequentis incidens inter Aetolos & Peloponnesiacos, usque ad Isthmon irrumpit*. Vult enim idem modò declarare, quod Dicaearchus, Ἀσυκέλα αἰ ὑς μίγας ἐστι πόλπ@ ἐις Ἰσθμὸν φέρων. Scilicet in his mihi placuit videre parentheses, commata, cola seu alias Grammaticorum notas, ad quas deviat in Appendice Vossius, in hoc quidem stolidè garrulus, quod etiam ista *inter Aetolos & Peloponnesiacos* distingui posse his signis judicaret. De pravo inde intellectu mihi res fuit. Debuit enim Mela notare, ubi & apud quos populos incideretur hoc latus. Ubi autem dixi *falsum esse Aetolos pertingere ad Isthmum*? Haec est Isaaci Vossii Latinitas. qui etiam gratè repetit *usque ad Isthmum pertingere*. Sic est; non opus est, quia Peloponnesii, ideo quoque Aetoli in opposito litore usque ad Isthmum continenter habitarint. Hoc verum credo. Sed qui junctim dicit mare inter Aetolos & Peloponnesiacos usque ad Isthmum irrumpere, utrosque eodem modo considerat, idemque de duobus dicit. Etiam mentitur, dum scribit se commatis inclusisse sola istaec verba *maris id nomen est*, quum fecerit Stephanus. Et quî credimus ab ipso factum, quum cap. 4. ad voces *Circes domus aliquando Circeii* fateatur redundare comma.

usque ad Isthmon irrumpit. [103] In eo septentriones spectare litora incipiunt. In his est Aegion, & Aegira, & [104] Oluros, & Sicyon: at [105] in adversis Pagae, Creusis, Anticyra, Oeanthia, [106] Cirrha; [107] & notior aliquanto nomi- 145

ma, temerè à Librariis se absente additum? Quin simile distinctionis vitium annotavi lib. II. cap. 5. Ubi de exitu ferè Rhodani sic legitur in editis plurimis, *& subinde grandior, inter Volcas, & Cavaras emittitur*: nisi quod Sanctiana, *grandior, inter Volcas, & Cavaras emittitur*. Aliae nugacius, *grandior, inter, Volcas, & Cav.* una Vadiana nullam distinctionem prorsus agnoscente. Sed certè Rhodanus non emittitur inter Volcas & Cavaras, quum Cavares non sint litorales, sed inter Volcas & Avaticos emitti supponit satis clarè Mela, dum procedens in litore ab Massilia ad Rhodanum scribit Avaticorum stagnum contineri; quòd videlicet in illo contineri non posset, nisi illic essent Avatici: & Rhodanus *factus subinde grandior inter Volcas & Cavaras, emittitur* ita per Avaticos, quas ultimas voces necesse non habuit Auctor adnectere, ne ingenii sui sincerum nectar acidum redderet. Nec hoc intactum relinquit Vossius irritatus postremis verbis meis, quae idcirco sic versat, ut debuerint ipsi magnam amaritudinem infudisse. Ceterùm res in eo vertitur, an *Cavares* fuerint litorales. Illos autem certè tales esse manifestè cognosci scribit ex Strabone, [Cavaras non tantùm dictos illos, qui inter Isaram & Druentiam habitarent, sed & Salyas & omnes à Druentia ad mare Rhodanum accolentes gentes, Cavarum censeas fuisse nomine.] Caditne in hominem, ut aetatem eo usque progressam mendacio tam vili dedecoret? Straboni verba sunt lib. IV. pag. 186. Οὗτοι καὶ μιγνύουσι τῷ ποταμῷ τῷ Ῥοδανῷ, τὸς Σάλυας ἔχοντες ἀντιπαρήκοντας αὐτοῖς ἐν τῇ περαίᾳ καὶ τὸς Καυάρους. Ἐπικρατεῖ δὲ τὸν τῶν Καυάρων ὄνομα, καὶ πάντες ἤδη προσαγορεύουσι τὸς ταύτῃ βαρβάρους. Ubi hic mentio maris? aut gentium ad mare accolentium Rhodanum? in solo scilicet luxato Senis cerebro. Quid suspicabimur dicturum fuisse ad haec verba Livii lib. XXI. cap. 26.? *Volcarum agrum gentis validae: colunt autem circa utramque ripam Rhodani.* Etiam Plinius lib. III. cap. 4. *Desuviates & Cavaras* intus locat. GRONOV.

103. *In eo ad Septentrionem spectare litora incipiunt.*] Sincerior lectio: *Ab eo ad Septentrionem*, &c. Similis menda castigata est suprà: *In Macedonia prima est Thessalia*, pro *A Macedonia prima est Thessalia*. PINTIAN.

104. *Oliros & Scion*] Scribe *Olyros*, sive *Oluros*, & *Sicyon*, omnibus, qui unquam de hoc scripserunt, testantibus. BARBARUS.

105. *In adversis Pagaecreusis*,] Distinguendum, ut duo sint, *Pagae*, & *Creusis*. Plinius, *Megara*, inquit, *è regione Pagarum*; De *Creusi*, auctor idem, & ceteri gregatim omnes, juxta *Pagas*. IDEM.

106. *Cyra*,] Scribendum *Cyrrha*. nam de *Anticyra* non convenit, alìs *Anticyram*, aliis *Anticyrham* scribentibus, ut alibi notavimus. IDEM.

107. *Et notior aliquando nomine Calidon & Euenus*] Scribo, *& notiora aliquando nomina Calydon & Euenus*.

nomine [108] Calydon, & Euenos, extra Rhion. In Acarnania maximè clara sunt oppidum [109] Leucas; flumen Achelous. In Epiro nihil [110] Ambracio sinu nobilius est. [111] Facit sinus, qui angustis faucibus, [112] & quae minùs mille passibus pateant, grande pelagus admittit. Faciunt urbes quae asidunt; Actum, Argia Amphiloclis,

Euenus. Lucanus in sexto,

Et Meleagraeam maculatus sanguine Nessi.
Euenos Calydona secat.

Scribendum enim cum *y* tenui in secunda ex Strabone, Stephano, Homero, & omnibus. PINTIAN.

Et notior aliquando] Nihil muto. Quidam libri *aliquanto.* SCHOTT.

108. *Calydon & Euenus*] Juxta Calydonem amnis, circa collem Taphosium, ut Strabo lib. IX. quem Plinius *Taphrasium* vocat. Vide Ovid. IX. *Metamorph. Calydonia* silva, & aper *Calydonius* prodigiosae magnitudinis, in ea à Meleagro interfectus, in Aetolia est: cum *y* in secunda syllaba. *Caledonia* per *e* silva Scotiae: utraque secunda longa & tertia brevi: quae res multos fefellit. Martialis lib. I. *Epigr.*

Nuda Calydonio sic viscera praebuit ursò.

Ex lib. X.

Quinte Caledonios Ovidi visure Britannos.

Lucanus VI. *Pharsal.*

Unda Caledonios fallit turbata Britannos.

& Ausonius *Mosella:*

Tota Caledoniis talis pictura Britannis.

IDEM.

109. *Leucas,*] *Leucate.* OLIVAR.

110. *Ambracio sinu*] Ab Ambracia civitate, quae nunc est *Larta.* IDEM.

111. *Facit sinus qui angustis faucibus*] Legendum fortasse, *Facit situs, quippe angustis faucibus*, reliqua. PINTIAN.

112. *Et quae minus mille passibus pateant*] Polybius in quarto vix sexcentis passibus scribit patere os sinus Ambracii: cui subscribit Strabo, paulò majus faciens quatuor stadiorum. In Plinii impressis codicibus locus hic mutilatus habetur: *Maximéque*, inquit, *nobilitatus Ambracius sinus, faucibus spacioſum aequor accipiens.* Codex vetustus: *Maximéque nobilitatus Ambracius sinus faucibus passuum.* Numerum autem Librariorum incuria praeteriit. Legendum igitur in Plinio, *passuum o.* Verùm expendamus exactiùs, an haec verba Pomponii aliò magis pertineant: nam auctore Thucydide lib. II. os sinus Corinthiaci, sive, ut ipse nominat, *Crisaei*, quod Pomponius paulò antè *Rhion* vocavit, septem est stadiorum: quae cùm propius accedant ad millenarium numerum, videntur *Rhio* potiùs convenire, quàm ori sinus Ambracii: atque illuc esse transferenda, ut fortasse hîc positus sit alienus numerus; illic desideretur proprius, & legendum sit hîc; *angustis faucibus quingentorum passuum.* Illic, *angusto ore & quod minus mille passibus pateat, latiore fronte*, &c. IDEM. 113.

chis, [113] Ambracia, Aeacidarum regna Pyrrhique. Buthroton ultrà eſt: deindè Ceraunii montes: ab his flexus in Adriam. Hoc mare [114] magno receſsu litorum acceptum, & vaſtè quidem in latitudinem patens, quâ penetrat tamen vaſtius, [115] Illyricis usque Tergeſtum, cetera Gallicis Italicisque gentibus cingitur. [116] Partheni & Daſsaretae prima ejus tenent: [117] ſequentia Taulantii, Encheliae, * Phaeaces. Deindè ſunt; 168

113. *Ambracia Aeacidarum regia Pyrrhique Butroton ultra eſt*] Quid attinebat addere *Pyrrhi*, poſt verbum illud *Aeacidarum?* quaſi Pyrrhus non fuerit unus Aeacidarum. Quod vel illo Silii verſu conſtat,

Hîc ſpolia Acacidae; hîc Epirotica ſigna.

Puto igitur ſcribendum: *Ambracia Aeacidarum regia, Epirique Buthrotos ultima;* ut poſtremum verbum, *eſt*, redundet, uſitatiſſima Melae conſuetudine claudendi regiones his vocibus, *Finis*, *Terminus*, *Ultimus*, & hujusmodi. Eſſe autem ultimam urbem Epiri *Buthroton*, Occidentem verſus, Ptolemaeus, ut ceteris ſuperſedeam, tradit. Scribitur autem *Buthrotos* cum adſpiratione in media Stephano, Straboni, Ptolemaeo: & neutra quidem terminatione Ptolemaeo & Straboni, in *os* autem Stephano definit, qui per *t* exile in ſecunda proferri à Lepido tradit *Butroton*. IDEM.

114. *Magno receſsu*] Maris Adriatici. OLIVAR.

115. *Illyricis*] Nunc ſunt *Sclavoni*. IDEM.

116. *Parthini & Daſsaretae*] Lego, *Partheni* ex Stephano, qui *Partho* urbe Illyria gentile nomen deducit Partheni. Sic etiam proferunt Plinius tertio, & Appianus in *Illyrico*. Strabo ſolus *Parthini* ſed vitioſè, ſicut & *Tibarini* in eodem legitur corruptè, pro *Tibareni*, & pleraque hujusmodi. Eadem quoque menda in Caeſaris *Commentariis*. *Daſaretios* verò Strabo in ſeptimo cum unico *ſ* & tertia Graecorum inflexione nominat. Stephano, & Polybio per duplex, & prima declinat. & *i* in penultima *Daſaritae* ſunt; Ptolemaeo cum Strabone; ſed cum duobus *ſſ Daſſaretii*. Plinius *Daſſaretas*, ſed corruptè, ut reor, appellat. Videtur autem Strabo, quos aliàs nominaverat *Daſaretios*, rurſus diverſo nomine *Seſaraſtos* dicere. Adeò Auctores alii ab aliis, nonnulli etiam à ſe ipſis diſſentiunt. PINTIAN.

117. *Sequentia paulatim Encholeae*] Lego: *Sequentia Taulantii, Encheleae.* Nam *Taulantii* in hoc tractu populi ſunt adeò clari, ut à nullo non celebrentur. Earum urbes ſunt *Epyrrhachium*. & *Apollonia* Ptolemaeo. Stephanus & *Taulantios* & *Taulantinos* vocari ait. Procopius *Talantios* appellat, ſi non eſt vitium in exemplari. *Encheleas* autem Strabo *Enchelias* nominat; Stephanus *Encheleas* & *Encheleos* & *Engelanas*. IDEM.

* *Phaeaces.*] Fuit quando putavi legendum non *Phaeaces*, ſed *Phrygi*: poſtea legi in Appiano ſecundo *bellorum civilium*, *Corcyraeos*;

sunt, quos propriè Illyricos vocant: tum Pyraei, & [118] Liburni, & [119] Istria. [120] Urbium prima est Oricum, secunda [121] Dyrrachium: Epidamnos antè erat: Romani nomen mutavere, quia velut in damnum ituris, omen id visum est. Ultrà sunt Apollonia, Salona, Iader, [122] Narona, Tragurium, sinus Polaticus, & Pola, quondam à Colchis, ut ferunt, habitata ([123] in quantum res transeunt!) nunc Romana colonia. [124] Amnes autem Aeas & Nar, [125] & Danubius, qui jam dictus est Ister: sed Aeas secundum Apolloniam, Nar inter Pyraeos & Liburnos, [126] per Istros Ister emittitur.

hoc est, Phaeacas habuisse urbem Dyrrhachium: ampliandum itaque censui judicium. Phrygorum meminit etiam Appianus eodem libro, quos *Phrygas* tamen, non *Phrygos* nominat. IDEM.

118. *Liburni*] Nunc intetiora tenent inter Dalmatas & veros Illyricos. OLIVAR.

119. *Istria.*] Cujus praecipua civitas est Pola. IDEM.

120. *Urbium prima est Oricum*] Sic Ptolemaeus & Plinius neutra terminatione. At Stephanus ex auctoritate Hecataei, & admirandi, ut ipse appellat, Artemidori, *Oricos* enunciat, quos secutus Lucanus; *Et qui Oardaniam*, inquit, *tenet Oricon.* PINTIAN.

121. *Dyrrhachium*] Nunc *Durazo.* OLIVAR.

122. *Narona, Tragurium,*] Lego *Naro*, non *Narona*, ex Strabone. PINTIAN.

123. *In quantum res transeunt*] Aliena verba, non Melae. IDEM.

124. *Amnes autem Aeas, & Nar*] Italiae fluvius est *Nar*, urbem *Narniam* ab eo nominatam alluens, teste vel summo Poëta in septimo, & Servio in eum. Item & Claudiano. Quapropter *Naro* hîc legendum, non *Nar*, ex Strabone, Stephano, Plinio, Appiano in *Illyrico*: qui nomen dedit Naroni civitati, de qua mox antè. Nec Pomponius *Nar* scriptum reliquit, ut Hermolaus sentire videtur, sed Librariorum est ac Correctorum ea culpa. IDEM.

125. *Et Danubius, qui jam dictus est Ister*:] Legendum puto, *& alius ab eo qui jam dictus est Ister*: nam suprà de Istro, qui in Pontum decurrit, dictum fuit. Cujus an sit alveus hic Istriae fluvius, magna inter antiquos Scriptores contentio fuit. Quam si vellem ad longum persequi citatis utriusque opinionis sautoribus, alterum esset opus. Major pars negat, inter quos Diodorus in quinto, deceptos, qui esse tradant, vocis unitate putat. IDEM.

Alius ab eo, qui jam dictus est] Constituta hac lectione, frustra sudat Vadianus, & Olivarius Valentinus. SCHOTT.

126. *Per Istros Ister emittitur.*] Non loquitur de Danubio: constat enim Danubium longè distare ab Istria. Praeterea Danubius non dicitur Ister nisi in Walachia, ut diximus: an fuerint qui senserint esse

titur. [127] Tergeſte intimo in ſinu Adriae ſitum finit Illyricum.

eſſe fluvium in Iſtria, qui vocetur Iſter, Strabo eſt auctor: horum ſententiam Mela ſequitur. Sed nullum eſſe talem fluvium conſtat ex noſtra peregrinatione: quod etiam audiveramus ante illam profectionem; & Vadianus, vir, judicio meo, undecunque doctiſſimus, dum eam regionem penetraret, nunquam vidit Iſtrum fluvium. OLIVAR.

127. *Tergeſtum intimo in ſinu Adriae*] Ptolemaeus *Tergeſtum* nominat; Strabo, Plinius & ipſe Pomponius infrà *Tergeſte*. PINTIAN.

CAP. IV.

ITALIA.

DE Italia, magis quia ordo exigit, quàm quia monſtrari eget, pauca dicentur: nota ſunt omnia. Ab [1] Alpibus incipit in altum excedere, atque ut procedit, ſe media perpetuo jugo [2] Apennini montis attollens [3] inter Adriaticum & Tuſcum, ſive (ut aliter eadem appellantur) Inter Superum mare & Inferum excurrit, diu [4] ſolida. Verùm ubi longè abit, [5] in duo cornua finditur, reſpicitque altero Siculum pelagus, [6] altero Ionium,

1. *Alpibus*] Alpes nos in quatuor itinera diſtribuimus: primum, verſus Septentrionem, & dicitur *Mons Sancti Gothardi*: ſecundum, verſus Meridiem, & dicitur *Mons Sancti Bernardi*: tertium, etiam verſus Meridiem, & dicitur *Mons Sancti Dionyſii*, nunc *San Senis*: quartum, etiam verſus Meridiem, & dicitur *Poeninus*. OLIVAR.

2. *Apoenini*] Ramentum eſt Alpium, dividens univerſam Italiam. IDEM.

3. *Inter Adriaticum*] Sic quidem & ſuprà. Non tamen negligendum puto, quòd in MS. inveni *Adriacum*: quod & praefert Juntina, ſed alterum eſt in MS. Mediolanenſi. Quod idem proſus contigit lib. II. cap. 7. *Adriaco mari*, prout in eodem MS. vidi. GRONOV.

4. *Solida.*] Id eſt, non faciens ſinus. OLIVAR.

5. *In duo cornua*] In duo promontoria; alterum, Salentinorum, alterum, dictum Leucopetram. IDEM.

6. *Altero Ionium*] Plinius tamen lib. III. cap. ult. *Ionium* inferum mare facit. Solin. *Inferum*, *Ionium*.

ionium: tota anguſta, & alicubi multò, quàm [7] unde coepit, anguſtior. Interiora ejus aliae aliaeque gentes; [8] ſiniſtra parte [9] Carni & [10] Veneti colunt [11] Togatam Galliam: [12] tum Italici populi, [13] Picentes, [14] Frentani, [15] Dauni, [16] Apuli, [17] Calabri, [18] Sallentini. Ad dextram ſunt ſub Alpibus [19] Ligures, ſub Apennino [20] Etruria; poſt [21] Latium Volſci, [22] Campania, & ſuper Lucaniam [23] Bruttii. Urbium, quae pro-

& Tyrrhenum cap. 26. Heſychius verò *Hadriam* & *Ionium* eandem eſſe ſcribit, citatque Aeſchylum *Prometheo.* Vide & Apollonii *Schol.* SCHOTT.

7. *Unde coepit,*] Hoc eſt, ex Alpibus. OLIVAR.

8. *Siniſtra parte Carni & Veneti colunt*] Aldus, *Siniſtram partem.* Vide an legendum ſit, *Ad ſiniſtram partem:* nam ſequitur, *Ad dextram ſunt ſub Alpibus Ligures.* PINTIAN.

9. *Cauni & Veneti colunt*] Scribendum, *Carni & Veneti colunt.* BARBARUS.

Carni] Carni ſunt populi in ramento Alpium: ſunt omnes Sclavi, ſub jugo Ferdinandi Regis Romanorum, & Ungariae, & Bohemiae, Archiducis Auſtriae. Dividitur haec regio in duplicem Carniolam; alteram ſiccam, in qua ſunt Iſtri; alteram irriguam, unde Savus fluvius ortum habet. OLIVAR.

10. *Veneti*] In ſinu ſunt Adriatico, qui, ut diximus, *La Canale de Venizà* vocatur. Galli olim dicti Togati: nunc ea regio usque ad Rubiconem vocatur *La Marcha Trevisana:* ibi civitas ſunt Venetiae, de qua latiſſimè dicam in meis *Commentariis.* IDEM.

11. *Togatam Galliam:*] A toga veſte, quâ etiamnum utuntur Veneti. IDEM.

12. *Tum Italici populi*] A Rubicone usque ad promontorium Salentinorum, quod nunc dicitur *Cabo de Santa Maria.* IDEM.

13. *Picentes Ferentani*] Scribendum, *Frentani.* Nam *Ferentani* à Ferento, Sabinorum ſive Samnitum oppido. Sunt & *Ferentini, Ferentinatesque:* illi Hetruriae populi; *Ferentinates* verò Latii, ut in Plinio declaratum eſt. BARBARUS.

Picentes] Juxta Anconam. OLIVAR.

Picentes] Nunc *Marcha d'Ancona.* IDEM.

14. *Frentani*] Nunc *Franca Villa.* IDEM.

15. *Dauni,*] *Siponto, Manfredonia,* mons *Garganus.* IDEM.

16. *Appuli,*] Nomen retinent nunc, *La Pulla.* IDEM.

17. *Calabri,*] Nomen retinet, *Calabria.* IDEM.

18. *Salentini.*] Nunc *Salen Mela.* IDEM.

19. *Ligures,*] Nunc *Genoveſes.* IDEM.

20. *Hetruria;*] *La Toſcana* hodie. IDEM.

Hetruria; poſt Latium] Cur enim acriori diſtinctione iſtud ſepararem ita, *Hetruria. Poſt Latium*, ut faciunt priores. GRONOV.

21. *Latium*] Latini. OLIVAR.

22. *Campani*] Regio, quae retinet nomen, & eſt initium regni Neapolitani. IDEM.

23. *Brutii.*] Nomen habent ubi Coſen-

procul à mari habitantur, opulentisſimae ſunt, ad ſiniſtram [24] Patavium Antenoris, [25] Mutina & [26] Bononia, Romanorum coloniae: ad dextram [27] Capua à Tuſcis, & Roma quondam à paſtoribus condita; [28] nunc, [29] ſi pro materia dicatur, [30] alterum opus. At in oris proxima eſt à [31] Tergeſte [32] Concordia. Interfluit [33] Timavus, [34] novem capitibus exſurgens, uno oſtio emiſſus: deinde [35] Natiſo non longè à mari ditem attingit [36] Aquileiam. Ultrà eſt [37] Altinum.

Coſentia Calabrorum. Idem.

24. *Patavium*] Nunc *Padua* in Marcha Tarviſana. Idem.

25. *Mutina*] Nunc *Modena*. Idem.

26. *Bononia*] *Bologna la graſſa*. Idem.

27. *Capua*] Nomen retinet. Idem.

28. *Nunc ſi pro materia*] Nihil planius aut apertius: in alterius, inquit, libri molem, ſi pro dignitate laudetur Roma, opus excreſceret: & ſanè argumentum, quod multorum praeſtantium ingenia exercuit, Graecorum Latinorumque: unus de multis Ariſtides de urbe Roma. Plinius lib. III. cap. 5. de Italia: *Urbs Roma vel ſola in ea, & digna tam feſta cervice facies, quo tandem narrari debet opere!* Valentinus tamen Olivarius ridiculè commentus eſt, aliosque in eundem errorem induxit, Urbis inſtaurationem & incrementum, quo ex caſis & tuguriis facta lapidea eſt tota, adeoque marmorea: quo nomine Auguſtus gloriabatur. Schott.

29. *Si pro materia*] Id eſt, ſi habeatur ratio magnitudinis Romanae. Olivar.

30. *Alterum opus.*] Id eſt, nemo eſt, qui credat urbem conditam eſſe à paſtoribus; tam eſt ornata aedificiis magnificis. Idem.

31. *Tergeſte*] Nunc *Trieſte*. Idem.

32. *Concordia.*] Nomen retinet. Idem.

33. *Timavus*] Si quis velet ſcire rem ipſam veram de Timavo, legat Vadianum, qui peragravit regionem, & vidit Timavum: nomen eſt fluvii & fontis. Idem.

34. *Novem capitibus exſurgens*] Timavus Venetiae ſi. Concordiae atque Tergeſte proximus, qui ex monte quidem grandi per novem ora effluſus, amplisſimum fontem facit: ex quo uno tantùm exiens alveo, in Adriaticum funditur mare in ſinu Tergeſtino. Et Antenor in Italiam veniens per hunc amnem Adriatici ſinus mare penetravit: hinc *Antenorius* Lucano lib. VII. ex Virg. I. *Aen.*

Antenor potuit mediis elapſus Achivis, &c.

Non quòd Patavium attingat, ut quidam exiſtimarunt. Martialis quoque *Timavum multifidum* appellat. De hoc amne erudita *Epiſt.* exſtat Bapt. Egnatii ad Matthaeum Advocarium, inter eas quae *Clarorum virorum.* Schott.

35. *Natiſo*] Nunc *Liſonzio*. Olivar.

36. *Aquileiam.*] Nunc *Algar* Caſtellum. Idem.

37. *Altinum.*] Nunc *Torcello*. Idem.

num. Superna latè occupat litora [38] Padus. Namque [39] ab imis radicibus Veſuli montis exortus, [40] parvis ſe primùm è fontibus colligit, & aliquatenus exilis ac macer, mox aliis amnibus adeò augeſcit atque alitur, ut ſe per ſeptem ad poſtremum oſtia effundat. Unum de eis magnum, Padum appellant. [41] Inde tam citus proſilit, ut discuſſis fluctibus diu qualem emiſit undam agat, ſuumque etiam in mari alveum ſervet; [42] donec eum ex adverſo litore Iſtriae eodem impetu profluens Iſter amnis excipiat. Hac re per ea loca navigantibus, quâ utrinque amnes eunt, inter marinas aquas dulcium hauſtus eſt. [43] A Pado [44] ad Anconam tranſitur Ravenna, Ariminum,

38. *Padus*] Nunc *El Po*. IDEM.

39. *Ab imis radicibus Veſuli*] Alii Padum ex jugis Poeninis ortum habere putant. Vide Strab. lib. IV. Γεωγραφούμενον SCHOTT.

40. *Parvis ſe primum fontibus colligit*] MSS. tres, *parvis ſe primum è fontibus*. GRONOV.

41. *Inde citus proſilit*] Aldus, *Inde tam citus proſilit*. PINTIAN.

42. *Donec eum*] Quotquot inviſerunt illam regionem, quos ego Venetiis interrogavi, reſpondent, fabulam eſſe, quod de Iſtro fluvio adducitur ab Auctoribus: nam de Danubio nemo non ſcit longè diſtare ab Adriatico, praeterea interceptos eſſe montes. OLIVAR.

43. *A Pado ad Anconam tranſitur Ravenna*] Id eſt, per Ravennam; nomen retinet; ſed cùm ſequitur *Ariminum*, accuſativus illo refertur ad illam praepoſitionem *ad*; cùm dicitur ad Anconam, ad Ariminum, ad Piſaurum. Ariminum nunc dictum *Rimino*. IDEM.

A Pado ad Anconam tranſitur Ravennam] Verba tum converſa, tum etiam depravata. Caſtigo, *A Pado tranſito ad Anconam, Ravenna Ariminum*, &c. locutione honeſta & a doctiſſimis etiam non faſtidita, ut Cornelio Tacito, *regnata civitas*, & ipſi Melae in Hiſpania, *& quo magis penetratur, anguſtior*: & Caeſari in *Commentariis*, *Circuitis Caſtris*, *Inita hyeme*: & Ammiano Marcellino, *Tanai tranſito*, lib. XXXI. & plura hujusmodi. Legendum praeterea *Anconem*, non *Anconam*, ex Geographis omnibus, & Poëtis, Lucanus,

Illinc Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon.

& Silius,

Stat fucare colus, nec Sidone vilior Ancon.

Anconis autem hîc habetur mentio, quòd ſit terminus inter Gallicas, de quibus nunc agit, & Italicas gentes, de quibus poſtea dicturus eſt. PINTIAN.

44. *Ad Anconam*] Lege, *Ad An-*

minum, [45] Pisaurum, [46] Fanestris colonia; [47] flumen [48] Metaurus, atque Aesis. [49] Exin illa in angusto duorum promontoriorum ex diverso [49] coëuntium, inflexi cubiti imagine sedens, & ideo à Grajis dicta [50] Ancon, [51] inter Gallicas Italicasque gentes quasi terminus interest. [52] Haec enim praegressos Piceni litora excipiunt: [53] in quibus Numa-

Anconem transitor; Ravenna Ariminem. Vel *transitur* ferri potest. SCHOTT.

45. *Pisaurum*] Nunc *Pisaro.* OLIVAR.

46. *Fanestris colonia*] Legendum puto non *Fanestris colonia*, sed *fanum fortunae.* Sic eam Ptolemaeo, sic Strabone, sic Plinio, sic omnibus nominantibus. Stephanus *Fanam* vocat, si, quod vereor, mendo non sit in exemplari. Alioquin à Fano *Fanensis* possessivum magis ex Analogia, quàm *Fanestris* fieret. Animadvertendum autem diligenter, *Senogalliam* urbem, quae non multò pòst Librariorum culpa reddita est, post haec verba *Fanum Fortunae* locandam esse, ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio. Nam Mela *Aesin* fluvium inter *Fanum* & *Anconem* statuit. Porro Strabo eundem *Aesin* fluere ait inter Senegalliam & Anconem; ergo inter *Fanum* & *Aesin* est *Senegallia.* PINTIAN.

Fanestris colonia] Nihil mutandum ipse Pintianus monuit extremo lib. III. quod est hominis verè humanitate exculti. SCHOTT.

47. *Flumen Metaurus atque Aesis*] Strabo cum *ae* diphthongo *Aesis.* Ptolemaeo *Asia* nominatur, si codex, quod dubito, sincerus est. Praeterea cum sint duo fluvii, melius legetur *flumina* sive *fluvii*, quàm *flumen.* PINTIAN.

48. *Metaurus*] Nunc *Plumba* fluvius. OLIVAR.

49. *Et illa in angusto illorum duorum promontorium è diverso coëuntium inflexi cubiti imagine sedens*] Lego longè aliter; *At illa in angusto illo Cumeri promontorii è diverso coëuntis inflexi cubiti*, &c. Neque enim Strabo, Pliniusve, qui de Anconis situ disserunt, duo illi promontoria attribuunt, sed unum tantùm, quod Plinius *Cumerum* nominat, fortè à coëundo dictum. PINTIAN.

Et illa in angusto illorum duorum] Promontorium, in quo sedit urbs *Anco*, in Plinio appellatur *Cymerum*: sic enim habent vulgati codices. Ceterùm Apographon Toletanum, non *Cumero* habet, sed *Cunero*; ut putem neutro modo legendum esse, sed *Cuneo.* Nam Hispaniae ora in Occidentem vergens promontorium habet nomine *Cuneus* à figura dictum, ut postea constabit. IDEM.

Et illa in angusto] Repone: *At illa in angulo duorum promontoriorum ex diverso coëuntium.* SCHOTT.

50. *Ancona*] Nomen retinet. OLIVAR.

51. *Inter Gallicas Italicasque gentes*] Ancona terminus est Galliae Cisalpinae & Italiae. IDEM.

52. *Haec enim praegressos*] Puto redundare verbum *enim.* PINTIAN.

53. *In quibus Numana*] Scribo, *in quo*, videlicet, *Piceno*: sic enim vocatur regio Picentium Plinio in lib. III. IDEM.

50 [54] Numana, [55] Potentia, [56] Cluana, Cupra, urbes, caſtella autem [57] Firmum, [58] Adria, [59] Truentinum: [60] id & fluvio, qui praeterit, nomen eſt. [61] Ab eo [62] Frentani jam Matrini habent ac Aterni

54. *Numana*] Dicunt hanc deletam eſſe. OLIVAR.

55. *Potentia*] Ubi nunc eſt Virgo Maria Lauretana, vulgò *Loreto*. IDEM.

56. *Cluerna Cupra*] Scribendum, *Cliterna*, *Cupra*; ex Plinio, ceterisque. BARBARUS.

Claterna] Nunc *Flavianeo*. OLIVAR.

57. *Firmum*] Nunc *Fermo*. IDEM.

58. *Adria*, *Truentum*] Ptolemaeus *Truentinum*: Strabo *Druentum* fluvium & oppidum. PINTIAN.

59. *Truentum*] Nunc *Tronto*. OLIVAR.

60. *Idem ei fluvio*, *qui praeterit*, *nomen eſt*] Melior lectio: *Id ei à fluvio*, *qui praeterit*, *nomen eſt*. PINTIAN.

61. *Ab eo Senogallia maritima*] Oſtenſum eſt ubi locanda ſit *Senegallia*. Nunc addo Ptolemaeo eſſe *Senamgallicam*, Straboni *Senegalliam*, Plinio *Senogalliam*, Silio *Senem* in lib. VIII. *& Senonum de nomine Sene*. In lib. XV. autem *Senamgallicam*: *qua Sena relictum Gallorum à populis traxit per ſecula nomen*. Reſtituto autem in proprium, quem dixi, locum verbo *Senegallia*; ſequitur proximè *Maritima* nomen oppidi, cujus meminit Ptolemaeus. Inſigni tamen in eo ſive Librariorum ſive Correctorum errore: duorum enim oppidorum nomina miſcentes, unum fecere, *Cupram maritimam* ſcribendo. Cauſa erroris, quòd propè erat altera *Cupra* cognomine *montana*, ad cujus differentiam putaverunt hanc dictam eſſe *maritimam*. Eſt etiam *Maritima* oppidum infrà in Narbonenſi. IDEM.

Senogallia] Nunc *La Romandiola*, & *Campagna*. OLIVAR.

62. *Ab eo Samnites marit. tenent*] Mendum latere ſuboluit Fredenando. Ego hanc lectionem probo. Editi enim: *Ab eo Senogallia maritima*. SCHOTT.

Ab eo Frentani, *Apuli ac Marucini*. *Habent Aterni fluminis oſtia*] Quum nuper in his nonnulla diverſo charactere tanquam ſpuria & planè non Pomponiana exprimi curaviſſem, nunc aliter agere praeſtat & pergere. Nam certè quàm monſtroſè haec ab aliis deformata queritur Voſſius, non minus monſtroſè ipſe transformando foedat. Dicat enim in qua parte ſcripturae veteris, quam ſic exhibet, *frentia villa maritima habent Aterni*, (at ipſe vidi, *ab eo flentra cula maritima habent ac eterni*; in alio erat, *ſtrenta villa maritima habent aeterni*; Mediol. *frentra villa maritima habent eterni*) conſpicere poſſit latentia τὰ *Apuli ac*. Sed fortius haec oppugnari poſſunt. Nam nunquam curioſiſſimus hic Scriptor *oſtia* dicit de fluvio, qui habet modò unum, ſed ſemper ſingulari numero utitur. Sic lib. I. cap. ult. *oſtio fluminis proximi Ixamatae*: lib. I. cap. 17. *Maeandri exitum & Gaeſi fluminis oſtium*: lib. II. cap. 7. non dicit *Boryſthenis* oſtiis, ſed *oſtio*: lib. III. cap. I. *Tugi oſtium*: lib. II. cap. 7. dicit quidem *citra Tiberina oſtia*: ſed ibi vocabulum illud majuſcula O ſcribendum eſt, ut in hac editione (nam priores minori *o* utuntur peſſimè) fecimus, quum non ad exitum,

exitum, sed ad urbeculam ita nominatam respiciat, quam sic quoque agnoverat lib. II. cap. 4. & lib. III. cap. 9. Hanno *cum per Oceani ostia exisset*, habebant olim editi, sed benè ab viris doctis & ex MSS. correctum postea *ostium*. Haec quum ita se habeant, & sint certissima clarissimaque, quae fides potest esse, hoc loco uno Melam scripsisse unius Aterni fluminis ostia? Immò quae fides nobis persuadebit in hac particulari urbium fluviorumque per regiones recensione Melam voluisse allegare plurium populorum vocabula, quam superius uno spiritu protulit, ubi nulla est horum Marucinorum mentio? ut prorsus eadem aequitate huc interveniant hi Marucini, (sic colligo ejus vocis litteras, quia praeit ad hunc modum Vossius, quum ab aliis geminetur canina, ut Scaligero ad Catullum p. 18. ubi stupeo, unde tantus vir *Marrucinos* Campaniae populos dixerit) quo suprà lib. II. cap. 1. admisceri debuerunt *Auchatae*, nuspiam ab Mela scripti vel in hoc opusculo cogitati, contra fidem & regulam MSS. omnium, ut diximus jam alibi. Deinde credemus ita inconditè scribere voluisse aut Melam aut quemquam alium, ut quum dicat, *Habent Aterni fluminis ostia, urbes Bucam & Histonium*, posteriora tribuantur Frentanis, priora referantur ad Marucinos, & non intelligatur unus populus habere simul & urbes illas & ostia fluminis? Nemo hominum aut sic scripserit aut aliter intellexerit. Rursus an credibile est, & hoc loco & tali ordine Melam *Apulos* & *Marucinos* numeravisse, quum statim dicatur sequi, *sinus Apulo litore incinctus*, cum sequentibus aliquot extra eum urbibus? Hac ipsa phrasi pro variationis suae more definit Apuliam & ibi stam innuit. Accedit profectò, quòd quum Vossius suprà numeraverit non modo quasi diversos Daunios & Apulos, sed etiam Daunios ordinaverit ante Apulos, nunc eosdem faciat. Denique Piceno, Frentanis, Dauniis attribuit urbes, solos Marucinos nominavit ridendi causa, quippe nudatos ac desolatos. Haec omnia respiciat oro diligens Lector, & tum pronunciet. Sanè multo convenientius concinnabat hunc morbosum locum Cluverius citans, *Ab eo Frentani tenent Aterni fluminis ostia, urbes Bucam & Histonium*, si liceret sic grassari contra scriptos codices. Sed in his Marucinis sanè quàm jactantur viri magni, de quo videbimus. Nunc Melam videamus. Dico manifestè in scripta lectione apparere haec, *Ab eo* (nempe Trueatino) *Frentani jam Matrini habent ac Aterni fluminis ostia*. Res tam clara est, ut probationem non requirat. Debuerat quidem dixisse *fluminum*, sed quum eum numerum alibi observet, scimus quoque alibi eam differentiam negligi. Nunquam credo magis cum corde ambulavit Vossius, quàm quum haec attrectavit. Nam quum illa sua *Apuli ac* in MSS. reperire desperaret, & stultè videret ab se Apulos huc promotos, ipsam rem prorsus non tangit, sed in parergis carpens ansam seniliter garriendi locum Melae de Tiberinis Ostiis comparat cum Virgilio, ubi quoniam nemo interpretetur de Ostia urbe, hinc ego parùm trivi Virgilium. Sic vidit me terentem Tabulas Ptolemaei, Virgilium nequaquam. Cur autem ad Virgilium ire debemus? An non Heinsius ad Ovidium lib. IV. *Fast.* notat? *de Tiberinis ostiis passim Veteres*. An non Livius lib. VII. cap. 25. *Tiberis ostia*. & lib. XXVI. cap. 19. *cum triginta navium classe ostiis Tiberinis profectus*. Sidonius lib. I. *Epist.* 10. *Naves quinque Brundisio profectus cum speciebus tritici ac mellis Ostia Tiberina tetigisse*. Ut plures naves, potuerunt aliae isto, aliae altero ostio

ita-

55 [63] Aterni fluminis ostia; urbes Bucam & [64] Histonium: [65] Dauni autem [66] Tifernum amnem; Cliterniam, [67] Larinum, [68] Teanum, oppida;

navigare. Sed an ideo *Tiberina Ostia* non dicuntur de oppido? Martianus Capella solitus multum uti nostro Pomponio lib. VI. pag. 204. *Umbri mox, Latiumque & Ostia Tiberina.* Ita edidit, & rectè, Grotius, quum pag. 207. *Item ultra Tiberina Ostia in Antiano Palmarea.* Edunt in Tacito lib. XV. *Ann.* cap. 22. *ab lacu Averno navigabilem fossam usque ad Ostia Tiberina depressuras.* An poterat illa etiam perduci ad alterum ostium versus Etruriam? Immò & Plinius apud Lipsium & Suetonius *Neron.* cap. 32. dicunt *Ostiam*; ut Tacitus urbem quoque intellexerit. Apud Ovidium lib. XV. *Metamorph.* vers. 758. navis Aesculapium vehens:

Lavini sedes Tiberinaque ad ostia venit.

Aut urbs intelligitur, aut divisam navem suppones: unam enim solam posuit. Et tamen Cicero pro *L. Manil.* cap. 12. *qui modò ante ostium Tiberinum classem hostium videbatis.* Idem Livius lib. XXIX. cap. 14. *Ostiam ire jussus ob viam Deae . . . Postquam navis ad ostium amnis Tiberini accessit.* Florus lib. III. cap. 9. *Per Tiberinum ostium invexit.* An hi debuerunt Virgilium respexisse? Perinde ut ego, qui in recensione illa Pomponii mentionem fieri urbium, non fluviorum & ostiorum, statui, quidquid Vossius velit me putasse vel somniet. Ostia illa scilicet Tiberina, quorum antea memini. Et quis tandem audivit, *Aterni Ostia est ipsum Aternum oppidum?* Portentum certè ingens. Omnia quae huc citat, rapta sunt per furtum ab ingrato Vossio ex Cluverii *Italia;* tantò impudentius, quòd scribens illam notam, significabam, me ea tunc legere. In Mela verò id totum vanum esse, nec habere locum inde patet, quia de urbibus postea demum sequitur. Quid enim erit, *Frentani habent Aterni fluminis Ostia* (hoc est, oppidum) *urbes Bucam & Histonium*? GRONOV.

63. *Aterni*] Nunc *Pescaria* flumen. IDEM.

64. *Histonium*] Nunc *Guasto.* IDEM.

65. *Dauni autem Tifernum amnem*] Legendum puto, *Daunii habent Tifernum amnem:* ut in Hispania: *Sequens Illicitanus Alonem habet & Lucentiam.* Ptolemaeus permutatis prioribus syllabis *Fiternum* nominat; ut nescio an mendosè, sic scio, fieri hoc subinde apud Auctores; & ut uno interim ex multis exemplo contenti simus, urbem Pisidiae, *Sagalassum*, Straboni, Stephano, Ptolemaeo, dictam, Arrianus Historicus *Salagassum* nominat. Nec est dubitandum de side codicis impressi: sic enim habent duo scripti & vetusti codices, quibus utor familiariter. Hermolaus verò qui in Plinii lib. V. emendat legitque *Sagalessus* cum *e* in tertia syllaba, unde id acceperit, nescio. Strabo certè, cujus auctoritate nititur, & ceteri, quos legerim, *Sagalassus* omnes, nemo *Sagalessus.* PINTIAN.

66. *Tifernum amnem*] Nunc *Bisano.* OLIVAR.

67. *Lucrinum, Theanum*] Lego *Larinum*, non *Lucrinum* ex Plinio. Stephanus, ut arbitror, *Larinam* vocat; in quo falsò *Laviniorum esse*, scriptum est, pro *Dauni-*

oppida ; montemque [69] Garganum. Sinus est continuo Apulo litore incinctus, nomine Urias, modicus spatio, pleraque asper accessu ; [70] extrà [71] Sipontum, vel (ut Graji dixere) Sipus; & [60] flumen, quod Canusium attingens, [72] Ausidum appellant : [73] post Barium, [74] & Gnatia, & Ennio cive nobiles [75] Rudiae : etiam in Calabria [76] Brundusium, Valetium, [77] Lupiae, Hydrus

niorum. Meminit & *Larini* Ptolemaeus, sed in *Frentanis* collocat. vicinis Dauniorum. *Teanum* verò sine ulla adspiratione scribendum. Estque duplex *Teanum* : alterum *Apulum*, de quo hic Mela ; alterum *Campaniae*, quod Plinius appellat in lib. III. *Sidicinum*, sed corruptè. ut opinor. Videtur enim legendum *Sindicenum* à *Sindicenis* gente, quae defecit Straboni lib. v. etsi Hermolaus in lib. III. *Plin. Castig. Sidicinum* legat, quod non probo. PINTIAN.

Larinum, *Theanum*] Vulg. *Lucrinum*, & *Teanum* sine spiritu : Sic Ptolemaeus, Strabo Τέανον, Livius & Cicero : *Theani* fl. Campaniae meminit Orosius lib. v. cap. 18. *Tianum*, per *i*, in quibus Pomponii libris se offert : quae scriptura insuper habenda non est, quòd & in nummis antiquis cusa reperiatur : quòs mihi Abrah. Ortelius Vir Cl. ostendit. SCHOTT.

68. *Theanum*] Nomen retinet *Teano*. OLIVAR.

69. *Garganum*] Nunc *Santangelo*. IDEM.

70. *Extra Sypuntum*, *vel* (*ut Graji dixere*) *Sypius*] Ptolemaeus, & Strabo *Sepûs* nominat, accentu in ultima circumflexo, non *Sypuntum*. Strabo dictam à Graecis ait *Sepius* eodem accentu in ultima à *Sepiis* in id litus ejectis. Proinde ex eorum auctoritate lego in Pomponio : *Extra Sepus*, *vel ut Graji dixere Sepius* : Stephanus, quod miremur, cum *i* in prima *Sipus*. PINTIAN.

71. *Simponium vel ut Graji dixere Sipyllum*] Scribo, *Sipuntum*, *vel ut Graji dixere Sipyus*. Strabo, *Sipuntum*, inquit, *sive*, quod idem est, *Sipus*, *à Diomede conditum*. Videtur nominatum, inquit, antè à Graecis *Sipus*, à sepiarum proventu. Dicetur ergo & *Sipuntum*, ut Plinius, & *Sipus Sipuntis*, ut ferè modò Graeci, & *Sypius Sypiuntis*, ut Antiqui. BARBARUS.

Sypuntum] Nunc *Sypunto*. OLIVAR.

72. *Ausidum*] *La Fante* vulgo. IDEM.

73. *Post Barium*, *& Gnatia*] Scribo, *post Barium Egnatia*, Ptolemaeus, Strabo, Plinius. BARBARUS.

Barium] *Barri* hodie. OLIVAR.

74. *Egnatia*] *Juvenatia*. IDEM.

75. *Rudiae*] Non exstant. IDEM.

76. *Brundusium*] Nunc *Brindes*. IDEM.

Brundusium, *Valetium*] Rectè qui pro *Valetium* substituerunt *Valesium*. PINTIAN.

77. *Lupehyarus*] Strabo *Lupiae* in quibusdam Plinianis codicibus, & Ptolemaeo, *Luspia* etiam *Hydruntum* dicitur, quemadmodum & *Sipus Sipuntum*, & *Cerasus Cerasuntum*, ut diximus in Colchide. BARBARUS.

Lupiae] *Lizo*. OLIVAR.

78. *Hy-*

65 78 Hydrus mons: tum Sallentini campi, & Sallentina litora, 79 & urbs Graja Callipolis. Hucusque Adria, hucusque Italiae latus alterum pertinet. Frons ejus 80 in duo quidem se cornua (sicut suprà diximus) scindit: ceterùm mare, 70 quod inter utraque admittit, tenuibus promontoriis semel iterumque distinguens, non uno margine circuit, nec diffusum patensque, sed per sinus recipit. Primus Tarentinus dicitur, * inter promontoria Sallentinum & Lacinium; 75 in eoque sunt 81 Tarentus, 82 Metapontum, Heraclea, 83 Croto, Thurium: secundus 84 Scylaceus, inter promontoria 85 Lacinium & 86 Zephyrium;

78. *Hydrus mons, tum*] Locus corruptus, quem nos inter alios restituimus: legendum est *Hydruntum*, nunc *Otrento*. IDEM.

Hydrus mons, tum & Salentini campi] Legendum opinor, *Hydrus, Soletum, & Salentini campi*. Plinius, *Ab Hydrunte*, inquit, *Soletum desertum*. Praeterea Ptolemaeus, Strabo, Stephanus, Pausanias, Plinius etiam alibi, *Hydrus* omnes efferunt. Strabo cum *i* in prima, ceteri cum *y*. PINTIAN.

79. *Et urbs Graia Gallipolis*] Scribendum videtur, *& urbs Gallica Gallipolis*. Plinius in lib. III. *In ora*, inquit, *Senonum Gallipolis, quae nunc Anxa*. Erit igitur *Gallipolis* dictio compositа, ex voce Graeca & Latina: quod etsi rarò, aliquando tamen fit: ut in *Epitogium* & *Epirrhedium* monstrat Quintilianus. Alioqui Graeci ipsi *Galliam* Latino nomine interdum appellant, ut ostendit Stephanus. IDEM.

80. *In duo quidem cornua, sicut suprà diximus, scindit*] Scribo, *Scinditur*; ut circa initia Italiae: *Verùm ubi longè abit, in duo cornua scinditur*. IDEM.

* *Inter promontoria Salen & Lacinium*] Lege *Salentinum & Lacinium*. De *Salentino* Plinius in tertio. IDEM.

81, *Tarentus*] Nunc *Tarantos* OLIVAR.

Tarentus, Metapontum] Legendum, *Tarentum* neutra desinentia, vel ex illo Juvenalis versu;

Atque coronatum & petulans madidumque Tarentum.

Ita Plinius, ceterique. Praeterea *Metapontium* appellant, non *Metapontum*, Strabo, Ptolemaeus, Stephanus. PINTIAN.

82. *Metapontum*] *Pelicor* hodie. OLIVAR.

83. *Croton*] Nunc *Crutone*. IDEM.

Croto, Turium] *Thurium* primam cum adspiratione, Ptolemaeus, Strabo, Stephanus, Plinius. Ea, si Stephano fidem habemus, prius dicta est *Sybaris*, postea *Copiae*; nominatur etiam eidem *Thuria & Thurii*. PINTIAN.

84. *Scyllaceus*] Nunc *Desquillacho*. OLIVAR.

85. *Lacinium*] Nunc *Cabo de colone*. IDEM.

86. *Zephyriam*] Nunc *Cabo de sole*. IDEM.

87. *In*

phyrium; [87] in quo est Petilia, [88] Carcinus, [89] Scylaceum, Mystiae: tertius inter Zephyrium & [90] Bruttium, [91] Consentiam, [92] Cauloniam, Locrosque circundat. [93] In Bruttio sunt, [94] Columna Rhegia, [95] Rhegium, Scylla, [96] Taurianum,

87. *In quo est Petilia*] Ptolemaeus, Strabo, Stephanus, *Petelia* cum *e* longo in penultima. Pintian.

88. *Carcinus, Scyllaceum, Mistrae*] Scribendum arbitror aut *Cocinthus*, non *Carcinus*, ex Polybio, Antonino, Plinio, ut in Locris Italiae diserui: aut *Caecinum*, à *Caecino* Locrorum amne, de quo Pausanias, & Thucydides. Philistus quoque *Caecinum* Italiae reddit oppidum, non longè à Siciliae trajectu. *Mistros* verò Plinius *Mistiam* scribit, ut in alterutro sit erratum. Stephanus *Mystiam* urbem Samnitum commemorat. *Lucani* verò à Samnitibus orti judicantur, auctore Plinio. Barbarus.

89. *Scyllaceum*] Nunc *Esquillatho.* Olivar.

Scyllaceum, Mistrae] *Scylletion* urbs Italiae, colonia Atheniensium, duce Mnestheo; postea, auctore Strabone, dicta est *Scylacion:* sicque Stephanus eam nominat. Sinus autem ab ea dictus eidem Straboni appellatur *Scylleticus*, Ptolemaeo verò *Scylacios.* Unde apud Virgilium in tertio, *& naufragum Scylacion*, legendum erit cum unico *l* sive oppidum intelligas, sive secundum Ptolemaeum sinum. Item *Abystron* neutro genere urbem in mediterraneo magnae Graeciae invenio apud Ptolemaeum, conjunctim cum Petelia. Itaque dubito, an in Plinio & Pomponio legendum potius sit *Abystron*, quàm *Mystra*, ut in Plinio, aut *Mistrae*, ut in Pomponio. Pintian.

90. *Brutium*] Nunc *Cabo de sciglio.* Olivar.

91. *Consentiam, Pauloniam*] Scribo, *Caulonem*, sive *Cauloniam*, ex Plinio, Strabone, ceteris. Barbarus.

92. *Cauloniam*] Sic & Steph. *de Urbibus.* Solini tamen exc. *Caulona* τριονλλάτως. Schott.

93. *In Brutia sunt*] Aldus rectius, *In Brutio:* vocatur enim *Brutiorum ager, Brutium;* ut Latinorum Latium, Picentium Picenum. Pintian.

94. *Colonia regia Rhegium*] Scribo *Columna*, non *Colonia:* Graeci enim vocant locum eum *Stylidia*, id ex Strabone Antoninoque probavimus in Plinio. Barbarus.

95. *Rhegium*] Nunc *Rezo.* Olivar.

Rhegium, Scylla] Scribo cum duplici *ll* & *ae* diphthongo in penultima *Scyllaeon.* Promontorium est & Statio navium Straboni, Ptolemaeo, Stephano: at Plinio oppidum. Pintian.

96. *Taurinum & Metaurum*] Legebatur in Plinio *Terentum* hoc loco, non *Taurinum:* nos Ptolemaeum & alios Auctores sequuti, *Taurianum* scribimus. Barbarus.

Taurianum & Metaurum] Scopulus est *Taurianus* Ptolemaeo, oppidum Plinio *Tauranium.* Regionis *Tauraniae* super *Thurios* Strabo meminit. Stephanus urbem facit Italiae *Tauriam.* Scribendum item *Metaurus*, non *Metaurum*, ex Strabone, & Plinio. Pintian.

97. *Me-*

rianum, & [97] Metaurum. Hinc in Tuſcum mare eſt flexus, & ejusdem terrae [98] latus alterum. Medama, [99] Hippo, nunc Vibon, [100] Temeſa, [101] Clampetia, Blanda, [102] Buxentum, [103] Velia, Palinurus, olim Phrygii gubernatoris, nunc loci nomen, [104] Paeſtanus ſinus, [105] Paeſtum oppidum, * Silerus amnis, Picentia, Petrae quas Sirenes habitavere, [106] Minervae promontorium, [107] omnia Lucaniae loca; ſinus Puteolanus, [108] Surrentum, Herculaneum, Veſuvii montis aſpe-

97. *Metaurum*] *Teriana*. OLIVAR.

98. *Latus alterum Maticana, Ionum, Iubon, & Emiea*] Erratum quadruplex; ex Plinio, Strabone Ptolemaeo, quos ſecutus, ita lego, *Latus alterum Terina, Hippo, nunc Vibon, Temeſa*. De *Terina*, hoc ſitu, unde *Terineus ſinus*, Strabo Pliniusque à fluvio cognomine, ut inquit Stephanus, *magna* quondam *Graecia* (ut Apollonides ait) vocata, Lycophroni eſt inſula hoc nomine, uni Syrenum *Ligeae* dictae ſacra. De *Hippone* iidem Auctores. Plinius: *Hippo, quod nunc Vibonem, Valentiam appellamus;* ejectis (ut Strabo inquit) Brutiis, mutato à Romanis vocabulo. De *Temeſa*, quam Graeci *Tempſam* vocant, metallis inclyta, clarius eſt, quàm ut adſtipulatorum egeat fide. BARBARUS.

99. *Hippo, nunc Vibon*] Strabo, & Stephanus *Hipponion*, non *Hippo*: Ptolemaeo etiam ſinus eſt *Hipponiates*, procul dubio ab *Hipponio:* quamvis Stephano ratione Analogiae magis placeat ab *Hipponia* deduci. Item Strabo *Vibona* nominat, Ptolemaeus *Vibon*, Plinius quoque *Vibon*. Praeterea puto deſiderari in Mela dictionem, *Valentia*, legendumque, *Vibon Valentia*, ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio, Stephano, apud quem perperam ſcriptum eſt *annibu alentia*, pro *Vibona Valentia*, ſive *Vibon Valentia*. PINTIAN.

100. *Temeſa*] Poteſt quidem legi *Temeſa* ſive *Temeſe*: malo tamen legere *Temeſa* cum Ptolemaeo, Strabone, Plinio. *Prius*, inquit Strabo, *dicta fuit Temeſa, nunc Tempſa dicitur*. IDEM.

101. *Clampetia, Blonda, Buxentum*] Plinius, & ceteri, *Buxentum*, non *Buxentium:* quod Graeci vocant *Pyxunta:* item non *Blonda*, ſed *Blanda*, in quo tamen aeſtimationi locus eſto. BARBARUS.

102. *Buxentum*] Nunc *Belvedere*. OLIVAR.

103. *Velia*] Ptolemaeus plurium numero, *Veliae*. PINTIAN.

104. *Peſtanus ſinus*] Strabo, & Ptolemaeus cum *ae* diphthongo in prima. IDEM.

105. *Paeſtum*] Nunc *Polycaſtro*. OLIVAR.

* *Silerus amnis*] Alii Scriptores modò *Silarus*, modò *Silaris*. BARBARUS.

106. *Minervae*] Nunc *Cabo de Minerva*. OLIVAR.

107. *Opima Lucaniae loca*] Fortè, *omnia Lucaniae loca*. SCHOTT.

108. *Surrento*] Nunc *Sorrento*. OLIVAR.

109. *Pu-*

aſpectus, Pompeji, Neapolis, [109] Puteoli, lacus Lucrinus & Avernus, Bajae, Miſenum, (id nunc loci, aliquando Phrygii militis nomen) Cumae, Liternum, [110] Volturnus amnis, Volturnum oppidum, amoena Campaniae litora; [111] Sinueſſa, [112] Liris, [113] Minturnae, [114] Formiae, [115] Fundi, [116] Tarracina, [117] Circes domus [118] aliquando [11] Circeji, Antium, Aphrodiſium, Ardea, Laurentium, [120] Oſtia, [121] citra Tiberim in

95

100

109. *Puteoli*] Nunc *Puzoli*. IDEM.

110. *Vulturnus*] Nunc *Viltur-no*. IDEM.

111. *Sinueſſa*] Nunc *Seſſa*. IDEM.

Sinueſſa] Stephanus *Sinoeſſa*: in quo falſò legitur Σικελίας, pro Ἰταλίας. Strabo variat, modò *Sinueſſa*, modò *Sinoeſſa* proferens. In Ptolemaei exemplaribus in ora Campaniae falſò etiam ſcriptum eſt *Soeſſa*, pro *Sinoeſſa*. Conſtat enim ex Strabone, *Sinoeſſam* maritimam eſſe civitatem Latii. *Sueſſa* autem altera eſt in mediterraneo ejusdem Campaniae: nam has duas urbes Ptolemaeus *Campaniae*, Strabo *Latio* attribuit. In cujus Graeco codice atrox menda inolevit lib. v. καὶ αὖθις, σατραπόντιον τι καὶ σιλίτραι. Legendum reor & *Soeſſa*, *Coſtra*, *Antiumque* & *Velitra*: ridicula Interpretis tralatione. PINTIAN.

112. *Liris*] Nunc *el Garillano*, fluvius. OLIVAR.

113. *Minturnae*] Nunc Caſtellum, vulgò *Trajectum*. IDEM.

114. *Formiae*] Nunc *Nola*. IDEM.

115. *Fundi*] Nunc *Fondi*. IDEM

116. *Tarracina*] *Gaieta* nunc. IDEM.

117. *Circes domus aliquando Circeji*] Sic diſtinctione ſublata ediderant Sanctius, Schottus & inde propagatae minores editiones. Et rectè ſanè. Voſſius tamen maluit cum Vadiano, Stephaniana in qua notae Olivarii, & minore inde formata diſtinguere, *Circes domus, aliquando Circeji*, profectò peſſime, quum non aliquando, ſed ſemper, ex quo ſemel coepit, nomen illud Circeji obtinuerit: ſed verum eſt credidiſſe Veteres aliquando fuiſſe domum Circes, quod innuit juſta diſtinctio. Planè ut lib. III. cap. 9. *Inſulae Gorgades, domus (ut ajunt) aliquando Gorgonum*. Sed id abſente Voſſio ab Librariis additum. Quot illi, quaeſo, erant? At haec minuta mea cura. Sit ita; modò Voſſius ſaltet cum Vadiano & Olivario, nec extra chorum, quod in me culpat, ſed nunquam didici. Libenter autem vidiſſem Voſſium in plumeis pedibus in choro ſaltantem altaria circum, &c. GRONOV.

118. *Aliquando Circeji*] Plinius lib. III. cap. 5. *Circeji quondam inſula, immenſo quidem mari circumdata, ut creditur Homero, & nunc planitie*, &c. Locus Homeri exſtat *Odyſſ.* κ. Idem & lib. II. cap. 85. SCHOTT.

119. *Circeji*] Nunc *Cercelli*. OLIVAR.

120. *Oſtia*] Nunc oppidum & portus, retinet nomen. IDEM.

121. *Citra Tiberim in hoc latere*

in hoc latere sunt: [122] ultra [123] Pyrgi, Minio, [124] Castrum novum, [125] Graviscae, [126] Cosa, [127] Telamon, [128] Populonia, [129] Cecina, [130] Pi-
105 sae, [131] Etrusca & loca & nomina; * deinde [132] Luna Ligurum, & [133] Tigulia, & [134] Genua, & [135] Sabatia, & [136] Albingaunum; [137] tum Paulo

re sunt] Quatuor postrema verba redundant. Dictum fuerat suprà, *Hinc in Thuscum mare flexus est, & ejusdem terrae latus alterum.* PINTIAN.

122. *Ultra Pyrgi, Anio, Castrum novum*] Mariangelus non *Aniohit*, sed aut *Halium* legit ex Strabone, aut *Alsium* ex M. Catone, Dionysio, Plinio, Antonino, Ptolemaeo. IDEM.

123. *Pyrgi*] Nunc *Civita Vieia.* OLIVAR.

124. *Castrum Novum*] Nunc *Corneto,* IDEM.

125. *Grabus cecosa*] Scribendum *Graviscae Cosa*, ex Plinio, Ptolemaeo, ceteris. BARBARUS.

Graviscae] Nunc *Montalto.* OLIVAR.

Graviscae, Cosa] Ptolemaeus numerò plurium *Cosae*, Stephanus, & Plinius numero unitatis *Cosa*, Virgilius in lib. x. *Cosae*, cum Ptolemaeo, sed unico *s* & prima brevi, *Quique urbem liquere Cosas.* Strabo alternat. PINTIAN.

126. *Cosa*] Nunc *Orbitello.* OLIVAR.

127. *Telamon, Populonia*] Ptolemaeus, Strabo, Plinius, Stephanus, *Populonium.* Virgilius tamen in decimo, *Populonia.*

Sexcentos illi dederat Populonia mater.

PINTIAN.

128. *Populonia*] Nunc *Piumbino.* OLIVAR.

129. *Cecina*] *Cesena* hodie. IDEM.

130. *Pisae*] Nunc *Pisa.* IDEM.

131. *Etrusca*] Nunc *Toscana.* IDEM.

* *Deinde Luna Ligurum & Liguria*] Mariangelus ex Ptolemaeo, & Plinio *Tigulia*, non *Liguria*, rectè. PINTIAN.

132. *Luna*] Nunc *Sarrazana.* OLIVAR.

133. *Liguria*] Nunc *Terra de Genova.* IDEM.

134. *Genua*] Nomen retinet. IDEM.

135. *Sabathia*] Nunc *Savona.* IDEM.

Sabathia & Albigaunum] Legendum *Albingaunum* ex Strabone, & Plinio. In Ptolemaeo depravatè scriptum est *Albigaunum*, pro *Albingaunum.* Sicuti & aliud antè oppidum *Albinimilnion*, cùm legendum sit, *Albion Intimelion* ex Strabone in quarto apertè; reddita causa, quare utrumque ita appelletur. Castigandus itaque Plinius, in quo *Albion Intemelium* legitur pro *Albion Intimelium.* PINTIAN.

136. *Albigaunum*] Nunc *Arbenga.* OLIVAR.

137. *Tum Paulon & Varum*] Lego, *Paulon & Varus*, ex Strabone & Ptolemaeo, adde etiam, si placet, Vibio Sequestre. PINTIAN.

Tum Paulon] Scrib. *Tum Padon & Varus.* Et statim: *Sed Varus, quia Italiam finit, aliquanto notior.* SCHOTT.

138. *Pau-*

138 Paulo & 139 Varum fluminà, utraque ab Alpibus delapsa, sed Varum, 140 quia Italiam finit, aliquanto notius. Alpes ipsae ab his litoribus longè latéque diffusae, primò ad septentrionem 141 magno gradu excurrunt: deinde ubi Germaniam attigerunt, 142 verso impetu in orientem abeunt, 143 diremtisque 144 populis immanibus, 145 usque in Thraciam penetrant.

138. *Paulon & Varum flumina*] Plinius *Padon*, non *Paulon*, ut sit *Padon Padonis*, aut certè *Paulon Paulonis*, omnino alius à *Pado*: quandoquidem Pomponius hoc loco Varum amnem *Padone*; aut si quis ita malit, *Paulone* dicit esse notiorem. BARBARUS.

139. *Varum*] *El Var*, nomen retinet. OLIVAR.

140. *Quia Italiam finit*] Lucan. lib. I. *Pharsal. belli*:

Finis & Hesperiae promoto milite Varus.

Legend. Strabo lib. IV. SCHOTT.

141. *Magno gradu*] Usque ad Adulam montem. OLIVAR.

142. *Verso impetu in Orientem abeunt*] Juxta Noricos, Rhaetios, Vindelicos, Pannonios Superiores & Inferiores, usque ad Mysiam superiorem. IDEM.

143. *Direptisque populis*] In vet. MS. Parisino *diremptisque* reperi, quomodo leg. conjecerat H. Stephanus lib. I. *Schediasm.* cap. 25. Dionysius Afer Graecè hujusmodi effert, μέχρι διὰ γαίης ὁρίζων. SCHOTT.

144. *Populis immanibus*] Quos diximus, & alios videlicet Carnos. OLIVAR.

145. *Usque in Thraciam*] Id est, ad principium Thraciae. OLIVAR.

CAP. V.

GALLIA NARBONENSIS.

1 GALLIAE 2 Lemanno lacu & 3 Cebennicis montibus in duo latera divisa, atque altero

1. *Gallia Lemano lacu*] Strabo cum *a* in fine, & cum duplici *n* *Limennam* appellat, Ptolemaeus cum uno *n* & *e* longo in fine *Limene*. In Strabonis lib. IV. ubi de Rhodani, & Araris coitu disserit, oscitantes Librarii μεγάλας scripserunt, prò λιμνης. Rhodanus enim Lemano lacu excipitur, Plinio, & Pomponio auctoribus. PINTIAN.

2. *Lemanno lacu*] *El lago de Geneva*, sive *El lago de Losana*. OLIVAR.

3. *Cebennicis montibus*] *Le Mont Calvernia* nunc. IDEM

ro [4] Tuscum pelagus attingens, altero Oceanum, hinc à Varo, illinc à [5] Rheno, ad Pyre-
5naeum usque permittitur. Pars Nostro mari appositâ (fuit aliquando Braccata, [6] nunc Narbonensis) est magis culta, & magis consita, ideoque etiam laetior. Urbium, quas habet, opulentissimae sunt, [7] Vasio Vocontorium,
10[8] Vienna Allobrogum, [9] Avenio Cavarum, [10] Arecomicorum [11] Nemausus, [12] Tolosa Tectosagum, [13] Secundanorum [14] Arausio, [15] Sextanorum [16] Arelate, [17] Septimanorumque [18] Baeterrae. [19] Sed anteștat omnes Atacinorum Deci-

4. *Thuscum pelagus*] Diximus esse *Et mare de la Toscana*. IDEM.

5. *Rheno*] *Le Rhin* hodie. IDEM.

6. *Nunc Narbonensis*] Olim vocata *Provincia Romanorum*. IDEM.

7. *Vasco Vocontiorum*] Scribe *Vasio*, non *Vasco*, unde *Vasionenses*, ex Sidonio Apollinari multis locis, praeter ea, quae in Plinianâ ejusdem partis castigatione diximus. BARBARUS.

8. *Vienna*] Nomen retinet, in Delphinatu. OLIVAR.

9. *Avenio Canarum*] Scribo *Cavarum*, ex Plinio, & infrà Pomponio. BARBARUS.

Avenio] Nomen retinet. OLIVAR.

Avenio Cavarum] *Cavaros* tertio ordine nominat Ptolemaeus, *Cuaros* Strabo, *Cavares* Plinius. PINTIAN.

10. *Arecomicorum Nemausus*] Strabo, & Ptolemaeus cum *i* in secunda *Aricomicos*; Ptolemaeus sine *c Aricomios*, & item Strabo, qui aliquando adjecta *s* postremae syllabae *Aricomiscos* nominat. IDEM.

11. *Nemausus*] Nunc *Nismes*. OLIVAR.

12. *Tholosa*] Nomen retinet. IDEM.

13. *Secundanorum*] Id est, ubi erat secunda legio. IDEM.

Secundanorum Aurausio] Scribendum, *Arausio*, ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio. PINTIAN.

14. *Arausio*] *Aurenge*. OLIVAR.

15. *Sectanorum Arelate*] Scribo *Sextanorum Arelate*. BARBARUS.

Sextanorum] Ubi erant milites sextae legionis. OLIVAR.

Sextanorum Arelatae] Sic quidem Strabo cum *ae* diphthongo in fine; Ptolemaeus tamen neutro genere *Arelatum*. PINTIAN.

16. *Arelate*] Nomen retinet, *Arles*. OLIVAR.

17. *Septumanorum Blitera*] Nunc *Besiete*. IDEM.

Septumanorumque Blytera] Ptolemaeus *Baetirae*. Strabo *Biltera*, Plinii vetustus codex *Beterre*. PINTIAN.

18. *Blitera*] Strabo quoque *Blitera*, sed Plinius, Stephanus & Antoninus, *Beterra*. BARBARUS.

19. *Sedanteștaronis*] Distinguendum, *Sed ante stat omnis*, hoc est, Martius Narbo. Plinius, *Narbo*, inquit, *Martius Decumanorum colonia*. Quod autem sequitur, *Atacinorum*, ab Atace fluvio id nomen: quod & Pomponio & Porphyrioni dictum est: ut quidam *Atacinos* Romae hinc nominatos

viri

Decimanorumque colonia, unde olim his terris auxilium fuit, nunc & nomen & decus est, [20] Martius Narbo. [21] In litoribus aliquot sunt cum aliquibus nominibus loca, ceterùm rarae urbes, quia rari portus, & omnis plaga austro atque africo exposita est. [22] Nicaea tangit Alpes, [23] tangit [24] oppidum Deciatum, tangit [25] Antipolis. Deinde est [26] Forum Julii, [27] Octavanorum colonia: [28] tunc post Athenopo-

arbitrentur, ut alibi notabimus. Idem.

20. *Martius Narbo*] Nunc *Narbone*. Olivar.

Martius Narbo] De Narbone elegans exstat Sidonii Apollinaris carmen. Schott.

21. *In litoribus aliquot sunt cum aliquibus nominibus loca*] Mallem legeres *litore*, quàm *litoribus*, vel si placet scribe, *in litore ejus*. Dictio etiam, *aliquibus*, otiosa est. Pintian.

22. *Nicea*] Nunc *Nisa*. Olivar.

Nicea tangit Alpes] Scribendum cum *ae* diphthongo in media, *Nicaea*, ex Strabone, Ptolemaeo, Stephano. Pintian.

23. *Tangit oppidum Deceatum; tangit Antipolis*] Scribendum videtur, *Tangit oppidum Deciatiorum Antipolis*: ut superfluat verbum *tangit* secundo positum, ex Ptolemaeo, cui *Antipolis*, *Deciatiorum* urbs est. Strabo *Deceitas* appellat primo flexu; Plinius modò *Deceatas*, modò *Deciatas*. Posset tamen retineri antiqua lectio, si *Deciatum* legas ex Stephano, cui urbs est Italiae *Deciatum*. Idem.

24. *Oppidum detiacum*] Lego *Deceatum*, ex Polybio, Strabone, Plinio. Barbarus.

25. *Antipolis, deinde forum Julii, Octavanorum colonia, tunc post Antiopolim & Olbiam*] Lego, *Antipolis, deinde forum Julii, Octavianorum colonia, tum Athenopolis & Olbia*, ex Plinio ferè ad verbum. De *Antipoli* verò, & *Foro Julii*, & *Olbia*, Ptolemaeus quoque. De *Athenopoli* & ceteris Plinius. Idem.

Antipolis] Nunc *Ragni*. Olivar.

26. *Forum Julii*] Nunc *Frejo*. Idem.

27. *Octavianorum colonia*] Dele, *Octavianorum*, & illud *post*. Schott.

28. *Tunc post Athenopolis, & Olbia, & Taurois, & Citharistes, & Lacydon*] In citando sanè sequuti sumus editionem Vossii, sed nihil longius à nobis abest, quàm ut persuasi simus scriptum ita fuisse à Mela, & fieri posse, ut in hoc loco sine ineptia criminetur ineptos Librarios. Attende modò, Lector, & brevi tota res decisa erit. Nusquam Mela has duas particulas *tunc post* ita conjungit, sed alterutram modò adhibet. Itaque & Pintianus more suo deleri jussit postremam *post*. Ceterùm solam hanc voculam initio periodi persaepe instar adverbii usurpat. Sed & porro quoque Mela semper ferè praepositionem subnectit voculae *tunc*: ut hoc ipso capite, *tunc ex*, *tunc inter*, & sic passim. Qua ratione igitur fieri potest, ut hoc loco non credamus, particulae eidem *tunc* subnexam particulam *post*, esse positam non quasi adverbium, sed praepositionem? imprimis quum omnia scripta exemplaria per quartum casum efferant sequentia, *tunc post Ante-*

nopolin, & [29] Olbiam, & [30] Tauroin, & Citharistem est [31] Lacydon Massilienſum portus, & in

nopolin & Olbiam & Laurion & citharis tenet macedon, ex quorum poſtremis Barbarus texuit *Glanon & Citharistes &*, ſed pertemerè. Haud dubiè ſcripſit, *Tunc poſt Athenopolin & Olbiam & Tauroin & Citharistem eſt Lacydon.* Conſummatiſſima periodus. Τὸ *poſt* frequentiſſimè in hoc ſcripto adverbium eſt: ſed etiam τὸ *extra*. qua vocula paſſim Auctorem uti poſt egreſſum ex ſinu jam ſuprà declaravimus. An ergo nunquam τὸ *extra* illi placuit conſtructione praepoſitionis? Immò lib. III. cap. 8. *extra ſinum, veruntamen in flexu etiamnum modico Rubri maris.* Omnia docent τὸ *poſt* hîc eſſe praepoſitionem. Quid deploratius apud Antiquos Protheo? quid nunc Voſſio ubique eum exprimente? Qui paſſim ſic crepat veteres codices, ubi aliquid non occurrit ad guſtum, praeferre illis ſolet neſcio quid neſcio unde correptum. In qua ratione quum ſemper occurrat cum riſu adſpernabilis, maximè talem ſe agit in hoc loco, cujus controverſiam totam retulit in accuſativo *Tauroin*, quem non potuit concoquere, ſic ut nec Graecum nec Latinum eſſe pronuntiet, pronuntiaturo, opinor, idem Holſtenio, qui ad Ortelium ſic notaverat [apud Pomponium Melam corrupta haec vox in *Glanon*, ubi MS. *Laurion*. Sed legendum haud dubiè *Taurentum*, vel potiùs Graeca formatione *Taurois*.] Cauſam prodit Voſſius. [*Taurentum* Latini, Graeci *Tauroenta* vocant, & ſic Caeſar.] In quo imitari voluit Melam, *Extra Sipuntum, vel, ut Graji dixere, Sipus*, qui tamen apud Grajos agnoſcit *Opoës*. Sed quid agit Voſſius, quum ſic maculat tempus & chartam & ſepiam? non enim ſcribit. An Caeſar eſt Graecus? Non Graeci magis, quam Latini ſic vocarunt, quippe quibus multa Graeca magis placuerunt, quàm ſua. Talis eſt ipſe noſter Pomponius. Sed quam *Tauroenta* vocant, eam non etiam queunt vocare Tauroin? Pateat analogia; *Taurois*, *Tauroenta*, *Tauroin*, ut *Simois*, *Simoenta*, ut aliquoties apud Virgilium, pro quo tamen Servius dicit in genitivo *Simois*, *ad lib.* I. *Aen.* verſ. 104. etſi illic citet Virgilianum *Simoentis*, quod quum occurrat verſ. 622. ibi tamen dicit *circa fluvium Simoin*. Si haberemus in Latinis aliqua de Selinunte, non ambigo ſimilia repertum iri Σελινόεις, Σελινῦς. Vis ridicula? Scylax vocat Σελινόεντα ἄκρα, quae ut & notavit Voſſius, Heſychio dicitur Σολοεντὶς, Ptolemaeo Σολοεντία ἄκρα: & tamen Voſſius in prima lanugine jam arbitrabatur legendum Σολόεντα. Nonne jam tum inchoavit veridicinam? Videbimus. GRONOV.

29. *Olbia*] Nunc *Eres*. OLIVAR.

30. *Laurion & Citaris tenet, & Lacidon*] Scribo, *Glanon & Citharistes & Halycido*. De *Glano*, & promontorio *Citharista* Antoninus, Plinius. De *Halycidibus* Strabo: id autem verbum *ſalinas* ſignificat. Ad campum, inquit, lapideum vocatum ἐν μέσῳ ὕδατι, καὶ ἁλυκίδες συνίστανται, καὶ ἅλες: fortaſſeque locum eum, aut ſimili natura praeditum ſignificat, quem Antoninus *Salſulas* appellat, 64. milibus paſſ. à Pyrenaeis. BARBARUS.

31. *Halycidon*] Legendum reor *Lacydon* ex Euſtathio. Aeſtimationi locus. SCHOTT.

Lacydon, Masſilienſum portus &

in

in eo ipsa [32] Massilia. Haec à Phocaeis oriunda, & olim inter [33] asperas posita, nunc ut pacatis, ita

in eo ipsa Massilia] Planè ut lib. I. cap. 16. *Portus, cui ex urbe, quam amplectitur, Tisanusa cognomen est.* Ut illic dicitur portus Tisanusa amplecti urbem cognominem, sic nunc in Lacydonte portu statuit esse urbem Massiliam. Verissimè sic eum describi à Mela, & quid velit apparet ex Dionysii *Periegesi* v. 75. ubi scribit,

——— Ἔνθα τε γαῖα,
Μασσαλίη τετάνυσται, ἐπίστροφον ὄρμον ἔχουσα,

Vide illic Eustathium. Cunctatus sui monere quidquam de furto Vossii, quo totam istam notam & emendationem Melae contra Hermolaum ingratè descripsit ex Casaubono *ad Strabonem* pag. 83. Nunc ut indicem, cogit κακία sutilissimi hominis, qua in *Appendice* negat Tisanusam cum Massilia componi posse, quum ipse de spatio Tisanusae aut portus ejus omnino nihil noverit; ac debeamus contenti esse illis, quae tradita sunt in residuis Fragmentis. Vossius tamen probat probatione Vossiana. [At verò minuti portus, qualis est iste Massiliensium, quomodo illi ambire magnas possunt civitates, qualis erat Massilia?] Quo tandem metatore utriusque fuit usus? Ecce rem omnem aperta narratione expressam in *Panegyrico*, qui dictus est Constantino: *Massilia enim, ut audio, in profundum mare prominens, & munitissimo accincta portu: in quem angusto aditu meridianus reflait sinus, mille quingentis passibus terrae cohaereret*, (sic patet fuisse χερρονησίζουσαν, ut ab tribus partibus mari alluereture, & esset in portu) *qua firmissimus & turribus frequens murus opponitur.* Itaque mox refert terra marique admotis machinis, aggeribus exstructis, navalibus praelis saepius oppugnatam, quum Constantini militem *nihil altitudo murorum, nihil creberrimae* (perperam editur *celeberrimae*) *turres nihil loci natura remorata est, quo minus & portum caperes, & urbem continuo, si velis.* Ergo portus ibi primum capiebatur, atque adeo exterior erat, quàm urbs, quam cingebat & in se continebat. Sic Martianus Capella lib. VI. pag. 210. *Oanthe, in quo portus Apollinis.* Nonne in Cilicia memoratur Auctori nostro *Corycos oppidum portu saloque incinctum?* Contrà de Syracusis Cicero lib. V. *in Verrem* cap. 37. GRONOV.

32. *Massilia à Phocaeis*] Phocaeensium coloniam, auctor Herodotus *Clio*. Oppianus *Halieuticis*, & Isocrates in *Archidamo*, Respub. optimis & severissimis legibus temperata: litteris etiam Graecis & Philosophiae studiis clara, quò & Romani tanquam alteras Athenas proficiscebantur. Valerius Maximus, & Strabo lib. IV. Ἐν δὲ τῷ παρόντι καὶ τὰς γνωριμωτάτους Ῥωμαίων πέπεικεν, ἀντὶ τῆς εἰς Ἀθήνας ἀποδημίας ἐκείσε φοιτᾶν φιλομαθεῖς ὄντας. Mollitiei tamen nomine malè audiebant; credebanturque γυναικοπαθεῖν, teste Athenaeo. Hinc Plautus *Casina Massilienses mores* vocat molles: tamenetsi secus Chiliastes. SCHOTT.

33. *Asperas posita*] Τὰ *posita* obelo fodio, ut glossema, *Gentes* ἀπὸ κοινῆς repetendum; & verbum aliquod exaudiendum: quis enim concisum Melae dicendi genus non observavit? Infrà verò, *has intrat*; & post, *ingentis alio-*

Ita disſimillimis tamen vicina gentibus; mirum quàm facilè & tunc ſedem alienam ceperit, & adhuc morem ſuum teneat. Inter eam & Rho-
30 danum 34 Maritima Avaticorum ſtagno aſſidet.
35 Foſſa Mariana partem ejus amnis navigabili alveo effundit. Alioquin litus ignobile eſt,
36 lapideum, ut vocant; in quo Herculem
37 contra Albiona & Bergion, Neptuni liberos, dimi-

qui alvei tenent, etiam expungo. A Librariis enim intempeſtivè intruſa ſunt ex ſcholiis. IDEM.

34. *Maritima Avaticorum ſtagno aſſidet*] Legendum fortaſſe non *ſtagno aſſidet*, ſed *ſtagnum Aſtromela*. Cujus, ut celebris, mentio apud Plinium, & Stephanum: qui non *Aſtromela* nominat, ſed *Maſtramelle*, tum ſtagnum, tum civitatem ejusdem nominis per *a* in tertia à fine, & duplex *ll*, & ita in Plinio legendum videtur. PINTIAN.

35. *Foſſa Mariana*] *Aigues mortes*. OLIVAR.

36. *Lapideum ut vocant, in quo Herculem contra Albiana*] Scribendum *Albiona*. BARBARUS.

37. *Contra Albionem & Bergiona*] Enimvero dignum politiſſimo Pomponio nitorem! ut ejusdem declinationis duos caſus ſic variata terminatione efferret, nulla prorſum ſuavitatis gratia? Quis hoc credat? Atqui jam olim hîc lectum *Albiana*, unde Barbarus monuit legendum *Albiona*. Immò ipſe etiam in MS. legi clarè *Albiona*, habetque jam Juntina editio & MS. Mediolanenſis, nec aliter citabat Voſſius pater in lib. 1. *de Idololatria Gentil.* cap. 35. Itaque hoc pro certiſſimo habendum. Alterum *Bergiona* planè fictum falſumque eſſe apparet vel inde, quod Voſſius teſtetur in aliis veteribus libris legi *Gergion*; tum etiam ex Graecis fabulatoribus, qui hunc poſtremum vocant Δέρκυνον, hoc eſt, vocabulo tertiae declinationis. Ergo certè in MS. perſpicuè legi *Bergion*. Itaque ſecurè & propter has rationes abhinc edatur *Albiona & Bergion*. Sed & praecedentia nullum habent nexum, & duntaxat, ſi probare volumus correctionem Voſſii, ſcribendum eſt diſtinguendumque, *Alioquin litus ignobile. Eſt lapideus (ut vocant) campus*, Campus enim nec ille eſt ignobilis, & facit, ut litus ſatis ſit nobile. An debebat credi fieri poſſe, ut his obſtreperetur. Dicit tamen Voſſius. [Hanc lectionem, *nempe Albionem & Bergiona*, è ſuis libris dederunt & Vinetus & alii.] Hoc mendacium eſt. In nullis libris eam aut ipſi aut ulli alii invenerunt: invenisſem enim & ipſe: immo nec Voſſius de uno quodam ſuo id teſtari ſuſtinuit. Hinc addit [*Albiona* an *Albionem* utrum legas perinde eſt] non illi, qui Melam legere vult, ſed qui neſcio, cujus impuras & inquinantes & planè Voſſianas manus, ut eſt iſta ipſa Latinitas. Egone autem dicendus ſum audacter reponere *Bergion* pro *Bergiona*, quum iſta poſtrema *a* ſit in nullo codice, quum ipſe teſtetur alios veteres libros legere *Gergion?* An non debet abjici & expelli, quod injuſtè & iniquè invaſit? Juntina jam habet *Bergion*, nec aliter MS. quem citavi ex Mediolano; imo jam editio Veneta

dimicantem cùm tela defecisſent, ab invocato Jove adjutum imbre lapidum ferunt. Credas pluisſe, adeò multi pasſim & latè jacent. [38] Rhodanus non longè ab Iſtri Rhenique fontibus ſurgit: deinde Lemanno lacu acceptus tenet impetum, ſeque [39] per medium integer agens, quantus venit egreditur; & inde contra occidentem ablatus, aliquandiu Gallias dirimit: [40] pòſt curſu in

neta anni 1482. 15. Calend. Auguſti, quam in Muſeo eruditiſſimi Deinotii conſului. Ita ut quod Voſſius in *Obſervationibus*, citans *contra Albionem & Bergiona*, ſcribit, nonnullos veteres libros legere, *Bergiona*, quaſi in illis exiſtant *Albionem & Bergiona*, eam vivus non videatur vidisſe, ſed fortaſſe nunc. Nam in quibus libris legitur *Bergiona*, in iisdem legetur quoque *Albiona*, ut lego in membrana, quam mihi donavit politiſſimus ille vir, cujus modo indulgentiam erga me laudavi. Quid quod eandem terminationem Graeci velint. An verò Δ & Β miſceri mirabimur, qui in libro primo vidimus ab Voſſio amari Bechiros, quos MSS. vocant Diſcheros? Dercynum aut Bergium nemo cogitare poteſt niſi iſtud intolerabile παιπὸν Voſſii. Quae ſtatuit in poſteriori parte, omnia ſunt ſtupendae ineptiae. Explicat enim, ut ipſe diſtinguit. [Dicit Mela litus hoc lapideum & annexos huic campos lapideos fore ignobiles, niſi foſſa eſſet Mariana, qua parte Rhodani illuc tranſlata, campi iſti irrigantur.] Quid primum mirer? Ubi ſtatuitur litus lapideum? Ut Mela campum lapideum, ita Euſtathius ad Dionyſium λίθινον πέδον: nihil de litore. Etiam campos lapideos ignobiles fore non dicit Mela: falſum eſt. Fuit campus lapideus nobilis ante foſſam Marianam. Docent Graeci, docet Hercules. Porro an foſſa Mariana ducta fuit ob irrigationem? an ſine foſſa fuiſſent hi campi ſteriles & inutiles? Quid audio ſtultiſſimi commenti? Aliter Solinus cap. 2. *C. Marius bello Cimbrico factis manu foſſis invitavit mare; perniciosamque ferventis Rhodani navigationem temperavit:* quae citat Harduinus *ad Plinii lib.* III. addens, quo in Rhodanum naves è mari facilius ſubirent, quibus aegrè aditus eſſet in amnem per orientale oſtium, quod id erat navigiorum vix patiens. Sed & is tamen Campos ibi lapideos novit. Gronov.

38. *Rhodanus*] Nunc *La Rosne*. Olivar.

39. *Per medium integer agens*] Rhodanus & Arar ex Alpibus decurrit, & inſulam Deltae forma efficit; Polybio lib. III *Hiſt.* ubi Sipontinus ex Mela haec addidit, quae in Graecis non comparent; videturque *per medium iter agens* legiſſe. Vide Amm. Marcell. lib. XV. *Hiſt.* Schott.

40. *Pòſt curſu in Meridiem abducto, hac intrat*] Scribendum reor, *hanc intrat*; hoc eſt, Narbonenſem, quod innuit Strabo his verbis: *Deinceps de Aquitanis & de attributis illis gentibus Gallicis numero* XIV. *dicendum eſt, quae inter Garumnum & Ligerin habitant, ex quibus nonnullae Rhodani amnis aſſumunt regionem camposque Narbonenſes.* & Caeſar in *Commentariis*;

in meridiem abducto, hâc intrat, accesſuque aliorum amnium jam grandis, & ſubinde grandior inter [41] Volcas & [42] Cavaras emittitur. Ultrà ſunt ſtagna Volcarum, Ledum flumen, caſtellum Latera, [43] Meſua collis incinctus mari penè undique; ac, niſi quòd anguſto aggere continenti annectitur, inſula. Tum [44] ex Cebennis demiſſus [45] Arauris juxta Agathan, [46] ſecundum Baeterras Orbis fluit. [47] Atax ex Pyrenaeo monte degreſſus, quâ ſui fontis aquis venit

riis, lacu Lemano, & Rhodano fluvio Provinciam Romanorum ab Helvetiis dirimi ait. PINTIAN.

41. *Volcas*] Eos qui apud Montem Peſſulanum agunt. OLIVAR.

42. *Cavaras*] Avenionenſes. IDEM.

43. *Meſua collis incinctus mari*] Nihil muto, ſed Ptolemaeus *Segiam* montem, ſive *Setium* vocaſſe hunc videtur, Strabo *Sigium*, contra inſulam *Blasconem*, Ptolemaeus, *Agatham* enim objectam facit, non Blasconem paulò remotiorem. Hic autem mons *Pullerius* appellatur hodie, ut ferè credi video. BARBARUS.

44. *Ex Gebennis demiſſus Arauris*] Strabo *Rauraris*, Ptolemaeus *Araurias*, ſive *Araurios*. PINTIAN.

45. *Arauſus juxta Acatam*] Strabo *Arauraris*, ſive *Rauraris*, *juxta Agatham*, Ptolemaeus autem, *Araurius juxta Agathopolin*. Differt autem omnino *Arauraris* ab *Arari*, eadem provincia, ut conſtat. BARBARUS.

46. *Secundùm Blyteras Obris fluit*] Legendum, ut dictum eſt, *Bilteram*, ex Strabone, & Ptolemaeo; cui *Orobis* fluvius eſt, ceteris cum Pomponio *Obris*. PINTIAN.

47. *Atax . . . . exiguus*] Lucanus lib. 2. *Pharſal.*

Mitis Atax Latias gaudet non ferre carinas.

Sed natalibus Varronis Atacini clarior. Mox, *ſe tendens*, pro *tenens*, legit Pint. quod, quoniam Melae peculiaris phraſis eſt, non damno. SCHOTT.

Atax ex Pyrenaeo monte degreſſus] Non putavi hîc opperiendum conſenſum à libris ſcriptis, quin ſic ederem, non *digreſſus*, ut retrò factum. Ne hîc quidem ſe continet Voſſius; ſed detrectationis vitio in naturam transgreſſo, non loquitur, ſed bacchatur de duabus his particulis. Quod quidquid ſit, Rhenanus locupletior Voſſio teſtis ſcribit ad Tacitum lib. 1. *Hiſt.* cap. 61. *Peninis jugis degredi juſſus* [Codex MS. pro *digredi* plerumque habet *degredi* &c.] Ad eundem Tacitum lib. IV. *Annal.* cap. 49. *degrediebantur* ex unico MS. reſtituit Pichena, illic laudans in ſimili cauſa Sigonium. Id ſi in Mela locum non habet; cur igitur modò antè dixit *ex Gebennis demiſſus*; cur lib. III. cap. 2. *ex Pyrenaeo monte delapſus?* cur lib. 1. cap. 18. *ab Iadeo monte demiſſus?* cur toties *defluere* vel *devolvi?* Sed Voſſio etiam *deductus* & *diductus* pro iisdem habentur ad lib. III. cap. 6. quod nulli Latino. GRONOV.

48. *Exi-*

nit, [48] exiguus, vadusque est; [49] & jam ingentis alioquin alvei tenens, nisi ubi Narbonem attingit, nusquam navigabilis: sed cùm hibernis intumuit imbribus, usque eò solitus insurgere, ut se ipse non capiat. Lacus accipit eum [50] Rubresus nomine, spatiosus admodum, sed quâ mare admittit, tenuis aditu. Ultrà est [51] Leucata, litoris nomen, & [52] Salsulae fons, non dulcibus aquis defluens, sed salsioribus etiam quam marinae sint: juxtà campus minuta arundine gracilique perviridis, ceterùm stagno subeunte suspensus. Id manifestat media pars ejus, quae abscisa proximis, velut insula natat, pellique se atque attrahi patitur. Quin & ex iis, quae ad imum perfossa sunt, suffusum mare ostenditur. Unde Grajis nostrisque etiam Auctoribus, verine ignorantia, an prudentibus etiam mendacii libidine, visum est tradere posteris, in ea regione [53] piscem è terra penitus oriri, qui ubi ex alto hucusque

48. *Exiguus vadusque, & ingentis alioquin alvei tenens*] Lego, *exiguus, vadosusque, & ingenti se alioquin alveo tendens.* PINTIAN.

49. *Et ingenti alioquin alvei tenens*] Non dubito, quin foedè hanc scripturam invertat Pintianus: sed etiam, an haec sit manus Pomponii, dubito. Nam in duobus MSS. legitur *etiam ingentis*, quae scriptura cur potest cuiquam non placere? Imò verò est, cui displiceat, Vossius: qui in hoc animadvertendo tam fuit attentus, quàm si cantilenas in choro sorberet. Scribit enim, sic me reformare hunc locum, *etiam ingentis alioquin alvei capax.* Scilicet illi perinde est, tum *tenens*, tum *capax*. Deinde an quum sic notavi, aliquid conjunxi, aut separavi? Pergit autem ille, quum concessisset in pluribus ita legi libris, scribere (jam sic distinguendus erat locus; *exiguus vadusque est etiam, ingentis alioquin alvei capax.*) Ingratus est, qui me excitante cogitur ad commata ponenda (en laboris Vossiani specimen!) nec tamen amat. GRONOV.

50. *Rubresus nomine*] *Rubrensem* vocat Plinius, nisi mendosus codex est, cap. 4. lib. III. *Flumen*, inquit, *Atax è Pyrenaeo Rubrensem permeans lacum: Narbo Martius Decumanorum colonia* XII. M. *passuum à mari distans.* SCHOTT.

51. *Leucata*,] Nomen retinet. OLIVAR.

52. *Salsulae*] Nomen retinent, nunc *Salses.* IDEM.

53. *Piscem è terra*] T. Livius lib. II. *Annal. In Gallico agro, quà*

que penetravit, per ea foramina ictu capulantium interfectus extrahitur. Inde est [54] ora Sordonum, & parva flumina [55] Telis, & Tichis; ubi accrevere, persaeva: colonia [56] Ruscino, [57] vicus Eliberri magnae quondam urbis, & magnarum opum tenue vestigium. [58] Tum inter Pyrenaei promontoria [59] Portus Veneris est sinu Solso, & [60] Cervaria locus, [61] finis Galliae.

quà induceretur aratrum, sub exsistentibus glebis pisces emersisse. SCHOTT.

54. *Ora Sordonum,*] Plinius, *Sardonum.* BARBARUS.

55. *Thelis & Thicis ubi accrevere immania fiunt, Ruscino,* &c.] Sic Aldus. Lego, *Thelis & Thicis, ubi accrevere, immania. Sunt Ruscino,* &c. PINTIAN.

56. *Ruscino*] *Perpinnam* hodie, caput Comitatus Rosilionis. OLIVAR.

57. *Vicus Eliberre*] Graeci ferè scribunt *Iliberris*, ut Ptolemaeus: nam & Strabo *Ilibirris*, ποταμὸς Ὀιλιβίρις, πόλιν ἔχων ὁμώνυμον. Nos *Eliberri*, & *Iliberri*, quidam *Illiberris* & *Illiberri*, sed prior scriptura melior. Fuit & in Baetica oppidum hoc nomine, quod nunc opulentissimum est, & *Granatam* vocari, quemadmodum & regionem ipsam, putant, cùm aliis argumentis, tum illo maximè, quòd ejus urbis porta una in hodiernum quoque diem Eliberris appellatur *la puerta de Elvira:* id maximè compertum hoc anno est, cùm ea civitas in potestatem Hispaniae Principum concesserit, Mauritanis, qui DCCC. ferè annos occupaverant, obsidione longa in deditionem compulsis. BARBARUS.

58. *Tum inter Pyrenaei promontoria portus Veneris in sinu salso,* &c.] Scribo diversa & ratione, & dispunctione: *Tum in Pyrenaei promontorio templum Veneris, & in sinu salso Cervaria,* &c. Nam omnes in hoc tractu *Pyrenaei promontorium*, & in eo *templum Veneris* noscunt, nemo *portum.* Praeterea, an sit dictio illa, *salso*, adjectitia, dubito. PINTIAN.

59. *Portus Veneris*] *Cap de Creus* hodie. OLIVAR.

60. *Cervaria*] Nunc *Cobliure,* IDEM.

61. *Finis Galliae.*] Amicus quidam meus haec à Librariis adscripta de more putabat: quod ut crederem nondum à me impetrare potui. Sic enim super. cap. *Varus Italiae finis:* & proximè, *Junonis promontorium finit Europen*, & alibi saepè. SCHOTT.

CAP.

CAP. VI.

HISPANIAE ORA CITERIOR.

[1] PYRENAEUS primò hinc in Britannicum procurrit Oceanum; [2] tum in terras fronte conversus, Hispaniam irrumpit, & minore ejus parte ad dextram excluſa, trahit perpetua latera continuus, per omnem donec provinciam longo limite immiſſus: [3] in ea litora, quae occidenti ſunt adverſa, perveniat. Ipſa Hispania, [4] niſi quâ Gallias tangit, [5] pelago undique incincta eſt: [6] ubi illis adhaeret, [7] maximè anguſta, paulatim ſe in Noſtrum & Oceanum mare extendit, [8] magisque & magis latior ad occidentem abit, ac fit ibi latiſſima: viris, equis, ferro, plumbo, aere, [9] argento auroque

1. *Pyrenaeus hinc*] Hoc eſt, ex Capite Veneris in Britannicum Oceanum excurrit, id eſt, mare Oceanum fontis Rabiae. OLIVAR.

2. *Tum in terras fronte converſus Hiſpaniam irrumpit*] Nam duo maxima ramenta ex Pyrenaeo irrumpunt: alterum vocatur *Idubeda* mons, alterum, *Oroſpeda*. IDEM.

3. *In ea litora, quae Occidenti ſunt adverſa*,] Nam *Idubeda* usque ad Portugalliam protenditur. Varia ſortitur nomina ex gentibus juxtà habitantibus. In primis vocatur *La Sierra Datiença*: deinde, *Sumo Sierra*: tum, *El puerto de la Tablada*: poſtea, *La Palomera davila*: hinc, *El puerto del Colmenar*, & *El puerto del Pico*: deinde, *El puerto de Tornavacas*. Hinc procurrit usque ad mare occidentale in Portugallia, & *Frominens* mons vocatur, *El monte de la Strella*. IDEM.

In ea litora, quae Occidenti ſunt adverſa] Poſſet etiam legi, & commodiùs, *obverſa*. PINTIAN.

4. *Niſi qua Gallias tangit*] Indicat totum tractum Pyrenaei à promontorio Veneris, quod eſt *Cap de Creus*, usque ad fontem Rabiam. OLIVAR.

5. *Pelago*] A Meridie, mari noſtro; à Septentrione, mari Britannico. IDEM.

6. *Ubi illis adhaeret*] Illis videlicet Galliis. IDEM.

7. *Maximè anguſta*] Haec videbis in plano, & in globo. IDEM.

8. *Magis magisque latior ad Occidentem abit*] Praecipuè in medio, à Capite Finis-terrae usque ad Carthaginem novam. IDEM.

9. *Argento auroque tam abundans*] Aldus, *argento auroque: & tam abundans*. Scribo, *argento auroque etiam abundans*. Nam quia tribuerat Hispaniae copiam ferri, plumbi, aeris: ne quis putaret eorum tantum metallorum copiam habere, adjecit, *argento etiam*

que [10] etiam abundans, & adeò fertilis, ut ſicubi ob penuriam aquarum effoeta ac ſui diſſimilis eſt, [11] linum tamen aut ſpartum alat. [12] Tribus autem eſt diſtincta nominibus; parsque ejus Tarraconenſis, pars Baetica, [13] pars Luſitania vocatur. [14] Tarraconenſis altero capite Gallias, altero [15] Baeticam [16] Luſitaniamque contingens, omari latera objicit Noſtro, quâ meridiem; quâ ſeptentrionem ſpectat, Oceano. [17] Illas fluvius [18] Anas ſeparat, [19] & ideo Baetica maria utraque proſpicit; [20] ad occidentem, Atlanticum; ad meridiem Noſtrum. Luſitania Oceano tantummodò

etiam auroque abundare. PINTIAN.

10. *Tam abundans,*] Rectius, *auroque etiam abundans*, prò *Tholabin*, alii *Thalabin* reponunt. SCHOTT.

11. *Linum aut ſpartum alat*] Juſtin. lib. ult. *Jam lini ſpartique vis ingens.* Plinius, & alii. Hinc credo & Ptolemaeo, & Appiano Carthago nova, Conteſtanorum, σπαρτάγη, hoc eſt, *Spartaria*. à ſparti copia appellatur. IDEM.

12. *Tribus diſtincta nominibus*] Dividitur Hiſpania in Hiſpaniam Tarraconenſem, Baeticam, & Luſitaniam. OLIVAR.

13. *Pars Luſitania vocatur.*] A *Iuſu* Liberi patris, aut *Lyſa* cum eo bacchantium: auctor Varro apud Plinium lib. III. cap. I. à ludo ſcilicet, aut λύσσῃ furore bacchantium. L. Andreas Reſendius, Luſitanus, vir omnis antiquitatis peritiſſimus, ſic explicat, à *Luſo* Liberi filio, aut *Lyſa*, ſocio nomen fortitum. A quo invitus facio ut diſſentiam. *Lyſitaniam* etiam per *y* ſcribi idem, ex Steph. *de Urbib.* Inſcriptionibus marmorum, & L. *In Lyſitania.* D. *de Cenſibus* erudite docet Comm. in Vincentium ſuum. SCHOTT.

14. *Tarraconenſis altero capite Gallias*] Gallias ex parte Pyrenaeorum. OLIVAR.

15. *Baeticam*] Verſus Caridemum promontorium, nunc dictum *Cabo de Carbonero.* IDEM.

16. *Luſitaniamque contingens*] Prope Guadalupe, usque ad Doriam fluvium. IDEM.

17. *Illas*] Videlicet Luſitaniam & Baeticam. IDEM.

18. *Ana*] Legendum iſto modo, & non *Anas.* Vulgo dicitur *Guadiana*, vocabulo Sarracenico: nam *Gua* Lingua Arabica ſonat aquam: fluvius iſte dividit Baeticam à Luſitania. IDEM.

19. *Et ideo Baetica maria utraque*] Id eſt, noſtrum & Oceanum: noſtrum à freto usque ad Caridemum promontorium, quod eſt caput *de Gora:* Oceanum à freto usque ad Anam. IDEM.

Et ideo Baetica maria utraque proſpicit] Duae primae dictiones falſò additae ſunt. PINTIAN.

20. *Ad Occidentem Atlanticum, ad Meridiem noſtrum*] Scribo, *ab Occidente Atlanticum; à Meridie noſtrum*, ut lib. I. *Tribus hanc à partibus tangit Oceanus. Eous ab Oriente; à Meridie Indicus; à Septentrione Scythicus.* Par menda protinus. IDEM. 21. *Sed*

modò objecta est, [21] sed latere ad septentriones, 25
[22] fronte ad occasum. Urbium de mediterraneis in Tarraconensi clarissimae fuerunt [23] Pallantia & [24] Numantia, nunc est [25] Caesarauguſta: in Lusitania [26] Emerita: [27] in Baetica [28] Astigi, [29] Hispal, [30] Corduba. At si litora legas, [31] à Cer- 30
varia proxima est rupes, [32] quae in altum Pyrenaeum extrudit: [33] dein Tichis flumen ad [34] Rhodam, [35] Clodianum ad [36] Emporias: tum [37] mons Jovis, cujus partem occidenti adversam, emi-

21. *Sed latere ad Septentrionem, fronte ad Occasum*] Lego, *sed latere à Septentrione, fronte ab Occasu.* Idem.

22. *Fronte*] Videlicet *Cabo de San Vicente.* Olivar.

23. *Pallantia*] Nunc *Palentia.* Idem.

24. *Numantia*] Nunc *Soria.* Idem.

25. *Caesarauguſta*] Nomen retinet, in regno Aragonum. Idem.

26. *Emerita*] Nunc *Merida la grande.* Idem.

27. *In Baetica Astygi*] Ptolemaeus *Astygis*, Plinii vetus codex *Astygi*, uterque cum *y* in penultima; idque expoſcere videtur Etymologiae ratio. Pintian.

28. *Astigi*,] Nunc *Ecca.* Olivar.

29. *Hispalis*] Nunc *Sevilla.* Idem.

30. *Corduba.*] Nomen retinet. Idem.

31. *A Cervaria proxima est rupes*] Distinguendum, *à Cervaria*, hoc est, poſt Cervariam, de qua paulò antè dictum fuerat in Narbonensi: *Cervaria*, inquit, *locus, finis Galliae.* Barbarus.

A Cervaria proxima est rupes, quae in altum Pyrenaeum extrudit:] Emendatior lectio, *quam in altum Pyrenaeus extrudit*: nam magis est rationi consentaneum magisque è sensu communi, quod minus est extrudi à majore, quàm retrò. Pintian.

32. *Quae in altum extrudit:*] Qui me audiet, audiet autem, qui rationi auscultabit, nihil mutabit. Latina enim & elegans formula: ut, *quòd benè vertat*, pro vertatur; aliaque sexcenta melioris notae Scriptoribus usurpata, saepe etiam affectata. Sic Juvenalis. Schott.

33. *Deinde Thicys flumen ad Rhodam,*] Stephanus *Rhodem*, quod idem est, Ptolemaeus *Rhodipolin*, Strabo *Rhodopen.* Alioquin *Rhodope*, urbs est Ioniae, Stephano. Praeterea in codice vetusto Plinii *Ticher* est hic fluvius, non *Tichis.* Pintian.

34. *Rhoda*] Nomen retinet. Olivar.

35. *Clodianum ad Emporia*] Ptolemaeus *Emporias*, & item Silius. *Phocaïcae dant Emporiae.* Plinii quoque vetus codex non aliter legit. Stephanus urbem *Emporium*, Massilienſium aedificium, Galliae attribuit, non Hispaniae. Pintian.

36. *Emporia:*] Nunc *Ampuries.* Olivar.

37. *Mons Jovis*,] Nunc *Monivi.* Idem.

38. *Quae*

35 eminentia cautium, 38 quae inter exigua ſpatia ut gradus ſubinde conſurgunt, 39 Scalas Hannibalis appellant. Inde ad Tarraconem parva ſunt oppida, 40 Blanda, Eluro, 41 Baetulo, 42 Barcino, 43 Subur, Tolobi: parva flumina, 40 Baetulo juxta Jovis montem, 44 Rubricatum in Barcinonis litore, 45 inter Subur & 46 Tolobin Ma-

38. *Quae inter exigua ſpatia*] Probatior lectio, *quae intra exigua ſpatia*. PINTIAN.

39. *Scalas Annibalis*] Nunc *les Coſtes de Garraf*. OLIVAR.

40. *Blandeluro*,] Scribendum, *Blanda Illuro*, ſive *Blanda Eluro*. De hoc & III. Plinii volumine. BARBARUS.

Blanda] Nunc *Blanes*. OLIVAR.

Blanda, Illuro] Ptolemaeus *Diluro*, Stephanus *Ilurgia* penultima producta, Plinii codex antiquus *Iluro*. Omnes cum uno *l*. PINTIAN. Diximus *Iluronem* appellari à Stephano *Ilurgian:* ſed cùm Ptolemaeus ſtatuat in mediterraneo Baeticae oppidum, nomen *Ilurgis*, vocari, non abſurdè in dubium poſſet, ſitne potiùs *Ilurgia* Stephani, quae eſt *Ilurgis* Ptolemaeo; quàm quae eſt *Iluro* Pomponio. IDEM.

41. *Baetullo*,] Nunc *Beſon*. OLIVAR.

Betullo, Barchino] Ptolemaeus cum *ae* diphthongo in prima, & unico *l*, *Baetulo:* & *Barcino* ſine adſpiratione Ptolemaeus & Plinius: etſi Plinius *Barcine* appellat, non *Barcino*. PINTIAN.

42. *Barchino*,] Nunc *Barcelona*. OLIVAR.

43. *Subur*,] *Siges* hodie. IDEM.

44. *Rubrica tum in Barchinonis litore*] Scribo *Rubricatum*, ita enim vocatur amnis Plinio, Ptolemaeoque, unde *Rubricata* oppidum. BARBARUS.

Rubricatum] Nunc *Lobregat*. OLIVAR.

45. *Inter Subur & Tholobin majus*] Hîc etiam haereo, habeam ne pro legitimis haec verba, an potiùs pro nothis & ſubditititiis. PINTIAN.

Inter Subur & Tholobin majus] A gloſſa eſt, vel Librarii oſcitantis ſomnium: quare in inſulam deportetur. Apparet, ſi conjectare licet, ſuprà paulò ſic interpunxiſſe: *Subur, Tholobi, parva flumina:* ut igitur Geographiam ſcioli locupletarent, & ob prolata pomoeria Imperatores fierent; totidem majora fl. commenti, addiderunt. O homines nimis largos! SCHOTT.

Inter Subin & Telobin amnes Tarraco urbs] Hac mutatione eximiè ſe habere effectam rem putat Voſſius contra haeſitationem Pintiani, quum profectò nihil mihi videatur occurrere poſſe abſurdius. Quid enim? an Mela deſcribet ſitum *Tarraconis* tribus fluviis cinctum, *Subi, Telobi*, & *Tulci?* immò ſi id jam concedatur voluiſſe, cur non ordine & junctim & eodem narrationis proceſſu eos deſcripſit? quaſi verò quum eam inter *Subin* & *Telobin* amnes poſuiſſet, tunc adhuc addi debuerit à *Tulci* modico amne eam ſuper attingi. Et ſic audet corrigere in Pomponio ille, qui tranſcriptores Melae ante aliquot ſecula reprehendit lib. II. cap. I. & ſeq. idque ob hanc quoque cauſam, quod eum offenderet intempeſtiva repetitio vocis *terra*. Denique moleſtiſſima prorſus eſt vox *amnes*, quae non magis apponi debuit his duobus, quàm prae-

Majus. 47 Tarraco urbs est in his oris maritimarum opulentissima: 48 Tulcis eam modicus

praecedentibus *Rubricato* & *Baetulloni*: & quis ultro non videt, esse ea nomina fluminum, quod clarè praemiserat? Mihi dubium nullum est, quin τὸ *majus* sit appellatio fluvii ibidem, licet ignoti, scripseritque Auctor, *Parva flumina, Baetullo juxta Jovis montem, Rubricatum in Barcinonis litore, inter Subur & Telobin* (urbes nempe, quas suprà nominatas nunc repetit, ut repetiit *Barcinonem*, quum prope illas litora per hos amnes secentur) *Majus* nempe tertii fluminis nomen, post quod sequitur Tulcis prope Tarraconem. Litus illud in hodiernae Hispaniae Tabulis impletur laceraturque frequentibus fluviis; at in antiquae prorsus ab Sansonio nulli ponuntur, nisi *Rubricatus*, *Subis*, *Telobis*, *Tulcis*, non secus ac nuper illi fluvii demum exsistere coepissent. Non vacat ulterius inquirere. Inquirit ergo Vossius, planè ut tortor. Nam primò dicit me rogare, an Mela tribus fluviis *Tarraconem* cingi scripsit? Sic *Tarraco* & *situs Tarraconis* idem illi est. Et tamen nihil nisi id ipsum ostendit Vossius, nempe inter duo flumina *Subin* & *Telobin* sitam esse Tarraconem, quum ipsam praeterfluat *Tulcis*. Nihil affirmat, nisi quòd ego quaesivi. Ubi autem Mela dicit *Tiber* & *Clodianum* esse ignobilia flumina? post haec demum sequuntur, quae vocat parva flumina. Qui verò possum dici fingere aliquod flumen, ex quo licet Vossius nunquam biberit. non ideo potest dici non exsistere, quum Mela id appellaverit, ut testantur omnes prisci codices. Qui autem insusurravit Vossio, à semidoctis hoc esse mutatum Librariis? Certè ratio ejus tota est irrationalis. Scilicet [privam secuti distinctionem cùm *Telobis* parva praecederet, existimarunt alteram deesse, quae nominaretur *Telobi majus.*] Eximiè nasutum! Sic iidem qui *Telobin* crediderunt feminino genere dici, ii tunc, quum id crederent & ita usurparent, tamen redegerunt mox ad neutrum. Haec non viri probè eruditi, sed mulionis pronuntiatio. Quaenam fuit, aut est prava distinctio in MSS. qui ferè habent nullam? Quomodo autem potuerunt separare *Telobis parva?* idque quum in eodem sensu praemitterentur *parva oppida?* Porto si peccavi, non Librarios secutus sui & eorum errorem, sed Vossianam Editionem, quae *super* construit cum *Tulci*. Et quid erit ex distinctione Vossiana *super?* versus Meridiem procedit ordo Melae. Et id dicetur *super* apud Geographos veteres Septentrionalia semper vocare solitos superna & editiora? ut lib. III. cap. I. *Cetera super Tamarici incolunt*, & cap. 3. *Super Albin Codanus sinus*. Imò manifestè docet Mela *Tulcin* esse *Tarraconi* ad Septentrionem. Itaque quum nil nisi stolidum ad haec proferre potuerit Vossius, omnia ineptiarum ejus vestigia delevi, vero repositio. Gronov.

46. *Tholobin*] Ptolemaeus *Telobin*. Barbarus.

47. *Taraxo*] Scribe *Tacaco*; unde nomen provinciae. Hanc, inquit, urbem duo attingunt amnes, Tulcis exiguus desuper, & Hiberus ingens deorsum. Idem.

Tarraco] Nunc *Tarragona*. Olivar.

48. *Tulcis eam modicus amnis fuper*] Scribendum videtur *fursum* potiùs, quàm *super*; sequitur enim confestim, *Ingens Iberus deorsum*. Pintian.

cus [49] amnis ſuper, ingens [50] Iberus Dertoſam attingit. Inde ſe in terras pelagus inſinuat, & primùm magno impetu admiſſum, mox in duos ſinus promontorio, quod [51] Ferrariam vocant, finditur. Prior [52] Sucronenſis dicitur, majorque, ac magno ſatis ore pelagus accipiens, &, quo magis penetratur, anguſtior, [53] Saetabim, [54] & [55] Turiam, & [56] Sucronem non magna excipit flumina: urbes complexus, & alias quidem, ſed notiſſimas [57] Valentiam, & Sa-

Tulcis eam modicus amnis ſubit, ingens Iberus Dertoſam attingit.] Vulgati codd. *amnis ſuper, ingens Iberus deorſum attingit.* Nos *ſubit* pro *ſuper* reponimus. H. Stephanus, & ante illum Adr. Turnebus, *Dertoſam* pro *deorſum* ſubſtituit: quòd apud Strabonem huic urbi ἐπ' αὐτῇ τῇ διαβάσει τοῦ Ἴβηρος, *in ipſo Iberi trajectu*, locus detur. Et non multò pòſt Idem: ἐκ δὲ τοῦ Ταῤῥακῶνος, ἐπὶ τὸν πόρον τοῦ Ἴβηρος, κατὰ Δερτῶσαν πόλιν. Turnebus lib. XXIV. cap. 41. *Adverſar.* ſimilem locum in *Galba* Suetonii cap. 10. emendat: *ac ſubinde Alexandrina navis, Dertoſam appulit armis onuſta.* Excuſi enim hactenus *detorſa* vitioſè. SCHOTT.

49. *Amnis ſuper,*] Alii *ſurſum* legunt, cui *deorſum* altera ex parte reſpondeat. Amicus quidam meus, *ſubit: Ingens Iberus* tentabat. IDEM.

50. *Iberus*] Nunc *Ebro.* OLIVAR.

51. *Ferrariam*] Nunc *El cabo de Martin.* IDEM.

52. *Suppronenſis dicitur,*] Scribe *Sucronenſis*, à *Sucrone* fluvio, ex Strabone, Plinio, Ptolemaeo, & infrà ſtatim Pomponio. BARBARUS.

53. *Setabin, & Duriam, & Sucronem*] Scribendum *Saetabin* cum *ae* diphthongo in prima ex Ptolemaeo: qui ſequentem fluvium *Turulin* nominat, non *Duriam.* Alii *Turia* dicunt. PINTIAN.

54. *Et Duriam*] *Turiam*, per tau leg. ex Claudiano, & Hermol. *Caſtigat. in Plinium.* Salluſt. lib. II. *Hiſtor. Inter laeva moenium & dextrum flumen Turiam, quod Valentiam parvo intervallo interfluit.* SCHOTT.

55. *Duriam*] Notavimus in Plinio, *Turia* legi poſſe, ex Salluſtio, Phocaque, & aliis Grammaticis: eò relegamus noſcentem haec. BARBARUS.

Duriam] *Turiam* legendum eſt, nunc eſt *Guadalaviar.* OLIVAR.

56. *Sucronem*] Nunc eſt *Xucar.* IDEM.

57. *Valentiam,*] Nomen retinet. IDEM.

Valentiam & Saguntum] Non omittendum Ptolemaeum, & Plinium neutra terminatione in recto nominare *Saguntum*, Stephanum *Saguntos*; cui ſubſcribit Silius in tertio:

Quod tanto cecidit molimine Graja Saguntos.

Et in primo:

Mandati ſumma eſt, dum ſtat remeate Saguntos.

PINTIAN.

58. *Sa-*

58 Saguntum illam fide & aerumnis inclytam. Sequens 59 Illicitanus 60 Alonem habet, & 55
61 Lucentiam, 62 &, unde ei nomen est, 63 Illicen. 64 Hîc jam terrae magis in altum eunt, latioremque, quàm fuerat, Hispaniam faciunt. Verùm ab his, quae dicta sunt, ad principia Baeticae, praeter 65 Carthaginem, quam dux Poe- 60
norum Hasdrubal condidit, nihil referendum est. 66 In illis oris ignobilia sunt oppida, & quorum mentio tantùm ad ordinem facit; 67 Virgi in sinu, quem Virgitanum vocant: 68 extra Abdera, Suel,

58. *Saguntum*] Nunc *Moryedre.* OLIVAR.

59. *Illicitanus sinus*] Nunc dicitur *de Alacant.* IDEM.

60. *Alonem habet & Lucentiam*] Legendum videtur *Alonas*, non *Alonem*, ex Ptolemaeo. *Lucentium* quoque non *Lucentiam* Plinius vocat: Ptolemaeus *Lucentos;* etsi codices Latini *Lucentum* legant: unde conjicio Graecum codicem castigandum, & pro *Lucentoe* substituendum *Lucenton.* PINTIAN.

61. *Lucentiam*] Nunc *Lugent.* OLIVAR.

62. *Et unde ei nomen est Illicen*] Plinius cum uno *l* & diversa definentia *Ilici.* Ptolemaeus cum duplici, *Illicitatus.* Codices Latini addunt *portus*, quod si admittimus, sinus etiam *Illicitatus* appellabitur, non *Illicitanus*, ut paulò ante. PINTIAN.

63. *Ilicen*] Nunc *Alacant.* OLIVAR.

64. *Hîc jam terrae magis*] Legendum, *Hinc jam terra magis.* PINTIAN.

65. *Carthaginem*,] Nunc *Cartagena.* OLIVAR.

66. *In illis oris ignobilia sunt oppida*] Ita dispunge, ut tria prima verba superioribus adjungas. PINNIAN.

67. *Virgi*] Nunc *Almeria.* OLIVAR.

Virgi in sinu Virgitano] Ptolemaeus, *Urce*, Plinii vetus codex *Murci*, servante adhuc oppido priscum nomen, etsi longiùs aliquantò submoto à mari. PINTIAN.

68. *Extra aderas velox Menobia*] Scribendum, *Extra Abdera*, *Suel*, *Hexi*, *Menoba.* Est autem sensus; Extra sinum Virgitanum haberi haec oppida: ex Plinio, Strabone, Ptolemaeo, Antonino. Fuit quando verbum *Extra* castigandum putaverim pro *Hexi.* Est autem *Hexi*, quod & *Sex* & *Sexi* dicitur, unde salsamenta *Sexitana* Plinio, Straboni, Athenaeo, sed melius est, ut inter *Menobam* & *Abderam* collocemus, ex Ptolemaeo. Plinius tamen duo *Sexi* facit, inter quae sit *Abdera.* BARBARUS.

Extra Abdera, Suel, Hexi, Menoba] Strabo & Stephanus cum *e* in secunda *Abdera*, Ptolemaeus & Plinii vetus codex cum *a* in eadem *Abdara.* Item Ptolemaeus *Hex*, non *Hexi.* Plinii antiqua lectio verso afflatu in *f. Sex Manoba* quoque Ptolemaeus per *a* in prima, Plinius scriptus *Menuba* cum *e* in prima & *u* in secunda,

GRANAD. BIBLIOTECA

65 69 Suel, Ex, 70 Maenoba, 71 Malaca, 72 Salduba, Lacippo, Barbesul. 73 Aperit deinde anguſtisſimum pelagus, & proxima inter ſe Europae atque Africae litora montes efficiunt, ut initio diximus, Columnae Herculis Abyla & 70 Calpe: uterque quidem, ſed Calpe magis, & penè totus in mare prominens. Is mirum in modum concavus, ab ea parte, quâ ſpectat occaſum, medium ferè latus aperit: 74 atque inde ingreſſis totus admodum pervius, propè quantum 75 patet, ſpecus. Sinus ultrà eſt, 75 in eoque 76 Carteia (ut quidam putant) aliquando 77 Tartesſos, 78 & quam

Strabo cum *ae* diphthongo in prima & *o* in ſecunda *Maenoba*. PINTIAN.

69. *Suel*] *Chipiona*. OLIVAR.

70. *Menoba*] Nunc *Velez Malaga*. IDEM.

71. *Malach*, *Ciſal*, *Dubal*, *Acipiro*] Scribendum, *Malaca*, *Salduba*, *Lacippo*, iisdem ferè auctoribus. BARBARUS.

Malaca] Nomen retinet. OLIVAR.

72. *Salduba*,] Nunc *Ubeda*. IDEM.

Salduba, *Lacippo*, *Berbeſul.*] Ptolemaeus poſt Malacam *Saducum* fluvium in ora refert, à quo fortè oppidum fuit cognomine. Alioquin *Salduba* oppidum eſt eidem Ptolemaeo in mediterraneo Turdulorum. *Barbeſola* quoque Ptolemaeo eſt, non *Berbeſul.* Plinii ſcriptum exemplar *Barbeſula*. PINTIAN.

73. *Aperit deinde anguſtisſimum pelagus*] Puto omisſum à Librariis verbum *terras*, ut in Operis aditu, de Oceano: *Hoc*, inquit, *primum anguſtum nec amplius* X. M. *paſſuum patens terras aperit.* Vel ſcribe, ſi magis placet: *Aperit deinde ſeſe anguſtisſimum pelagus:* ut in Bithynia. *Hinc jam ſeſe ingens pontus aperit.* IDEM.

74. *Atque inde ingreſſus, totus admodum pervius prope quantum patet ſinus, & ſpecus ultra eſt*] Haec lectio ipſa ſe indicat. Scribendum enim permutato ordine: *atque inde ingreſſis totus admodum pervius, propè quantum patet ſpecus eſt. Sinus ultra.* IDEM.

75. *In eoque Cartheia*] Scribendum *Carteia* ſine ulla adſpiratione, ex Strabone, Ptolemaeo, & omnibus gregatim Graecis ac Latinis. IDEM.

76. *Tartheia*] Scribendum *Carteia*. BARBARUS.

Carteia] Nunc *Cartaia*. OLIVAR.

77. *Tartesſos*] Non *Tartheſos*, ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio. Nam *Tarteros* ipſae Gades aliquando vocabantur, Plinius & Strabo. BARBARUS.

78. *Et quam transvecti ex Africa Phoenices habitant, atque, unde nos ſumus Cingenteratum Melaria*] Sic antiqua habent exemplaria. Scribendum puto *Poeni*, non *Phoenices*, ut paulò antè de Carthagine Hiſpaniae: *quam dux*, inquit, *Poenorum Asdrubal condidit:* & *Barcino* apud Auſonium *Punica* vocatur. Confirmat etiam hanc lectionem, quòd Ptolemaeus *Melariam*, ſive, ut ipſe appellat, *Men-*

quam transvecti ex Africa 79 Phoenices habitant,

Menraliam in Baſtulis locat, qui, ut ait, Poeni cognominantur. De cetero Hermolaus pro *Cingenteratum*, ut antè legebant exemplaria, quod verbum nos Barbarum & falsò Pomponianae lectioni interjectum putamus, *cingente freto* ſuppoſuit, caſtigatione, ut ſentio, frivola & vix cohaerente. Pintian.

Et quam transvecti] Dele conjunctionem, *et*. Pro *Cingentera Tum*, Pet. Chiaconus Toletanus, Hispaniae ornamentum, *in gente ea: Mellaria, Bello, & Beſippo:* ut Tartesſius Mela ſit, non, ut hactenus creditum, Mellaria orundus: alioqui Mellarius vel Mellarienſis dictus eſſet. Ambroſ. Moralis Cordubenſis, Hiſtoricus Regius, qui & eam oram luſtravit, *Interamnium* pro *Cingenteratum*, quòd duo amnes illic concurrant, leg. videri monuit. Eruditus Lector arbitrabitur. Cùm haec ſcripſiſſem, triſtis nuncius Roma allatus, Chiaconum immatura morte praereptum. Semper enim immatura mors eorum, qui benè de R. P. merentur, videri ſolet. Equidem hominem tamen etſi nunquam viſum, ſingulari amore ex litteris proſequebar, quem admiratio excitarat. Erat in eo ſummum ingenium, memoria tenaciſſima, judicium ſingulare: Linguam Latinam & Graecam, omnemque antiquitatem ita callebat, ut peregrinus homo cives ipſos, quae hactenus in tenebris ſepulta jacuerunt, multa Romae docuerit. Philoſophiam verò non Sophiſticis contaminatam, Mathematicasque diſciplinas, & Jurisprudentiam ita perdidicerat, ut in ſingulis excellere nihilque aliud omni vita tractaſſe videretur. Quae quidem adjumenta ad divinam Philoſophiam attulerat, ut ſumma omnia ab illo ſperentur, ni ſint, qui ejus labores immobilitate quadam nobis invideant, & apud ſe βιβλιοτάφοι recondant. Erat ſanè in homine ſumma ἀσυγχία: jurares illuſtrandis Auctoribus natum. Docebit id Plinius & Iſidori *Origines*, ſeu *Etymologiae:* in quo fontes tanquam digito indicavit: & de Theologis, Caſſianus, Ambroſius, & Tertullianus, quem jam affectum reliquit. Jus etiam Pontificium mirificè illuſtravit, repurgatis ex fontibus rivulis ipſis, qui turbidè hactenus decurrebant: quod opus Gregorii XIII. Pont. Max. Vigilantiſſimi Paſtoris beneficio pii omnes efflagitant. Sed uſurpato hic illud Varronis; & LIB. MER. Eulogium tribuam: *Illum, quia terra non cepit, caelum recepit.* Schott.

79. *Phoenices habitant*] *Poeni* Pintianus: rectè. Solinus cap. 26. *Polyhiſtoris* de Hispania, *Gades* à Poenis cultam inſulam habitatamque innuit, *Gadirque* ab iis nominatam. Sic Horatii illud lib. II. *Carm.* Oda II.

Latius regnes avidum domando
Spiritum, quàm ſi Libyam remotis
Gadibus jungas, & uterque Poenus
Serviat uni:

Sic explicandum videri Doctiſſ. Ortelius me admonuit: licet aliter Turnebus *Adverſar.* lib. XXX. cap. 5. Salluſt lib. II. *Hiſtoriarum: Tartesſum Hispaniae civitatem, quam nunc Tyrii mutato nomine Gadir habent.* Idem.



bitant, [80] atque unde nos ſumus, Tingentera. Tum

80. *Atque unde nos ſumus Cingenteratum*] Lege, *Atque u. n. ſ. ex gente ea: Tum Mellaria:* rationem in Prolegomenis reddidimus. Tot enim lectiones fabricarunt, quot manum Melae admoverunt. IDEM.

Atque unde nos ſumus Tingentera. Tum Mellaria] In tam variis, magnis, dubiisque ſententiis nihil putavi commodius à me poſſe fieri, quàm exhibere ſcripturam, quam & retro docti plerique teſtati ſunt in ſcriptis exemplaribus haberi, & ipſe etiam vidi, quae eſt vel *Cingenteratum*, vel *Tingenteratum*, vel ut tandem ex optimo ſuo producere ſe teſtatur Voſſius *Tingenteria tum*, quibus accesſerunt inſpecti nuper quatuor codices Medicei in iisdem characteribus hoc quidquid latet exhibentes, niſi quod unus habet *ingente ratum*. Ex hac autem tam fixa earundem litterarum tenacitate apparet, quam fraudem patri Voſſio inferant Typographi, aut ipſe ſibi lib. 1. *de Hiſtor. Latin.* ubi dicit alios veriſimilius putare ſuiſſe natum *Cingeterati*, quod (addit) MSS. Melae Codicum fidem ſecuti ibidem Baeticae oppidum ſtatuunt, quum ex ſequentibus appareat litteram *n* in nullo codi-

codice omisſam esſe: & ipſe tamen rurſum mox: *Ergo ſi MSS. codicibus ſtandum, patria Melae erit Cingeteratum, vel Tigentera.* Porro etiam inde fieri debere *Tinge Cetraria*, nunquam mihi perſuaſi, & planè in eo clariſſimum virum tam cenſui esſe verum, quàm eſt in Salmaſiana conjectura refellenda. Id enim ut faciat, format hanc διάταξιν. „ Si nominis tantùm ſit convenientia, „ uti ſi quis Carthaginem novam, „ alteram Carthaginem, aut Athenas in Libya, alteras Athenas, „ aut has vel iſtas Thebas, alteras abſolutè Thebas vocarit, is „ non tantum ineleganter, ſed „ neque uſitato more loquetur." Ea nihil fingi posſe vanius, vel ipſum Melae hoc compendium probat, ſcribentis lib. I. cap. 7. *Tum Leptis altera.* & lib. I. cap. 14. *alter fluvius:* lib. II. cap. 4. *latus alterum:* & lib. III. cap. 8. *Et alia Beronice.* Nulla hîc ſimilitudo rei, & tantùm nominis: & ſic pasſim ab aliis fieri ſolet. Ex qua eadem obſervatione prorſus ἀξιόχρεων esſe pronuntio, cogitare lib. II. cap. 2. ſcripſisſe Auctorem, *tum Neſtos fluvius.* Si enim ſic ſcripſisſet, ex perpetua ejus conſuetudine etiam ſtatim pòſt ſcripſisſet, *Ultra Neſtos alter fluit.* Quod quum non fecerit, alligamus ſententiam noſtram, hoc eſt, manum Pomponii libris manu exaratis. Ipſa autem haec *Cetraria* facit, ut aliquando & *Parmariam*, (imò talem propinquam Italiae inſulam olim fecerant lib. II. cap. 7. ſed *Palmaria* eam ejecit) & Haſtariam aut Sariſſariam exſpectemus. Et cur non ſuffecit *Cetrata?* Nos quidem ita hîc verſamur, ut nihil excudere posſimus, aut ſanè temerè velimus. Nam quòd nuper Eliam Venetum ſequutus cenſuit retinendam *Tingenteram*, quam velut minus celebre ejus orae oppidum ceteris Geographis omittentibus, Mela tamen ibidem natus debito erga patriam cultu & obſequio, ſuis libris inſerendam duxit, lepidè quidem, ſed fruſtra, dicuntur, non minorem riſum mereutia, quàm quo Ephorum Cumaeum inſequuta eſt univerſa antiquitas, quum hoc tempore Cumas pacem tenuisſe ſcriptis ſuis inſeruit. Immò *Tingentera* eſt vox ſine ratione; neque conſtat quidquam ex illis tot MSS. utrum *Tingentera*, an *Tingenteratum* fuerit appellatum, an denique *Cingentera.* Ne tamen aſymboli ſimus, proponimus, Lector, quid nobis conſiderantibus ſcripturam veterem obvenerit, afferentes probationem nullam, quia illam omnem ab tuo judicio exſpectare malumus. Ut ſaepe apparuit commixtas & confuſè uſurpatas in hoc opuſculo fuisſe quasdam litteras alias, ſic video etiam has, nempe *n* & *h*, idem pasſas. Vel animadverte lib. III. cap. 2. ubi pro *haec* editiones diu habuerunt *nec.* Id tu delibera, an non & hoc loco contigerit. In vulgatis enim, quas repoſui, planè videmus esſe has litteras *Tingehieratum.* Poteſtne igitur fuisſe *Tinge Hiera*, *tum Mell.?* Nihil addo. Ita licuit nuper discedere, ut nunc liceat, non permittit Vosſius. „ Nam poſita „ ſua argumentatione contra Sal„ maſium, ſcribit, me dicere ni„ hil hoc argumento vanius, cùm „ ipſe Mela poſtquam minorem „ Leptin recenſuit, addat, *tum* „ *Leptis altera.*" Nonne ſordidiſſimus ac planè peſtifer in ſtudiis fuit Vosſius, qui velut ex meis verbis cogitare ſuſtinuit de Lepti minorè & magna; ut mox vocat? Quum ſic ſcribere velit, eat ad ſuum Plinium & Ptolemaeum & Antoninum & poſteriores *Leptimagnenſes*, & *Leptiminenſes.* Operam damus nunc Pomponio, qui Leptin minorem planè ignorat: & ex ejus verbis de Syrti majore intelligendis ferè crediderim Le-

tin magnam vel majorem procusam esse. Ubi verò Salmasius dixit hanc *Tingin* absolutè (ea vox Vossii) vocari alteram? Non dicit Salmasius habuisse cognomen absolutè *Alteram*, sed ab Mela sic vocari. Verba ejus certa sunt pag. 288. [Hanc Mela Tingi alteram vocavit, ad discrimen Tingis Mauritaniae, & quòd ex illa haec ducta sit.] Itaque comparativè sic dictam vult, non absolutè: & quidem à Mela, qui in lib. 1. de Mauritanica Tinge egerat. Quid igitur iste mucosus senex nisi impiè violavit manes Salmasii, ad quos sciebat transitum suum adeò vicinum esse? Cur non metuit tam sceleratum exemplum, nec cogitavit Nemesin? Sed neque ego dixi Leptin magnam cognominatam fuisse Leptin alteram, quod scurriliter rogat: sed Mela sic explicat, ut pateret diversam ab priùs nominata. Cur igitur debuit Salmasius aut ego ostendere ullum locum aut ullam civitatem absolutè alteram dictam fuisse? Cur negasse se gloriatur illam absolutè sic fuisse appellatam, cùm Julia Joza &c. cognominata fuerit, non altera, quum Salmasius id nuspiam statuat? Hastariam aut Sarisfariam exspectabo ab Vossio non utique apud Mauros & Hispanos, (de iis nihil peculiare dixi; & astutè hîc quoque in ludibrio omittit hastae mentionem) sed quacunque in regione. Salmasii conjecturam non adserui, nisi hactenus, ut iniqua ab Vossio argumentatione depressam pateret: nam & ipsa nimis abit ab vetusta lectione. Quomodo enim mihi imaginabor litteras *Tingentera cum*, vel ut est in Mediol. *Tingente ratum*, sive *Tingenteria tum*, sive *Tingetanam tum*, aut si monstrosa placet, quam vidit & notavit frater ex Veneto codice, *atque inde mons finus. Tagete juxta meriola*; venisse aut ex *Tinge contraria cum* Casauboni, aut *Tinge altera tum*, aut *Tinge cetraria tum*; praesertimque istam Cetrariam ad tempora usque Ravennatis Geographi fuisse suppressam & incognitam? Falsum est, me scribendum censuisse *Tinge hiera*, quum nihil dixerim, nisi obvenisse mihi, & rogaverim an possit fuisse. Hîc iste ex vulpe mutatus in canem habet lapidem, cui adsultet latrando. Dicit, „ Si Graecum „ est, & sacram significet, quis „ risum contineat inter Mauros „ & ultimos Hispanos recenseri „ coloniam Romanam cum Graeco cognomento? Primò igitur an Mela considerat Romanam coloniam? Nec hîc, nec ferè usquam, nisi ubi manifestè edit. Deinde an id mirandum putat tantopere? Nonne circa Tagum ab Antonino nostritur *Hierobriga*? An non ΑΕΠΤΙC utique colonia jam tunc Romana, Graeco charactere sic exprimitur in nummo Tiberii, ut & Agrippinae apud Genosevam? An non Osfigi in Hispania ad Baetim ponit Plinius cognominari Laconicum? An Romana verò colonia non est cum Graeco cognomento? Quae est illa igitur Nicopolis Actii? Hinc vide, quàm legitima objectio sit, istos rerum dominos ne in ipsa quidem Graecia alia quàm Latina indidisse cognomina. Nunc pergerem, nisi medio tempore ea essent edita, quae fermè piaculum est cognoscere. Legantur ea, quae Norissus, Harduinus, Vaillantius potuerunt comminisci, & ausi fuerunt evulgare. Quis modus nugarum erit? Ad Juliam Traductam in nummis glorioſam trahunt omnes quoque Mejam, varia sanè fabulatione. Et hinc etiam quatuor nummos apposui. Sed non credo vel minimum intercedere Pomponianae Tingenterae cum ista Traducta. Habeant eam sibi. Latent alia, de quibus alibi. GRONOV.

Unde nos sumus Cingenterarum Mellana] Scribendum *Mellaria*. Verbum autem *Cingenterarum* arbi-

Tum [81] Mellaria, [82] & Belo, & Beſippo usque ad [83] Junonis promontorium [84] oram Freti occupat. Illud jam in occidentem & Oceanum obliquo jugo excurrens, atque ei, quod in Africa Ampeluſiam eſſe dixeramus, adverſum, quâ Noſtra maria ſunt, finit Europen.

arbitror corruptum. pro eo, vel ſimili, quod eſt, *Cingente freto*, vel *attingens fretum*. Plinius, *Oppida*, inquit, *Bello*, *Mellatia*, *fretum ex Atlantico mari Carteia*. Strabo, *Egredientibus*, inquit, *fretum poſt Calpem Mellaria eſt*. BARBARUS.

81. *Mellaria & Bello*] *Tariſſo*. *Mellaria* non exſtat. OLIVAR.

82. *Et Bello & Beſippo*] *Belo* cum uno *l* Ptolemaeus, Strabo, & Stephanus. Item *Baeſippo* Ptolemaeus cum *ae* diphthongo in prima, ſed interius, non in ora. PINTIAN.

83. *Junonis promontorium*] *Sancta Maria*, aut *El puerto de Sancta Maria*. OLIVAR.

84. *Oram freti occupat*] Lego *occupant*, ut referat antedicta oppida, *Carteiam*, *Melariam*, *Belonem*, *Baeſipponem*. PINTIAN.

CAP. VII.

MEDITERRANEI MARIS INSULAE.

[1] GADES inſula, quae egreſſis Fretum obvia eſt, admonet antè reliquas dicere, quàm in Oceani litora Terrarumque circuitum, ut initio promiſimus, oratio excedat. [2] Paucae ſunt in Maeotide, (inde enim videtur commodiſſimum incipere) neque omnes tamen incoluntur: nam nec pabula quidem largè ferunt. Hac re habitantibus caro magnorum piſcium ſole ſiccata,

1. *Gades inſula*] Nunc dicta *Cadiz*. OLIVAR.

Gades] *Ereythuam* hanc Plinius lib. IV. cap. 22. & *Polyhiſtor.* cap. 26. appellant: de qua inf. lib. III. cap. 6. SCHOTT.

2. *Paucae ſunt in Maeotide*] Una eſt ditiſſima, nunc dicta *Tana*; olim erat Venetorum, & dicebatur *Alopecia*. OLIVAR.

ta, & in pollinem usque contusa, pro farre est. Paucae & in Ponto; [3] Leuce Borysthenis ostio objecta, parva admodum, [4] & quia ibi Achilles situs est, Achillea cognomine: [5] non longè à Colis Aria, quae Marti consecrata (ut fabulis traditur) tulit aves, cum summa clade advenientium, pennas quasi tela jaculatas. Sex sunt inter Istri ostia; ex his Peuce notissima & maxima. [6] Thynias Mariandynorum finibus proxima, urbem habet, quam, quia Bithyni incolunt, Bithynida appellant. Contra Thracium Bosporum duae parvae, parvoque distantes spatio, [7] & aliquando creditae dictaeque concurrere, &

3. *Lauce Borysthenis ostio*] Scribendum *Leuce*, Auctores omnes. BARBARUS.

4. *Et quod ibi Achilles*] Melius *sed quod*: & pro *Cirana* Accursius Mariangelus *Methymna* substituit. Ego *Arysbe* muto, transpositis ferè litteris. SCHOTT.

5. *Non longè Acollisaria*] Scribendum: *non longè accolitur Aria*, nomen id habet à Marte, cui sacrata est, inquit. Haec & *Areos Nesos*, id est, Martia insula vocatur Stephano. Plinius lib. VI. *Contra Pharnaceam*, inquit, *Chalceritis, quam Graeci Ariam dixerunt, Martique sacram, & in ea volucres pugnasse*, quod quidem & Apollonius poëta secundo libro cecinit, Ἀρηϊάδα vocans eam insulam. BARBARUS.

Non longè accolitur Aria] Stephanus Ἄρεος νῆσον, hoc est, *Martis insulam*, nominat; Apollonius secundo *Argonauticôn Areiada*; Plinius *Ariam*. PINTIAN.

6. *Cymas Mariandynorum finibus*] Scribendum non *Cymas*, sed *Thynnias*, ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio lib. V. fine. BARBARUS.

Thynnias] E regione Mariandynorum. OLIVAR.

Thynnias Mariandynorum finibus proxima] Ptolemaeus, & Stephanus cum uno *n Thynias*, quae alio nomine dicta sit *Daphnusia*, & *Thyne*, & *Thynis*, & *Thyneis*. Strabo *Thynia* nominat, & ipse cum simplici *n*. Castigandum idem vitium in Plinio: *Quam quia Bithyni incolunt Bithynida appellant*. Plinius *Bithyniam*, non *Bithynida* appellatam ait lib. V. PINTIAN.

7. *Et aliquando creditae dictaeque concurrere, & Cyaneae vocantur & Symplegades*] Haec oratio planè talis est, ut ipsa suo indicio tanquam forex pereat: proinde credo mutato verborum textu reponi posse in commodiore statu sic: *Cyaneae vocantur, aliquando creditae concurrere, dictaeque inde Symplegades*. Plinius ob eandem causam & *Planetas*, hoc est, errabundas appellatas scribit, lib. VI. Quo in loco cum antea mendosè legeretur *Planiteae*, Hermolaus *Planetne* substituit: quasi à verbo πλανᾶσθαι, id est, *errare*, indi-

& [8] Cyaneae vocantur & Symplegades. [9] In Propontide tantùm Proconneſos habitatur. Extra Helleſpontum, earum, quae Aſiaticis regionibus adjacent, clariſimae ſunt, [10] Tenedos, Sigeis adverſa litoribus, & quo dicentur ordine, ad promontorium Tauri montis expoſitae, quas quondam dici putavere [11] Μακάρων; ſive quòd fortunati admodum caeli ſolique ſunt, ſive quòd eas ſuo ſuorumque regno Macar occupaverat: in Troade [12] Lesbos; & in ea quinque olim oppida, [13] Antiſſa, Pyrrha,

inditum fuerit eis nomen: unde & Erraticae ſtellae dictae ſint *Planetae*. Sed foedus hic eſt Hermolai error, ac vix ferendus in homine multo minoris doctrinae & lectionis. Caſtigare enim in Plinio debuit *Planctae*, non *Planetae*, ex Strabone primo, Herodoto in *Melpomene*, Homero *Odyſſeae* XII. Apollonio *Argonauticón* quarto, Zeze Grammatico in *Commentariis in Lycophronem*, Ariſtotele in libro *de Admiranda Auditione*, & Homeri Interprete, ſcribente Cratetem deducere id nomen à verbo πιλάζεσθαι, id eſt, *accedere;* propter aſiduum acceſſum occurſationemque fluctuum in ipſas petras; aut ſecundum alios quòd terrae motibus quaſarentur, ut Delos. Pintian.

8. *Cyaneae*] Sunt & in Ponto, & in Propontide. Olivar.

9. *In Propontide tantùm Proconneſus habitatur*] Scribendum cum duplici *n Proconneſus*, ut *Myonneſus*, *Hallonneſus*, *Peloponneſus*, & hujusmodi, à conſuetudine quadam temerè exorta geminandi *n* litteram, auctore Strabone tredecimo libro. Pintian.

10. *Tenedos*] Nunc *Tenedo*. Olivar.

11. *Μακάρων*] Id eſt, fortunatorum, beatorum. Idem.

12. *Lesbo*] Nunc *Metelina*. Idem.

13. *Antiſſa, Pyra, Creſos, Cyrava*] Scribo *Antiſſa, Pyrrha, Ereſſos*, ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio. De *Cyrava*, etſi conſtat mendoſam eſſe dictionem, quemadmodum tamen reſtituenda ſit, non planè conſtat. Plinius in *Lesbo* novem tradit urbes, quarum nulla huic nomini reſpondet. Illud mirari ſubit, quare Plinius lib. v. hauſtam à mari *Pyrrham* in Lesbo ſcribat, & paulo tamen pòſt ſuperesſe dicat *Pyrrham & Ereſſum*, *& Methymnam & Mitylenen*. Proinde fieri poteſt, ut non *Pyrrha*, ſed aliud ejus loco nomen legendum ſit, ubi reſtare dicitur: alioqui cùm novem tradat ejus oppida fuiſſe, octo tantùm viderentur eſſe numerata. Poteſt & illud dici, numerum eum non 9. ſed 8. ſcribi oportere. Ideo autem reſtare *Pyrrham*, quamvis eam mare ſorbuerit, quia, ut Strabo inquit, & portus & ſuburbanum ejus colebatur, Ἡδὴ Πύρρα κατέφραται, τὸ δὲ προάστειον οἰκεῖται, καὶ λιμένα ἔχει. His adjicio, quae Plinius lib. II. dicit: *Pyrrham*, inquit, *& Antiſſam circa Maeotin Pontus abſtulit*, ut fortè non cir-

Pyrrha, [14] Ereſos, Methymna, [15] Mytilene: in Ionia [16] Chios & [17] Samos: in Caria [18] Coos: in Lycia [19] Rhodos; in illis ſingulae ſunt iisdem nominibus urbes: in Rhodo tres quondam erant, Lindos, [20] Camiros, Jalyſos. Quae contra Tauri promontorium importunae navigantibus objacent, Chelidoniae nominantur. [21] In ſinu, quem maximum Aſia recipit propè media, [22] Cypros ad ortum occaſumque ſe immittens, recto jugo inter Ciliciam Syriasque porrigitur; ingens, ut quae aliquando novem regna ceperit, & nunc aliquot urbes ferat, quarum clariſſimae [23] Salamis & [24] Paphos, & quò primùm ex mari Venerem egreſſam accolae affirmant,

ca *Maeotin*, ſed circa *Aeolin* ſcribatur. Sed & in Lesbo, & in adverſa ei, *Aeolides*, tum *Pyrrha*, tum *Antiſſa* memorantur fuiſſe: nam & una Cycladum *Antiſſa* dicebatur, Philon auctor. BARBARUS.

14. *Ereſſos, Ciraya*] Mariangelus, expuncto verbo barbaro *Ciraya*, *Methymna* ſubjicit. PINTIAN.

15. *Mitylene*] Alcaei Lyrici patria; *Samos* Pythagorae; *Cos* verò Hippocratis, & Apellis. SCHOTT.

16. *Chios*] Nunc *Cio*. OLIVAR.

17. *Samos*] Nunc *Samo*. IDEM.

18. *Cos*] Nunc *Lango*. IDEM.

19. *Rhodos*] Nomen retinet. IDEM.

20. *Camyros, Jalyſos*] Ptolemaeus, Stephanus, Herodotus, Homerus, cum duplici, *ſſ*, *Jalyſſos*; Strabo, Dionyſius Byzantius, Thucydides, Pauſanias uno tantùm, *Jalyſos*. PINTIAN.

21. *In ſinu, quem maximum Aſia recipit propè media Cyprus*] Commodior lectio, *medio* quàm *media*; ut illud ſummi Poëtae de Creta,

——— *medio jacet inſula ponto.*

& Silius,

Addiderat medio geminas confurgere ponto
Aegates.

& Mela ipſe de Creta, *Super eas jam in medio mari ingens.* IDEM.

22. *Cyprus*] Nomen retinet. OLIVAR.

23. *Salamis*] Ad hanc Cypri, in amoeniſſimo ſinu Orientalis littoris ſitam, D. Paulus, & Barnabas è Seleucia Syria profecti pervenerunt: auctor D. Lucas *Act.* cap. 13. Alia in Attide, de qua pòſt paulò. SCHOTT.

24. *Paphos & Palaepaphos.*] Aethicus Coſmographus inter Oceani Septentrionalis inſulas collocat *Cypron, Item Cypron, & Paphon, & Paphien*; corrupte haud dubiè: tot enim menda in eo, quot nomina. IDEM.

25. *Para-*

mant, Palaepaphos. [25] Arados in Phoenice eſt parva, & quantùm patet, tota oppidum: frequens tamen, [26] quia etiam ſuper aliena tecta ſedem ponere licet. Parva & Canopos, Nili oſtio, quod Canopicum vocant, obvia eſt. Menelai gubernator Canopus, ibi fortè moriens, nomen inſulae, illa oſtio dedit. [27] Pharos nunc Alexandriae ponte conjungitur, [28] olim (ut [29] Homerico carmine proditum eſt) ab eisdem oris

25. *Paralos*] Lego *Arados*, de qua & ſuperiùs dictum eſt. BARBARUS.

Arados] Nunc *Ar.* OLIVAR.

Arados etiam in Phoenice] Vox ſecunda nihil niſi turbat, & nulli bono eſt; neque etiam diſco, unde venerit, quum à duobus MSS. abeſſe ſciam. Sed neque in Mediolanenſi Frater invenit. In quibus libris igitur eſt? Voſſius in *Appendice*, teſtatur exſtare in antiquioribus, & nihil minus quàm otioſam eſſe. Cur non id declaravit? GRONOV.

26. *Quia etiam ſubter aliena tecta ſedem ponere licet*] Mariangelus antiquam lectionem retinet, *ſuper aliena tecta*, ex Strabone rectiſſimè. PINTIAN.

27. *Pharo*] Nunc *Phara.* OLIVAR.

Pharos Alexandriae] Plinius lib. XXVI. cap. 11. emendante Sigism. Gelenio viro undecunque doctiſſimo: *Cùm etiam quae rigatur Aegyptus illa non eſſet, poſſea fluminis limo invecta. Tantùm enim Aegypto, aggerente limo, acceſſit, ut Pharos inſula, quam Homerus aetate ſua unius diei curſu à continenti abeſſe ſcribit, poſtea litorali urbi Alexandriae ponte jungeretur.* SCHOTT.

28. *Olim ut Homerico carmine*] Οδυσ. δ, Et Lucan. extremo lib. X. *belli Pharſalici:*

Tunc clauſtrum pelagi cepit Pharon: inſula quondam
In medio ſtetit illa mari ſub tempore vatis
Proteos, at nunc eſt Pellaeis proxima muris.

Tantam enim arenarum vim Nilus evolvit, ut Pharum Aegypto conjunxerit. Malè igitur Apollodorus & Ariſtarchus Homerum reprehendunt, quod inſulam *Pharum* dixerit: quem defendit & Strabo lib. I. & XI. *Geograph.* Accedit ad haec *Deltae* inſulam arenarum Nili eluvie natam, neque ſemper exſtitiſſe, auctor Ariſtot. Μετεωρ. β. Herodotus *Euterpe*, & Ptolemaeus. Legend. Plinius lib. II. cap. 85. & XIII. cap. 11. Soſtratus Cnidius in ea inſula, regnante Ptolemaeo Philadelpho, Lagi F. turrim immenſae magnitudinis mirifico opere exſtruxit, quae navigantibus procul lumen praeberet. Plin. lib. XXXVI. cap. 12. Hinc moles hujusmodi *Pharos* appellant. IDEM.

29. *Homerico carmine*] Ita ille habet quarto *Odyſſeae.*

Νῆσός τ' ἔστιν τις ἐνὶ πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ,
Αἰγύπτῳ προπάροιθε, Φάρον δὲ ἑ κικλήσκουσι,

Τόσσον

oris cursu diei totius abducta: &, si ita res fuit, videri potest conjectantibus [30] in tantum mutatae causas Nilum praebuisse, dum limum subinde, & praecipuè cùm exundaret, litori 60 annectens, auget terras, spatiumque augescentium in vicina vada promovet. In Africa contra majorem Syrtim Euteletos: contra minoris promontoria, [31] Meninx & Cercinna: [32] contra Carthaginis sinum, [33] Tarichiae & Aega-

Τόσσον ἄνευθ' ὅσσον τε παγημερίη γλαφυρὴ νηῦς
Ἴηυσιν, ἢ λιγὺς ἔρῳ ἐπιπνείῃσιν ὄπισθεν.

OLIVAR.

30. *In tantum mutatae*] Aldus, *in tantum mutatae rei*. PINTIAN.

31. *Meninx & Cercinna*] Scribe cum uno *n Cercina*, ex Strabone, Ptolemaeo, Dionysio, Plinio scriptae & Romanae lectionis, itemque Cornelio Tacito libro primo. IDEM.

Meninx] Chisianus *Methus*. Quasi nunc etiam *h* pro *n* posito; sed quem inspexi alter *Menis*, nec aliter Mediolan. Haud dubiè ostendunt scripsisse Auctorem *Menix*, de quo alibi. Plerosque autem appellare hanc *Meninga*, non *Meniga*, mentitur Vossius, quum de Livio vulgaverim in *Epistolis Geographicis*, & certè in Polybio magis adsidua fuerit juventus mea, quàm illius tota vita, non studiis intenta, sed pulcherrimas res per ventosam levitatem ἐξηχεμένη καὶ πεπηλακίζουσα. GRONOV.

32. *Contra Carthaginis sinum Tarichiae & Aegathes*] Scribendum videtur *Taricheae*, e brevi in penultima, ex Stephano, qui multa sic loca nominari scribit. *Aegates* verò duae sunt insulae inter Siciliam & Africam, insignes victoria navali Lutatii Consulis adversus Carthaginenses, auctoribus Livio, Floro, Silio, & Polybio apud *Aegusam* insulam hanc victoriam partam tradente. Ut fortè quam Graeci appellarunt *Aegusam*, nostri *Aegates* dixerint, etsi in numero sit differentia, quod saepe contingit. Nam *Cassiterides* plures insulae sunt Hispaniae in oceano occidentali; Stephano tamen una est *Cassitera*. Semper autem sine adspiratione inveni *Aegates*. De hac Lutatii victoria Silius:

Addiderat geminas medio consurgere ponto
Aegates, lacerae circum fragmenta videres
Classis, &c.

Ut nesciam, qua ratione Hermolaus *Aegatem* numero singulari legat in Plinio, cùm sint, ut ex proximo Silii versu patuit, duae. Idem Hermolaus agnoscit ut legitimam sequentem Pomponii lectionem, *Romana clade memorabiles:* quae nullo modo procedere potest, ut planum est ex paulò antè dictis, de victoria Lutatii Consulis adversus Carthaginenses ad Aegates. Legendum ergo alterutro modo, aut, *Punica clade memorabiles;* aut, quod magis arridet, *Romanae classis victoria nobiles*. PINTIAN.

33. *Tarrichiae & Egatheae*] Scri-

34 Aegates, Romana clade memorabiles. Plu. 65
res Europae litoribus sunt appositae: in Aegaeo mari

Scribendum, *Tarichiae & Aegathes*. Silius de Annibale,

——— *Avet Aegathis abolere parentum*
Dedecus, & Siculo submergere foedera ponto.

Et alibi,

——— *Fusaque per aequora classe,*
Aegathea cernam.

ut sint *Aegathes*, *Aegathium*. Mentionem habent & alii. Invenio, qui hodie vocari dicant à nautis *Gotha*, quarum altera circuitu sit stadiorum 24. ubi Carthaginenses, duce Himilcone, primo bello Punico, à Q. Lutatio Catulo superati sunt, easque à Virgilio intelligi malunt, quàm *Philenorum aras*: ut *arae* propter foedus cum Poenis ictum dicantur: *Saxa* verò, quoniam scopuli veriùs quàm insulae, ut ait lib. v. Plinius. Barbarus.

34. *Aegates Romana clade memorabiles*] Ubicunque potius *clades* usurpatur activè quàm in loco Livii, quem adnotavit in hunc usum Vossius, lib. xlii. cap. 2. *Legationes transmarinae deinde in senatum introductae sunt; prima Eumenis & Pharnacis Regum, & Rhodiorum querentium de Sinopensium clade.* Nam planè illic indigitari cladem quam acceperunt, non quam dederunt Sinopenses, apparet ex Polybio, quem per haec verba interpretatur Livius, *Legat.* 51. Ἦλθον δὲ καὶ Ῥόδιοι πρεσβεύοντες ὑπὲρ τῆς Σινωπέων ἀτυχίας. Jam verò licet ea vox sic acciperetur, Pomponius tamen Mela respiciendus foret, quem tractamus, aliquoties ea usum, & quo sensu, patet ex ipso lib. ii. cap. 3. *Marathon Persica maximè clade pernotus.* Et paulò antè: *tulit aves cum summa clade advenientium pennas quasi tela jaculatas.* Haec quum ita esse videamus, nunquam dubitavi, quin scripserit Auctor *Romana classe*. Sic Salamin ei dicitur *excidio classis Persicae notior* lib. ii. cap. 2. *Laconicae classis signatus excidio.* Et ibid. *Naufragio classis Atticae.* Unde apparet, ubi rem gestam mari adnotat, Auctorem semper fecisse classis mentionem, ut hoc loco fecisse etiam arbitror. Nam Pintianus est nimius. Nulla occasio quidem sic patefecit Vossii non eruditionem, quam non habuit, sed calumniam eruditionis, qua mundo impositi. Quid enim nisi doctus esse nunc verè vult in voce ἀτυχία explicanda? item in Polybianis Interpretibus violandis? Scias igitur id omne excitatum fuisse ab Henr. Stephano in tomo iii. *Thesauri* pag. 1452. Illic fulgere locum Aristotelis ex lib. v. *Nicomacheorum* videbis; illic Polybianos Interpretes produci *perversitatem* & *nequitiam* vertentes. Magis autem patebit haec vanitas, si cum ea conferas doctrinam Grotii, quam publicavit ad *Euangelium* Lucae cap. 23. vers. 34. Sed tamen ab utroque, mi Lector, cave deduci: non enim est hic locus tam arcanus, ut non mediocriter litterato satis sit cognitus; toties illum adhibet Themistius unus, ut debuerit esse πολυθρύλλητος, quem & citat Grotius; sed praecipuè inspice Orationem primam ad *Constantium* pag. 15, editionis nuperae in Gallia. Sed totus ille locus est Philosophicus. An historia Polybii se illi alligavit? An ἀτυχία non aliter usurpatur & quidem simpliciter absolutéque sine consideratione

mari prope Thraciam [35] Thaſos, [36] Imbros, Samothrace, Scandile, [37] Polyaegos, [38] Sciathos, Haloneſos; &, quam aliquando, omnibus, qui mares erant, caeſis, tantùm feminae tenuiſſe dicuntur, Atho monti [39] Lemnos adverſa. [40] Pagaſaeus ſinus [41] Scyron proſpicit, Cicynethon amratione caſus ac τῆς τύχης? Quid ſtolidius dici poteſt? quaecunque pagina Hiſtoriae Graecae clamat aliud. Et certum eſt de calamitate ſumi, quam acceperunt Sinopenſes, non quam dederunt. Sed ait „ ridiculos futuros fuiſſe Rhodiorum legatos, ſi apud Senatum conqueſtum veniſſent de „ clade quam ipſi intuliſſent. Quis dicit Rhodios intuliſſe? Rurſus unde habet Sinopenſes ab tyranno Pharnace invitos coactos fuiſſe, invadere naves Rhodiorum? Praeclaram non agendo didicit, ſed ipſe comminiſcitur hiſtoriam. At tu vide conſentientem Livio & Melae noſtro Tacitum XIII. *Ann.* 37. *Non defore Arſacidis virtutem fortunamque ſaepius jam clade Romana expertam.* lib. XV. cap. 72. *Nam & ipſe pars Romanarum cladium erit.* Et Ovidium, *clade domus ab Agenore ductae*, dicentem. Cur autem *Romana claſſe* non poteſt intelligi pro Romanae claſſis victoria? Utique qui ſic loquitur, intelligit res geſtas illic ab ea, non quòd illic ſtationem habuerit. Iſtae autem ſunt vel adverſae vel ſecundae, ut narrat hiſtoria tum fuiſſe Romanis. Nihil autem aliud conatus fui, quàm quod contingit Propertio lib. III. eleg. 4.

Nec miſer aera paro clade, Corinthe, tua.

GRONOV.

35. *Thaſos*] *Taxo* nunc. OLIVAR.

36. *Imbros*] *Stalinum* nunc. IDEM.

37. *Polyagos*] Scribe *Polyaegos*, ex Plinio, ceterisque, à caprarum copia videlicet. BARBARUS.

Polyaegos, Scyathos, Haloneſos] Scribendum *Sciathos* per *i* in prima, ex Ptolemaeo, Strabone, Stephano: & *Halonneſos* cum duobus *n*, qua dixi ratione. PINTIAN.

38. *Sciathos*] Nunc *Sento*. OLIVAR.

39. *Lemnos*] Hodie *Sidrio*. IDEM.

40. *Pagaſaeus ſinus Schyathon proſpicit, Scinisſon amplectitur*] Invenio quidem *Schinusſam* inſulam in Phocide, ut Stephanus, à lentisco nominatam. Meminit & Plinius poſt *Naxum* inſulam, inter *Sporadas*. Quia tamen Strabo, idemque Plinius, ante ſinum Pagaſicum & alias plerasque haberi tradunt; & Cicynetum praecipuè, atque Sciathum, fieri poteſt, ut Pomponius quoque hoc loco eam ſcripſerit, cum Artemidorus, quem maximè ſecutus videtur, ita dicat, in Pagaſaeo ſinu Cicynetos inſula, hoc eſt Κικύνητος. BARBARUS.

41. *Scyathon proſpicit, Cicyneton amplectitur*] Cum adſpiratione in poſtrema *Cicynethon* Strabo: & lego *Scyron*, non *Scyathon*, nam *Sciathos* paulò antè dicta eſt. Quod autem ait, *Scyron proſpicit, Cicynethon amplectitur*, à Strabone mutuatus videtur in nono. PINTIAN.

Scyrum] Edidi *Scyron*, quum ſic haberent tres MSS. GRONOV.

42. *Euboe-*

amplectitur. [42] Euboea ad meridiem [43] promontorium Geraeſton & Capharea, ad ſeptentrionem [44] Cenaeum extrudit, & nusquam lata, 75 duûm milium ſpatium habet, ubi arctisſima eſt: ceterùm longa, totique Boeotiae appoſita, anguſto freto diſtat à litore. [45] Euripon vocant, rapidum mare, & alterno curſu, [46] ſepties die ac ſepties nocte fluctibus in vicem verſis, adeò 80 immodicè fluens, ut ventos etiam ac plena ventis

42. *Euboea*] Nunc *Negroponte*. OLIVAR.

43. *Promontarium Geraeſton & Capharaeum*] Scribe cum *ae* diphthongo in media *Geraeſton*; eſt que rectus ejus nominis *Geraeſtos*, Ptolemaeo, Straboni, Stephano. Nonnunquam autem Strabo *Geraſton* enunciat. Itemque Homerus, & Homerum ſecutus Valerius Flaccus:

Surgis ab oſtrifero medius, Neptune, Geraſto.

Praeterea codices Aldi *Caphaream* legunt, non *Capharaeum*, ut ſcribendum videatur *Capharea* Graeca terminatione, qua etiam dixit *Geraeſton*. PINTIAN.

44. *Coeneum extrudit*] Cum *e* ſimplici in prima & *ae* diphthongo in ſecunda *Cenaeum* Ptolemaeus & Strabo. IDEM.

45. *Euripon rapidum mare*] Eadem Strabo lib. IX. Plinius lib. II. cap. 97. & Livius lib. *Annalium*, cauſſam rapidi curſus in ventos illic flantes referre videtur. Cicero *pro Muraena: Quod enim fretum, quem Euripum tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum, quantas perturbationes, & quantos aeſtus habet ratio comitiorum.* Boëthius, *Exaeſtuantis fertur more Euripi.* Hinc tot Proverbia, & de Ariſtotele hîc merſo fabula. SCHOTT.

Euripum vocant] Video Graecis Εὔριπον ſcribi geminata conſonante, Ariſtotel. IX. *Ethic.* ad Nicomachum, & Aeſchin. *Orat. in Cteſiphontem*, πλείας τραπόμενος τριπὰς τὸ Εὔριπον παρ' ἕκαστα. De morte Ariſtotelis in Euripo Philoponus & alii. IDEM.

46. *Septies die, ac ſepties nocte*] Scribo, *ſepties die ac nocte*, ex Strabone, Plinio, Seneca, & omnibus. Res eſt comperta vel parvis litterarum myſteriis initiato. PINTIAN.

Septies die, ac ſepties nocte] Nondum aſſentior Pintiano, qui alterum *ſepties* redundare putat, Plinii auctoritate. Seneca enim *Hercule Oetaeo* actu III.

Euripus undas flectit inſtabiles vagas,
Septemque rurſus flectit: & totidem refert,
Dum laſſum Titan mergit oceano jubar.

& Euſtathius *in Dionyſium*: καὶ αὐτὸς μὲν δὶς ἑκάστης ἡμέρας μεταζάλλει, ἑπτάκις δὲ τὸ ὅλον νυχθήμερον ὁ περὶ Εὔζειαν Εὔριπος, περὶ ὃν φασι διατρίψαντα τὸν Ἀριστοτέλην καταλῦσαι τὸν βίον. SCHOTT.

tis navigia fruſtretur. Aliquot [47] in ea ſunt oppida, [48] Styra, Eretria, Pyrrha, Neſos, Oechalia: verùm opulentiſſimae Caryſtos & Chalcis. In Atthide Helene eſt, nota ſtupro Helenae, & [49] Salamis excidio claſſis Perſicae notior: circa Peloponneſon [50] etiam nunc in Aegaeo Pityuſa, & Aegina Epidaurico litori proxima, Troezenio Calauria, inter ignobiles [51] alias oletho Demoſthenis nobilis: [52] in Myrtoo Cythera

47. *In ea ſunt oppida Heſtiaea*] Sic quidem Stephanus, & Homerus; at Xenophon ſecundo *Hellenicôn* ſine diphthongo *Heſtiea*; Pauſanias *Iſtiaea* ſine adſpiratione & cum diphthongo *ae* in penultima; Thucydides *Heſtia* triſyllabôs: nec in ullius dictionis Orthographia major Auctorum diſſenſio. PINTIAN.

48. *Styra, Erethria, Pyranesſos*] Scribendum puto, *Heſtiaea, Erethria, Pyrrha, Neſos*. De primis duabus Poëta eminentiſſimus πολυστάφυλόν τε Ἑστιαίην, ab *Heſtiaea*, quae ad Olympum eſt, deducto nomine. Idem Poëta Χάλκιδά τ' Ἐρετριάν τε. Haec autem *Eretria*, cujus mentio apud omnes eſt, etiam *Melaneis* appellabatur, à *Melaneo* Euryti patre, ſicut ab *Eretrio* Titane, Phaëthontis filio, *Eretria*. De *Neſo & Pyrrha* Plinius, ceterique, in *Euboea*. Fuit in adverſo tamen Euboeae locus *Aſtyra*, ut ait Charax, juxta *Potnias*, niſi quis in Euboeam quoque id nomen translatum, ut alia pleraque, cenſeat; atque ita malit *Aſtyra*, quàm *Heſtiaea*, ſcribere. BARBARUS.

49. *Salamis*] Subverſa eſt. OLIVAR.

Salamis excidio] Ad hanc inſulam Xerxis innumerabiles copiae à Graecis navali praelio ſuperatae: ubi igitur vires ſuas mari afflictas videret, turpi conſilio aggreſſus aggerem in Salaminem deducere: in quem uſum mandabat Phoenicum naves converti. Hinc & Solon oriundus, teſte Laërtio. SCHOTT.

50. *Etiam nunc in Aegaeo Phitiuſa*] Scribo *Pytiuſa* ex communi nomenclatura multarum Graeciae inſularum, à frutice videlicet pineo. PINTIAN.

51. *Alias leto Demoſthenis*] Interpungendum, *inter ignobiles alias*. SCHOTT.

52. *In Myrtoo Cythera contra Maleam emiſſa*] Aldus minus corruptè *Enuſſa*; Mariangelus, & ante eum Hermolaus, *Oenuſſa* legunt, ex Plinio, & antiquorum codicum fide. Sed neuter attigit veram lectionem: ſcribendum namque *Oenuſſae* numero plurali ex Pauſania in *Meſſenicis*: *Poſt Acritam*, inquit, *portus eſt Phoenicus, & prope eum inſula Oenuſſae*. Sunt & alterae *Oenuſſae* Chio finitimae, plures tamen inſulae ſunt, non una, ut falſò Hermolaus putavit, deceptus Stephani depravata lectione, in quo falſò ſcriptum eſt, νῆσοι προσχεῖς Χίῳ: hoc eſt, *inſula admota Chio*, pro νῆσοι προσχεῖς Χίῳ, quod eſt, *inſulae admotae Chio*, ut liquet evidentiſſimè ex Herodoto in primo,

thera [53] contra Malean, Oenusſa & [54] Theganuſa contra Acritan: [55] in Ionio [56] Prote, Aſteria, Cephalenia, [57] Neritos, Same, Zacynthos, Dulichium; & inter non ignobiles, Ulyxis nomine Ithaca maximè illuſtris: in Epiro [95] Echinades, & olim Plotae, nunc Strophades: contra Ambracium ſinum Leucadia, & vicina Adriatico mari [58] Corcyra. Hae Thracum Grajorumque terris objacent. At interiùs [59] Melos, [60] Olearos, Aegilia, Cothon, Ios, Thia, [61] Thera, [100]

mo, & Thucydide in octavo; quorum auctoritatem ne ſequeretur Stephanus, cauſam non habuit. In Orthographia diſſentiunt: Herodotus & Thucydides per duo *ſſ*, Pauſanias & Stephanus cum uno tantùm ſcribunt. Pintian.

53. *Contra Maleam emiſſa, & Theganuſa contra Acritam*] Lectio pervulgata. Ego veſtigia ſagaciter odoratus, veram lectionem repraeſentavi. *Oenusſa* H. Stephanus pro *emiſſa* reponit: & mox *Aſterie*, pro *Hyria*; inſula quidem, ſed quae hîc non quadret; & pòſt, pro *Thera*, unus codex *Thyatira* praefert. Schott.

54. *Tegea, Niſſa, contra Acritam*] Scribendum, *Theganuſa contra Acritam*, ex Plinio, Ptolemaeo. Eſt autem *Acritas*, Peloponneſi promontorium. Plinius tamen eam paulò ultra promontorium illud collocat, & utique in Laconico. Barbarus.

55. *Ionio proſtirria*] Legendum fortaſſe, *In Ionio Prote, Hyria*. De *Prote* in Ionio ſinu ante Peloponneſum, & Ptolemaeus & Plinius. De *Hyria* cogitandum relinquimus, illud obiter teſtantes, vagum id multis urbibus eſſe vocabulum: *Zacynthon* quoque inſulam hoc ipſo tractu quandoque *Hyriam* fuiſſe nominatam. Idem.

56. *Prote, Hyria*] Luxatum eſſe puto verborum ordinem: nulla enim inſula eſt *Hyria* praeter *Zacynthon*, quae aliquando dicta eſt *Hyrie*, auctore Plinio in quarto. Legendum itaque videtur *Zacynthos Hyrie*, more uſitato Melae, ut diximus ad cap. 1. lib II. Pintian.

57. *Neritos*] Sic omnes hactenus editi. Lege *Nericos*, ex Hom. ult. *Odyſſ. Neritos* enim Ithacae mons, eodem auctore, & Strabone lib. x. Ἠεωγαφεμένων, & Euſtath. *Il. β.* Schott.

58. *Corcyra*] Nunc *Corfu*. Olivar.

59. *Nelos*] Scribendum *Melos*. Barbarus.

Melos] Hodie *Mil*. Olivar.

60. *Olearos, Aegina, Cathon*] Lego *Oliaros* per *i* in ſecunda, ex Strabone, Ptolemaeo, Stephano: ut mendoſe ſcriptum ſit, ubicunque aliter ſcriptum invenitur. Praeterea *Cothon* non *Cathon* legendum ex Stephano, & Plinio. Pintian.

61. *Thera, Hyaros*] Scribe *Gyaros* ex Strabone & Stephano. Idem.

ra, Gyaros, [62] Hippuris, Dionysia, [63] Cythnos, Chalcia, [64] Icaria, [65] Cinara, Nisyros, [66] Lebinthos, Calymnia, Syme. Hae, quia dispersae sunt, Sporades. [67] Ab eis [68] Si-
105 cinos, Siphnos, Seriphos, Rhenea, [69] Paros, Myconos, Syros, Tenos, Naxos, Delos,

62. *Iporis*] Scribendum *Hippuris*, ex Plinio, ceterisque. BARBARUS.

Hippuris, *Donysa*] Lego *Donusia*, non *Donysa*, ex Stephano, tradente translatam fuisse à Baccho in eam insulam Ariadnam, persequente illam patre Minoe. Unde appellata fuit forma possessiva *Dionysia*, sed postea corrupto nomine dictam esse *Donusiam*. Legendum igitur apud summum Poëtam *Donusiam*, non, ut antehac legebatur, *Donysam*. Nam ratio carminis synizesi figura defenditur. PINTIAN.

63. *Cianos*] Legendum videtur *Ceos*, ex Strabone; aut *Cios* ex Ptolemaeo, apud quem falsò in Graeco exemplari scriptum reor *Cia* pro *Cios* facili lapsu scriptorum, duobus elementis *o* & *s* confusis in unum *a*, etsi Hermolaus legit in Ptolemaeo *Ciam*, cui equidem non assentior. IDEM.

64. *Icaria*, *Pinaria*] Stephanus, Plinius & ceteri ferè omnes *Icaros*: Strabo variat. *Pinarae* nullos meminit praeter Plinium, apud quem tamen in codice vetusto *Pyrana* legitur, non *Pinara*. IDEM.

65. *Pinaria*] Plinius *Cinara*, nondum muto, quoniam & *Pinara* Lyciae urbs fuit. BARBARUS.

66. *Lebynthos*, *Calydne*, *Asine*] Scribe per *i* in secunda *Lebinthos*, ex Strabone, & Plinii codice scripto. Pro *Asine* autem fortè reponendum *Casiae*: nam à *Caso* una Sporadum complures adjacentes insulae dictae sunt *Casiae* Straboni, Stephano, Homero. PINTIAN.

67. *Ab eis Sicynus*] Videtur scribendum *Sicenus*, penultima producta. ex Strabone, & Stephano, Ptolemaeus per *i* in eadem *Sicinos*, sed vitiosè puto. IDEM.

68. *Cicynos*, & infrà, *Myeon*] Scribendum *Sicynus*, ex Strabone, Plinio, Stephano, vetustis codicibus: item non *Mycon*, sed *Myconos*, iisdem auctoribus. BARBARUS.

Hypanos, *Cythnos*, *Siphnos*, *Seriphos*] Aldus, *Hypanos*, *Sipanos*, *Seriphos*. Scribo, *Cythnos*, *Siphnos*, *Seriphos*: ex Ptolemaeo & Strabone; apud quem in Graeco codice *Cythros* pro *Cythnos* falsò scriptum est. In Plinio quoque *Citanos* depravatum pro *Cythnos*. PINTIAN.

69. *Paros*, *Scyros*] *Scyros* insula nobilis Rege Lycomede, & latebris Achillis suprà reddita est. Quapropter hîc *Syros* melius quàm *Scyros* legetur, quam Homerus *Pyriam* nominasse creditur. Clara Pherecyde alumno, cognomento Rhabio, ex Strabone & Stephano. Eadem menda in Ptolemaeo Graecè IDEM.

Paros, *Syros*] Pherecydes hic, de quo Pintianus *in Castigationibus*, *Syrius* fuit, prosae inventor. Plinius lib. v cap. 29. & lib. VII. cap. 56. Apuleius lib. II. *Floridorum*, & Strabo extremo lib X. Diog. Laertius, & Suidas, qui & ipse ex Strabone restituendus. Fuit verò hic Athenienfi Pherecyde longè antiquior. SCHOTT.

70. *An-*

los, [70] Andros, quia in orbem jacent, Cyclades dictae. Super eas jam in medio mari, ingens & centum quondam urbibus habitata [71] Crete, ad orientem promontorium Samonium, ad occidentem [72] Κριὸς μέτωπον immittit; nisi major esset, Cypri similis: multis famigerata fabulis, [73] adventu Europae, Pasiphaes & Ariadnae amoribus, Minotauri feritate fatoque, Daedali operibus & fuga, [74] Tali statione atque morte; maximè tamen

70. *Andros*] Nunc *Andria*. Oliv.

71. *Crete*] Nunc *Candia*. Idem.

72. Κριὸς μέτωπον] Id est, *arietis frontem*. Idem.

73. *Adventu Europae*] Lego, *avectu Europae*: ut illud Lucani,

——— *Nec fortior undis*
Labitur avectae pater Isidos.

Neque enim Europa sponte sua advenit in Cretam, sed rapta & avecta à Jove. Posset etiam legi *advectu*: Plinius *advectionem* dixit lib. x. cap. 1. sed melior significantiorque prior lectio. Pintian.

74. *Tum statione atque morte*] Scribo, *Tali statione*, &c. fuit hic *Talus* aereus gigas, solus ex seculo illo aereo superstes, quo narrant fabulae donatam à Jove Europam ad custodiam Cretae insulae: tantae pernicitatis, ut singulis diebus universam insulae oram ter lustraret. Is quum appulsos in Cretam Argonautas, post raptam Medeam, aditu insulae arceret, carminibus veneficiisque Medeae extinctus est, auctore Apollonio in quarto *Argonauticôn*. Meminere etiam Orpheus, Zenobius, & Lucianus in *Philopseude*; item ex nostris Catullus. Idem.

Tum statione atque morte] Emendavimus, *Tali statione atque morte*, testimonio multorum Auctorum. Nec subiit tunc Platonem citare in *Dialogo*, qui inscribitur *Minos*, vel *de Lege*. Ejus verba ex tralatione Marsilii Ficini sunt: *Eo planè veluti legum custode per urbem usus est Minos, ad reliquam verò Cretam custode Talo. Talus enim ter quotannis pagos omnes lustrabat, leges eorum observaturus, tabulis aereis leges sculptas circumferens, unde aereae nominatae sunt.* Haec Plato, cujus postrema illa verba, *unde aereae nominatae sunt*, vertit Marsilius, homo quidem mediocri ingenio, & eruditione, mediocri item Graecae ac Latinae linguae cognitione praeditus, verùm in humanis studiis parùm versatus, super quam asper & durus nimis Interpres. Transferre igitur debuit Ficinus, *unde aereus appellatus est*: sic enim Graeca praeferunt exemplaria; & *Talus* ipse, ut probavi, *aereus* à Poëtis fictus appellatusque est, non leges. Sed de erroribus Marsilii in tralatione Platonis, alio loco dicturi sumus uberius. Idem.

Tali statione] Hujus loci restitutio Jano Parrhasio viro doctiss. debetur: is enim primus (nisi fallit memoria) sic leg. vidit libro *De quaesitis per epistolam*. Tantae autem

tamen eo, quòd ibi [75] sepulti Jovis penè clarum vestigium sepulcrum est, cui nomen ejus insculptum [76] esse accolae ostendunt. [77] Urbium notissimae, Gnosos, Gortyna, Lyctos, Lycastos, [78] Holopyxos, Panacra, [79] Cydonia, [80] Marathusa, Dictynna. Inter colles, quòd ibi nutritum Jovem accepimus, fama

tem celeritatis fingitur, ut totam Cretam uno die pedibus obiret: Orpheus, & Apollonius Rhodius lib. IV. *Argonaut.* Lucianus in Φιλοψεύδει, Catullus ad Camerium:

Non custos si fingar ille Cretum.

Meminit & Zenobius in *Adagiis.* SCHOTT.

75. *Sepulti Jovis*] Varro de litoralibus apud Solinum cap. 17. etiam suis temporibus affirmat sepulcrum Jovis in Ida visitatum. De hoc multa Arnobius in eruditis illis *adversus Gentes* libris: quos propediem Caspar Cardillus Villalpandeus emendatiores dabit. Hinc potissimum mendaces habiti: Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί, apud D. Paulum I. cap. *ad Titum*, ex Epimenide Cretensi: similiter apud Ovidium, Lucanum, & Statium. Vide Lactantium lib. I. *Divin. Institut.* & Cyprianum *de Idolis.* Itidem & *Curetes* dicti, quasi curatores, ut Strabo lib. X. διὰ τὸ κουροτροφεῖν τὸν Δία, καὶ κόρους ὄντας ὑπερχεῖν. Sallust. *Histor. Fragm.* apud Lactant. lib. I. cap. 21. *Curetes, quia principes intelligendi divina fuerunt, vetustatem ut cetera in majus componentem, altores Jovis celebravisse.* IDEM.

76. *Esse accolae ostendunt*] Lego, *etiam accolae.* Ex compendiis litterarum, ut fieri amat, natus error. IDEM.

77. *Urbium notissimae Gnosos*] Cum duplici *ss Gnossos* Strabo & Ptolemaeus. PINTIAN.

Urbium notissimae] Plinius XL. urbes numerat, lib. IV. cap. 12. Solinus cap. 17. *Non stipata centum urbibus, sicut perhibent qui prodigè lingua largi sunt,* (sic enim legi malim, quàm *largiti*) *sed magnis & ambitiosis opidis, quorum principatus est penes Gortynam, Cydona, Cnosson, Therapnas, Dium, Lyctum.* SCHOTT.

78. *In Creta Clopixos & Camoracusa*] Scribe, *Holopyxos & Manaethusa*, ex Plinio: quamquam scriptum est *Manathusa.* Vereor ne *Marathusa* legendum sit, à feniculis, nam & insulae hoc nomine habentur aliquot. Quid si *Anaracusa*, quasi ab Amaraco? BARBARUS.

79. *Cydon, Marathusa, Dictynna*] Lego *Marathusa* ex Plinii vetusto codice, hoc est, *fenicularia*; nam & insula est apud Clazomenas hoc etiam nomine à copia feniculi, ut tradunt Stephanus, Thucydides, Plinius. *Dictamnum* quoque Ptolemaeus, non *Dictynna. Dictynnaei* promontorii meminit Strabo. PINTIAN.

80. *Manethusa*] Libri vett. *Marathusa:* & sup. *Cnosos*, scrib. geminato sibilo, & cappa, ex Hom. & Graeca consuetudine. SCHOTT.

81. *Jux-*

ma Idaei montis excellit. [81] Juxtà eſt Aſtypalaea, [82] Naumachos, Zephyre, Chryſe, Gaudos, [83] & quas Muſagorus numero tres, uno tamen vocabulo appellant; atque, [84] unde Carpathio mari cognomen eſt, Carpathos. In Adria [85] Apſoros, Dyſcelados, [86] Abſyrtis, Iſa, Pityia, Hydria, [87] Electrides, nigra Corcyra, Tragurium, Diomedia, [88] Aeſtria, Saſon, atque, ut Alexandriae, ita Brunduſio adjacens Pharos. [89] Sicilia (ut ferunt) aliquando continens,

81. *Juxtà eſt Aſticla*] Rectè qui pro *Aſticla* ſubrogaverunt *Aſtypalaea*: nam de inſulis Rhodo propinquis hîc agitur. *Aſtypalaea* vero inter *Con*, *Rhodon*, & *Cretam* ponitur à Strabone. Scribendum autem *Aſtypalaea* cum *ypſilon* in ſecunda & *ae* diphthongo in quarta, ex omnibus, item ex Etymologia. PINTIAN.

82. *Naumachos, Zephyre, Criſe, Caudos*] Plinius, *Maulocos, Zephyre, Chryſe, Gaudos*. De *Gaudo* etiam Callimachus atque Strabo. BARBARUS.

Naumachos, Zephyre, Criſe] Vetus Plinii codex *Naulochos*, non *Naumachos*: & *Chryſe* ſcribo; quo nomine habetur alia inſula in India. Poſcit id quoque Etymologia. PINTIAN.

83. *Et quas Muſagoros numero tres, uno tamen nomine* &c.] Plinius etiam cum Pomponio lib. IV. cap. 12. *Muſagoros* appellat: at in antiquiſſimo Toletano exemplari, non *Muſagoros* habetur, ſed *Muſagorus*, terminatione Graeca. Quare & in Pomponio, unde mutuatus eſt Plinius, *Muſagorus*, non aliter, ſcribendum cenſeo. IDEM.

84. *Unde Carpathio mari*] Vide Strabonem lib. X. extremo. SCHOTT.

85. *Aſporos, Dicedalos, Abſyrtis*] Plinius, *Abſoros, Celaduſe, Abſyrtis*. Item paulò pòſt, non *Ticana*, ſed *Trucones*, nec *Phlecirides*, ſed *Electrides*, nec *Lingarium*, ſed *Tragurium*. De quibus multa libro ejus III. perſequuti ſumus. BARBARUS.

Trucones] VV. CC. *Titana*. Herm. Barbarus pro *Abſoro Ticana* legit, niſi aut memoria lapſus eſt; aut ſcribae peccatum. *Abſorus* Straboni Ἄψυρτις. SCHOTT.

86. *Celaduſe, Abſyrtis*] Scribendum numero plurali cum *ae* diphthongo in poſtrema *Celaduſae*, ex Plinio in fine tertii, & *Abſyrtides*, non *Abſyrtis*. Licet Hermolaus antiquam lectionem retineat. Sed numero plurali *Abſyrtides*, non *Abſyrtis*, ut Hermolaus legit, Ptolemaeus, Strabo, Stephanus, Plinius, omnes. PINTIAN.

87. *Electrides*] *Electridae* primo ordine, Stephanus. IDEM.

88. *Aeſtria Aſine*] Legendum fortaſſe non *Aeſtria Aſine*, ſed *Scardona*, auctore Ptolemaeo: ut Librarii ex una dictione, quae illorum eſt diligentia, duas fecerint. IDEM.

89. *Sicilia*] Nomen retinet. OLIVAR.

Sicilia aliquando continens] Plinius lib. III. cap. 8. Juſtinus lib. IV. Solinus cap. 11. Thucyd. lib. VI. Virg.

nens, & agro Bruttio annexa, pòst [90] freto maris Siculi abscisa est. Id angustum & anceps alterno cursu modò in Tuscum, modò in Ionium pelagus perfluit, atrox, saevum, & Scyllae Charybdisque saevis nominibus inclytum. Scylla saxum est, Charybdis mare, utrumque noxium appulsis. Ipsa ingens & tribus promontoriis in diversa procurrens, Graecae literae imaginem, quae Delta dicitur, efficit. [91] Pachynum vocatur, quod Graeciam spectat: [92] Lilybaeum, quod Africam: [93] Peloris, quod in Italiam

vi. Virg. iii. *Aeneid.* Cic. *Verrina* vi. & Sallust. in *Hist. Fragmentis*: *Italiam conjunctam Siciliae constat fuisse: sed medium spacium aut per humilitatem obrutum est aquis, aut propter angustiam scissum: inde Rhegium nominatum.* Schott.

90. *Freto maris Siculi*] Nunc dicta *El far de Mesina.* Olivar.

91. *Pachynum*] Nunc *Cabo Pacino.* Idem.

Pachynum vocatur, quod Graeciam spectat] Strabo, Ptolemaeus, Stephanus, Dionysius Byzantius, *Pachynus* in recto, non *Pachynum*; item Rufus Festus:

In matutinos Pachynos producitur ortus.

Idem error castigandus in Plinio. Pintian.

92. *Lilybaeon, quod in Africam*] Dionysius *Lilybeon* nominat. Idem.

93. *Peloron, quod in Italiam vergens*] Scribo *Pelorus*, non *Pelorum*, ex Ptolemaeo & Marciano. *Pelorias* est Straboni & Stephano. Variat Solinus, modò hoc, modo illo nomine utens. Thucydides quarto, & Dionysius Byzantius *Peloris*, Silius *Pelorus* nominat lib. xiv.

— *Arenosa tollit se mole Pelorus.*

Idem.

Peloris] Ausus fui deserere editiones praecedentes, in quibus plerisque est *Pelorum*, quum in scripto libro reperissem *Pelorus*. In quo vocabulo disputat quidem Pintianus, quàm variè pronuntietur; nempe *Pelorias*, *Peloris*, *Pelorus*, & se scribere testatur *Pelorus* ex Ptolemaeo & Marciano. Sed nostrae lectioni fides est ab ipsa Pomponii manu, infrà scribentis *Pelorida*, quam scripturam tenent concordes MSS. quam terminationem nunc ei displicuisse, vel etiam maluisse nunc scribere *Pelorias*, mox autem *Pelorida*, (quod nobis imponit editio Vossii) nulla causa est, cur putemus, praesertim eò dirigentibus quoque antiquis libris. Similis ineptiae exemplum editur lib. iii. cap. 7. ubi in editis scribunt *elephantes*; paullò pòst autem *elephantis maximis*. Haec quoque ipsis variandi ratio placet: quam quis credat placuisse Pomponio, maximè quum in priore loco in MS. (& in Mediolanensi Frater) invenerim *elephantes*, ut nunc quoque rursus edidi? imò eandem termi-

nationem

liam vergens Scyllae adversum est. Causa nominis, Pelorus gubernator ab Hannibale ibidem conditus; quem idem vir profugus ex Africa, ac per ea loca Syriam petens, quia procul intuenti videbantur continua esse litora, & non pervium pelagus, proditum se arbitratus occiderat. Ab eo ad Pachynum ora quae extenditur, Ioni- 150
um mare attingens, haec fert illustria, [94] Messanam, [95] Tauromenium, [96] Catinam, [97] Megarida, [98] Syracusas, & in iis mirabilem Arethusam. Fons est, in quo visuntur [99] jacta in Alpheum amnem, ut diximus, Peloponnesiaco 155
litori infusum: unde ille creditur non se consociare pelago, sed [100] subter maria terrasque depressus,

nationem, ex omnibus sibi inspectis, ut reor, edat Vossius, qui tamen conjicere audet *elephantas*. Adverte, Lector, an in hac nota dixi in duobus libris manu exaratis *Pelorus* scriptum me reperisse? Id ut credas, impingit tibi Vossius, tam licenter mendax. Rectum esse utrumque tam *Peloris* quàm *Pelerias* non negavi. In Strabone non sic propinqua demonstrabit Vossius Πελωριάδα & Πελωρίδα, ut in Mela connectit *Pelorias* & *Pelorida*. GRONOV.

94. *Messanam*] Nunc *Mesinam*. OLIVAR.

95. *Tauromenium*, *Catinam*, *Megarida*] Scribo *Catanen*, non *Catinam*; & *Megara*, non *Megarida*, utrumque ex Strabone, Stephano, Ptolemaeo, Thucydide, Xenophonte secundo *Hellenicôn*, à quibus in Orthographia Graecarum dictionum libentiùs sto, quàm à Plinii & Pomponii & Latinorum Auctorum depravatissimis exemplaribus. Nec apud me rationes Hermolai in contrarium ullius sunt ponderis. *Megarenses* antè *Hyblaei* dicti Strabo-

ni, Stephano, Thucydidi. Dissentiunt Ptolemaeus & Pomponius. *Tauromenium* penultimam producit, scribitur enim cum *ei* diphthongo Stephano. Nec video cur Hermolaus *Taurominium* pronuntiet; non *Tauromenium*. PINTIAN.

Taurominium] Nunc *Tavernera*. OLIVAR.

96. *Catinam*] Nunc est *Catania*. IDEM.

97. *Megarida*] Nunc *Agosta*. IDEM.

98. *Syracusas*] Nunc est *Saragosa de Sicilia*. IDEM.

99. *Jacta in Alphaeum amnem*] Scribendum sine ulla diphthongo *Alpheum*. Habet tamen apud Graecos diphthongum *ei* in penultima, quae solet apud nos verti in *i* vel *e* longum, ex Strabone, Stephano, Pausania, & omnibus. PINTIAN.

100. *Subter maria*] Hinc Arethusam fontem Siciliae ab eo amatum fabulantur Poëtae, Ovid v. *Transform*. Lucanus lib. III. Statius Papinius *Sylvis*, & Silius lib. XIII. Virgil. *Ecloga* x. & *Aeneid*. III. Pausanias lib. v. &

presſus, huc agere alveum, atque hîc ſe rurſus extollere. Inter Pachynum & Lilybaeum [101] Acragas eſt, & [102] Heraclea, & Thermae: inter Lilybaeum & Pelorida [103] Panormus, & Himera: interiùs verò [104] Leontini, & [105] Centuripinum, & Hybla, aliaeque complures: famam habet [106] ob Cereris templum Enna. Praecipui montium Eryx maximè memoratus ob delubrum Veneris ab Aenea conditum, & [107] Aetna, quae Cocly-

ex Pindaro Cic. XII. ad *Atticum* epiſt. 5. Moſchi verſus Graecos, qui hoc Naturae miraculum Amorisque vim eleganter depingunt, libet adſcribere:

Ἀλφειὸς μετὰ Πίσαν ἐπὴν κατὰ πόντον ὀδεύσει,
Ἐρχεται εἰς Ἀρέθουσαν ἄγων κοτινηφόρον ὕδωρ,
Εὖνα φέρων καλὰ φύλλα καὶ ἄνθεα. καὶ κόνιν ἱρὰν,
Καὶ βαθὺς ἐμβαίνει τοῖς κύμασι· τὰν δὲ θάλασσαν
Νέρθεν ὑποτροχάει, κ' ἐ μίγνυται ὕδασιν ὕδωρ·
Ἀλλ' ἓν οἶδε θάλασσα διερχομένου ποταμοῖο
Καῦμ' ἀγνοῦντας, κακομάχανον, αἰνὰ διδάσκων,
Καὶ ποταμὸν διὰ φίλτρον ἔρως ἐδίδαξε κολυμβᾶν.

Apponam & Latinos aliquando à me factos:

Flumen & Alpheus, Piſam circa, in mare tendit
Praecipitans, Arethuſa tuis ut miſceat undis
Liber aquae: folia & flores evolvit, arenasque,
Et fluvios ſubter jam labitur, & mare, lange.
Attamen illius vitat contingere fluctus:
Hinc adeò ignorat infra ſe tendere amantem.
Improbe Amor, quid non mortalia pectora cogas,
Spicula ſi intorquens ita flumina nare docebas?

Obſerva, malè vulgò *Alphaeum* cum dipthongo excudi. SCHOTT.

101. *Agragas*] Nunc *Gergenti*. OLIVAR.

102. *Heraclea & Therme*] Stephanus & Plinii vetus codex *Therma* ſingulari numero, Ptolemaeus *Thermae* plurali. PINTIAN.

103. *Panormus*] Nunc *Palermo*. OLIVAR.

104. *Leontini*] Ptolemaeus *Leontium*. PINTIAN.

105. *Centuripinum*] *Centoripa* cum *o* in ſecunda & neutro genere Strabo, & Thucydides; *Centuripae* cum *u* in eadem & diphthongo *ae* in extrema Ptolemaeus. IDEM.

106. *Ob Cereris templum Enna*] Cicero VI. *Verr.* Saepe hoc nomen oſcitantia Librariorum in *Aetna* vocem affinem commutatum: ut in Auctore *Viror. illuſtrium*, in Atilio Calatino: quem nuper emendavimus & Commentario illuſtravimus. SCHOTT.

107. *Aetna*] Non flagrat: nec ex vicinis aliquis eſt, qui hoc viderit

Cyclopas olim tulit, nunc asſiduis ignibus flagrat. De amnibus Himera referendus, [108] quia in media admodum ortus, in diverſa decurrit, ſcindensque eam utrinque, alio ore in Libycum, alio in Tuſcum mare devenit. Circa Siciliam [109] in Siculo freto eſt Aeaee, quam [110] Calypſo habiderit. Nunc dicitur *Bolear*. OLIVAR.

108. *Quia in media admodum ortus*] Conſiderandum, an ſit melior lectio diviſim *ad modum*, hoc eſt, *ad menſuram*. PINTIAN.

109. *In Siculo freto eſt Aeaee, quam Calypſo habitaſſe dicitur*] Plinius, *Alterâ*, inquit, *Calypſus, quam Ogygiam appellaſſe Homerus exſtimatur*, in quam videlicet, ut ait Stephanus, Ulyſſes naufragus evaſit. BARBARUS.

In Siculo freto eſt Aeaee, quam Calypſo habitaſſe dicitur] Homerus decimo *Odyſſeae*, & Apollonius quarto *Argonauticῶν Circen* ſcribunt habitaſſe inſulam *Aeaeam*, non *Calypſo*: quos ſecutus Virgilius tertio *Aeneidos*, *Aeeam* appellavit inſulam Circes, noto verſu; ubi *Aeaee* nomen eſt inſulae, non cognomen Circes, ut Servius Grammaticus putavit. Neque enim *Circe* dicta eſt *Aeaea*, aut unde putat Servius, aut ab inſula quam habitavit, ſed ab *Aea* urbe Colchorum, Auctore Strabone in primo. Quia verò Ulyxes utramque amavit, & inſulae, quas habitaverunt, in eodem ſunt mari Tyrrheno non longè à ſe diſitae, Pomponius pro *Circe* accepit *Calypſo*. In quem errorem incidit etiam Ariſtoteles ſecundo *Ethicorum* non longè à fine, quod Aſpaſius quoque ejus Interpres notavit. Propertius etiam in tertio *Calypſo Aeaeam* appellavit, non quòd *Ogygia* inſula, quam habitavit, alio nomine dicta ſit *Aeaea*, & ab inſula cognominata ſit ipſa *Aeaea*: nam inſulam, quam *Calypſo* incoluit, Homerus *Ogygiam* nominat in ſeptimo *Odyſſeae*; Apollonius *Nymphaeam* in quarto; & ab utroque diſſentiens Callimachus *Gaudon*: nemo *Aeaeam*. Dicta eſt igitur à Propertio *Calypſo Aeëa* ab eadem urbe Colchorum *Aeëa*, in qua regnavit *Aeetes* frater Calypſus: *Solis* enim ambo filii fuerunt, ſecundum quosdam, referente celeberrimo apud Graecos Grammatico Zeze in *Lycophronis expoſitione*: licet Homerus *Odyſſeae* ſeptimo Atlantis filiam *Calypſo* faciat, non Solis, & Homerum ſecutus Apollonius in quarto. Meminit & *Aeaeae* inſulae, quam Circe habitavit, Procopius Hiſtoricus in primo. Porro ab *Aea* ſive *Aeaea* Colchorum urbe deduci gentile nomen *Aeaeus*, Stephanus docet. Addo ex Interprete *Homeri* in decimo *Odyſſeae*, *Aeaeam* inſulam fuiſſe priùs, quod nunc eſt promontorium *Circaeum* ab illa denominatum, ex quorundam opinione. PINTIAN.

110. *Calypſo habitaſſe dicitur*] Imò *Circe*: μνημονικὸν ἀμάρτημα, magnis etiam ingeniis non infrequens. Sed eò venia faciliùs Pomponio dabitur, quòd & in eundem lapidem Ariſtot. Philoſophorum coryphaeus impegerit ſecundo *Ethic. ut Calypſo*, inquit, *monebat: Extra fluctum & fumum navem adige. Circe* enim (quod & Argyropolus repoſuit) dixiſe oportuit ex Hom. XII. *Odyſſ.*

Ὡς

habitasse dicitur ; Africam versus [111] Gaulos, [112] Melita, Cosura ; [113] propius Italiam Gala-
175 ta, & illae septem, quas Aeoli appellant, Osteodes, [114] Lipara, Heraclea, Didyme, Phoenicusa, ac, sicut Aetna, perpetuo flagrantes igne Hiera

Ὡς τῷ μὲν πάντ' κακὰ κύμαθ' ὑλίσσῃ ἐφορμᾷ

Νῆα.

Contrà quoque *Circe* tribuit, citrum, hederam, & laricem urere solitam, Virg. Poëtarum princeps, & eum secutus Plinius lib. XIII. cap. 16. quod erat *Calypsus*, auctore Homero X. *Odyss.* Talia in Cic. peccata. Agellius lib. XV. cap. 6. *Noct. Attic.* & Politianus *Miscellan.* cap. 53. annotavit. Victorius quoque *Variar. Lect.* lib. II. cap. 15. & III. cap. 3. & Muretus lib. XIV. cap. 20. *Variar. Lect.* SCHOTT.

Calypso habitasse] Annotaveram Aristotelis II. *Ethicorum* ad Nicomachum μνημονικὸν ἀμάρτημα, Calypsoni ea tribuentis, quae Circes sunt, Eustathium Scholiasten secutus. Pòst inspecto Homero, Ulysis esse didici, gubernatorem hortantis ut Charybdim vitet, Ὀδυσσ. μ. v. 217.

Σοὶ δὲ κυβερνήθ' ὧδ' ἐπιτέλλομαι &c.

SCHOTT.

111. *Caulos . . . . Halaza*] Plinius & alii, *Gaulos* & *Galata*. BARBARUS.

112. *Melita*] Nunc *Malta*. OLIVAR.

113. *Propius Italiam Galata & illae septem quas Aeoli appellant: Osteodes*, &c.] *Osteodem* neque Strabo, neque Plinius, neque, quod sciam, alius inter Aeolias numerat : quapropter existimo erratum esse in ordine verborum, legendumque, *Propius Italiam Galata, Osteodes, & illae septem*, &c. Scribendum autem cum adspiratione in postrema *Galatha*, ex Ptolemaeo & Plinii vetere codice, quamvis Ptolemaeus cum *c* in principio *Calatha*. PINTIAN.

114. *Lipara, Veracia, Didyma, Phoenicusa, Ericusa. Aetna perpetuo flagrat igne. Hiera, & Strongyle.*] Sic Aldi habent exemplaria. Scribendum arbitror, *Lipara, Hicesia, Didyme, Phoenicusa, Ericusa, & quae perpetuo flagrant igne Hiera & Strongyle:* ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio, Marciano, Solino, & Homeri Interprete in decimo *Odysseae*, qui *Hisceiam* pro Euonymo ponit inter Aeolias. Ptolemaeus utramque locat prope Siciliam. Vel si magis placet lege : *& quae, ut Aetna, perpetuo flagrant igne Hiera & Strongyle*, ex Diodoro. De perpetuis harum incendiis praeter citatos Auctores meminere etiam Apollonii Rhodii Expositores in quarto. Illud non omittendum, ceteris unitatis numero esse *Didyme;* Pausaniae verò plurium numero *Didymae*. Item insulas illas *Ericusam*, & *Phoenicusam* à Ptolemaeo *Ericode*, & *Phoenicode* appellari, non etiam, a Strabone, ut Hermolaus somniavit. IDEM

115. *Ai*

Hiera & Strongyle. [115] Sed [116] Pithecusa, Leucothea, Aenaria, Phitonia, Capreae, Prochyta, Pontiae, [117] Pandateria, [118] Sinonia, Palmaria, Italico lateri citra Tiberina Ostia objacent. Ultrà aliquot sunt parvae, [119] Dianium,

115. *At Pithecusa, Leucothea, Aenaria*] *Pithecusae* plurali numero Strabo, Ptolemaeus, Stephanus, quorum Strabo & Ptolemaeus cum simplici *s* semper *Pithecusae;* Stephanus cum duplici. Ovidius quoque numero plurali:

Colle Pithecusas habitantum nomine dictas.

Praeterea videtur legendum permutato dictionum ordine, *Pithecusae, Aenaria, Leucothea:* ut servet morem suum saepe jam inculcatum, conjungendi duo locorum propria nomina: nam *Pithecusae* alio nomine dictae sunt *Aenaria*, ab statione navium Aeneae, auctore Plinio lib. III. IDEM.

116. *Pithecusa*] Plinius *Aenariam, Inarimen*, & *Pithecusam* pro eadem habet lib. III. cap. 6. Appianus lib. v. *belli Civilis*, & Steph. Πιθηκοῦσαι duplici *s*. Hanc *Arimam* Homero, *Inarimen* Virgilio dictam contendit Nicolaus Erythraeus *in Virg.* SCHOTT.

117. *Pandataria*] Stephanus & Plinii antiquum exemplar: item Cornelius Tacitus lib. XIV. & Vario in tertio *de Re Rustica* cum *e* in tertia *Pandateria;* Ptolemaeus cum *o* magno in eadem *Pandatoria;* Strabo *Pandaria*, si codex vitiatus non est, quod vereor. PINTIAN.

118. *Phytonia, Parmaria*] Lego *Pinton*, non *Phytonia*, ex Marciano, & Plinio: cujus verba depravata, ut post hac emendatè legantur, libuit subtexere ex lib. III. cap. 6. *Etiamnum*, inquit, *angustias eas arcentibus insulis parvis, quae Cuniculariae appellantur, itemque Phitonis fossae, à quibus fretum ipsum Taphros nominatur.* Scribendum ex vetusto Plinii exemplari: *Etiamnum angustias eas artantibus insulis parvis, quae Cuniculariae appellantur, itemque Pintonis & fossae*, Romana exemplaria *Pinton* & *fossae* legunt, non minus probanda lectione. Nec me movet Ptolemaeus, qui eam insulam *Phintonem* nominat: multis enim Graeci adspirant, quae Latini per tenuem efferunt, & è contrario. Sciendum tamen *Pintonem*, sive mavis *Phintonem*, insulam, non esse ex earum numero, quae sunt citra Tiberis ostia, quas hic Pomponius refert, sed ex illis, quae ultrà sunt. Quamobrem inter Transtiberinas locanda est, errore Librariorum hic posita. Praeterea legendum videtur *Palmaria*, non *Parmaria*, ex Plinio & Marciano, à palma arbore, unde & *Phoenicusa* inter Aeolias nominata, & duae aliae eodem nomine in sinu Libyco prope Carthaginem Stephano. Adstipulatur etiam Varro libro *de Re Rustica* tertio: *Hoc*, inquit, *ita fieri apparet in insulis propinquis Pontiae, Palmariae, Pandateriae.* IDEM.

119. *Dianium, Iginium, Cerbania*] Plinii vetus exemplar & Romana lectio, itemque Marcianus *Igilium* legunt, non *Iginium*, ut Hermolaus agnoscit: haud sanè, ut mihi videtur, rectè. Quapropter legendum puto *Aegilium* sive *Aegilion:* ut quemadmodum dicta

nium, Igilium, Carbania, Urgo, Ilva, Capraria: [120] duae grandes, fretoque diviſae, Cor-
185 ſica & Sardinia; quarum [121] Corſica Etruſco litori propior, [122] intra latera tenuis & longa, praeterquam [123] ubi Aleria [124] & Mariana coloniae ſunt, à barbaris colitur: [125] Sardinia Africum pelagus attingens, [126] niſi quòd in occiden-
190 tem quàm in orientem anguſtius ſpectat, par & qua-

dicta eſt altera inſula *Aegilos*, id eſt, *Caprariа*, ita haec forma diminutiva appellata ſit *Aegilion*, id eſt, *Capellaria*, & *minor Aegilos*. *Carbaniam* putat Hermolaus eam eſſe, quae à Plinio dicta ſit *Barpona*; cui nec aſſentio omnino, nec diſſentio. In alterutro erratum conſtat, in utro incertum. IDEM.

120. *Duae grandes fretoque diviſae Ethruſco*] Non eſſe attendandum verbum *Ethruſco* perſuadere videtur Plinius in tertio: *In Liguſtico*, inquit, *mari eſt Corſica, quam Graeci Cyrnon appellavere, ſed Thuſco propior*. Nihilominus pendeo animi, dubiusque ſum *Taphro* ne hîc an *Ethruſco* legendum ex eodem Plinio; cujus verba paulò antè relata ſunt: *Itemque Pinton & foſſae, à quibus fretum ipſum Taphros nominatur*. IDEM.

121. *Corſica*] Nomen retinet. OLIVAR.

122. *Inter latera tenuis & longa*] Melior lectio, *ſed longa*. Ceterum haec verba non videntur convenire *Corſicae*, ſed *Sardiniae*, de qua ſtatim ſubjicet; quae ideo dicta eſt *Ichnuſa* & *Sandaliotis*, quòd longitudine & laterum anguſtia ſoleae ſive humani veſtigii effigiem exprimat, Stephano, Pauſaniae, Plinio, Solino, Marciano & reliquis. PINTIAN.

123. *Ubi Aleria & Marianae coloniae ſunt*] Scribe *Mariana*, non *Marianae*, ex Ptolemaeo, Plinio, Solino. IDEM.

124. *Et Mariana*] Sic edidi, ſequutus viros doctos & MSS. quos novi duos, (& manifeſtè ex Mediolan. idem notavit Frater) Non *Marianae*, ut nuper. Sic quum ſcripſi, intelligis vel inprimis Cluverium à me ſignari: ille praecipuè deſcripſit Corſicam: ille ſic citavit: ille locum Ptolemaei citat, Marianam utramque notat. Et tamen immodica in balbutiendo lingua Voſſii id ipſum nunc voluit praecipere, quaſi rem haberet cum templi camillis. Ego verò etiam ſcripſi mox *Sulci*, non *Sulchi*; quia illud videntur ſervaſſe ab Auctore iidem codices, praeferentes *Sola*, & maximè, quia flocci non facio Voſſium univerſum cum integra *Appendice*. GRONOV.

125. *Sardinia*] Nunc *Sardengna*. OLIVAR.

126. *Niſi quòd in Occidentem quàm in Orientem anguſtius ſpectat*] Corrigendum puto: *niſi quòd ab Occidente quàm ab Oriente anguſtius patet*, ex Plinio in tertio: *Sardinia*, inquit, *ab Oriente patens*, &c. quae verba refert etiam Marcianus. PINTIAN.

Niſi quòd in Occidentem] Nihil muto, contra Pintianum, Salluſtium enim eſt imitatus lib. II. *Hiſtor. Sardinia in Africo mari facie veſtigii humani, in Orientem quàm in Occidentem latior promi-*

quadrata undique, & nusquam non aliquanto ſpatioſior, quàm ubi longiſſima eſt Corſica; ceterùm [127] fertilis, & ſoli quàm caeli melioris, atque ut fecunda, ita penè peſtilens. In ea antiquiſſimi populorum ſunt Ilienſes: [128] urbium antiquiſſimae [129] Calaris & Sulci. At in Gallia quas referre conveniat, ſolae ſunt Stoechades, ab ora Ligurum ad Maſſiliam usque diſperſae. [130] Baleares in Hiſpania contra Tarraconenſia litora ſitae, non longè inter ſe diſtant, & ex ſpatio ſuo cognominibus acceptis, [131] majores, mino-

prominet. Inde Ichnuſa appellata. SCHOTT.

127. *Fertilis, & ſoli quàm caeli melioris*] Peſtilentia caelique inclementia infamis *Sardinia.* Hinc Tacitus II. *Annal.* ſub Tiberio factum S. C. refert, ut quatuor millia Judaeorum & Aegyptiorum in Sardiniam deportarentur: qui ſi interiiſſent ob gravitatem caeli, vile damnum habitum. Martial. lib. II.

Nullo fata loco poſſis excludere; quum mors
Venerit, in medio Tibure Sardinia eſt.

Claudian. lib. *de Bello Gildonico* extr. & Aurel. Victor *de Viris illuſtr.* in C. Graccho. IDEM.

128. *Urbium antiquiſſimae Calaris & Sulchi*] Sunt qui *Calaris* probent, inter quos eſt & Hermolaus. Nos contrà ex Strabone, Stephano, Ptolemaeo, Pauſania, Marciano, Plinio, utique ſcripto, *Caralis* defendimus; ſicubi aliter ſcriptum ſit perperam ſcriptum aſſerentes. Stephanus *Caraliam* nominat. Praeterea Strabo aſpiratè *Sulchi:* Ptolemaeus ſine adſpiratione *Solci:* Plinius *Sulci:* Pauſanias *Sylci*, etſi in eo mendoſè *Syllus*, pro *Sylcus* ſcriptum leges. Sed quoniam haec Corſicae & Sardiniae relatio, ita conſuſè & praepoſterè ſcripta eſt, ut neutri, quòd ſuum eſt, redditum videatur; viſum eſt faciendum, ut ſubjicerem, quo pacto reſtitui fortaſſe in integrum poſſit. Scribendum igitur, ut reor, hoc verborum conceptu: *Quarum Corſicae litori propior par & quadrata undique, praeterquam ubi Aleria & Mariana coloniae ſunt, à Barbaris colitur. Sardinia Africum pelagus attingens, inter latera tenuis, ſed longa; niſi quòd ab Occidente quàm ab Oriente anguſtius patet, & nusquam non aliquanto ſpatioſior, quàm ubi latiſſima eſt Corſica*, &c. PINTIAN.

129. *Calaris*] Nunc *Caller.* OLIV.

130. *Baleares*] Duae ſunt. IDEM.

Baleares in Hiſpania] Ptolemaeus cum duplici *ll* & *i* in ſecunda *Balliarides:* Strabo *Baleridas* cum uno tantum *l:* Stephanus *Bliarides.* PINTIAN.

Baleares] Nonnulli à *Baleo* Herculis comite derivant: alii, παρὰ τὸ βάλλειν, *à jaculando*, quòd fundae peritiſſimi, in quâ à puero exercebantur, nec aliter cibum capere poterant. Hinc etiam *Gymneſiae* Graecis dictae, Florus lib. III. cap. 8. Lycophron, Suidas, & Vegetius lib. I. cap. 16. SCHOTT.

131. *Majores*] Nunc *Mallorca.* OLIVAR.

[132] minoresque perhibentur. Castella sunt [133] in minoribus, [134] Jamno & Mago: [135] in majoribus, [136] Palma & [137] Pollentia coloniae. [138] Ebu-
205 sos è regione promontorii, quod in [139] Sucronensi sinu Ferrariam vocant, eodem nomine urbem habet; frumentis tantum non fecunda, at alia largior, & omnium animalium, quae nocent, adeò expers, ut nec ea quidem, quae de agrestì-
210 bus mitia sunt, aut generet, aut, si invecta sunt, sustineat. Contrà est [140] Colubraria, cujus meminisse succurrit, quòd cùm scateat multo ac malefico genere serpentium, & sit ideo inhabitabilis, tamen ingressis eam, intra id spatium,
215 quod Ebusitana humo circumsignaverunt, sine pernicie & rata est; iisdem illis serpentibus, qui solent obvios appetere, aspectum ejus pulveris, [141] aliud velut virus procul & cum pavore fugientibus.

132. *Minores*] Nunc *Minorca*. IDEM.

133. *In minoribus Samo & Mago, in majoribus Parma & Polentia*] Ptolemaeus, & ferè Plinius, non *Samo*, sed *Jamno*, sive *Jamna*. Item non *Parma*, sed *Palma*. BARBARUS.

134. *Jamno, & Mago*] Ptolemaeus *Jamna*, non *Jamno*. PINTIAN.

135. *In majoribus Palma & Polentia*] Ptolemaeus *Palma* & *Pollentia* cum duplici *ll*: Strabo, *Palama & Potentia*. IDEM.

136. *Palma*] Quae nunc dicitur *Mallorca* civitas. OLIVAR.

136. *Polentia*] Nunc *Polenza*. IDEM.

138. *Ebusos*] Nunc *Agiusa*. IDEM.

139. *Suppronensi*] Legendum *Sucronensi*, ut praediximus. BARBARUS.

140. *Colubraria*] Nunc *La Dragonnera*. OLIVAR.

141. *Aliudve quod verius*] Neminem esse tam obtusi judicii puto, cui non suboleat, haec verba non esse Pomponii, sed Lectoris, fabulosum putantis, quod de natura terrae *Ebusitanae* Auctores prodidere. PINTIAN.

POMPONII MELAE DE SITU ORBIS LIBER III.

CAP. I.

HISPANIAE ORA EXTERIOR.

DICTA est ora Nostri maris: dictae insulae, quas amplectitur. Restat ille circuitus, quem (ut initio diximus) cingit [1] Oceanus. Ingens infinitumque

1. *Oceanus*] Quem σωματοποιούντα ex Viridario Caesarinorum huc arcessivi, ut monstro suo incubantem & diversum ab fluviorum

Q



5 que Pelagus, & [2] magnis aestibus concitum (ita enim motus ejus appellant) modò inundat campos, modò latè nudat ac refugit, [3] non alios aliosque

rum simulacris videres. Hinc addidi eximium & verè selectum Antonini Pii nummum ab Cl.



Seguino vulgatum, in quo jacentem imaginem suspicabatur vir ille doctissimus esse terrae totius aut provinciae emblema. Sed est ipse Oceanus rupibus accubans & iisdem circumdatus, & ex naturae constituto bibens aquam caelestem ab Jove, qui throno suo insidet, & pluviae moderator passim legitur, jam apud Hesiodum μετωπορινὸν ὀμβρήσαντος Ζηνὸς ἐμσθενέος; effusam ex cornu, prout Ganymeden quoque cornu ministrantem ostendit gemma apud Gorlaeum.

——— πολλὸν δ' ὑπὸ χθονὸς εὐρυοδείης
Ἐξ ἱερῆς ποταμοῖο ῥέει διὰ νύκτα μέλαιναν
Ὠκεανοῖο κέρας

apud Hesiodum in *Theogonia* v. 787. GRONOV.

2. *Magnis aestibus concitum*] De maris exaestuatione Plinius lib. II. cap. 99 & 101. Q. Curtius, Caesar *Comment.* III. *belli Gall.* aliique. Hinc & *aestu secundo* & *adverso* apud Sallust. libris *Historiarum*, & *rumore secundo* Virg. *Aeneid.* & apud Nonium Festella. SCHOTT.

3. *Nunc ad alios aliosque invicem*] Scribendum reor, *nec ad alios aliosque invicem*. PINTIAN.

Non aliò alióque invicem] Planè non auscultari oportuit Vossio hanc lectionem testanti facile fuisse excudere, quum libri omnes manu exarati habeant *non alios aliosque*. Immò haec est ipsa vera lectio, dependens à voce *campos*, aequè ac sequentes *hos* & *illos*. Non benè sic mutaret sermonem Mela. Sed neque dubitari à me potuit, quin huic notae non ignosceret Vossius. Itaque videns, qui retinens veterem lectionem retulerim ad *campos*, scribit rectius aliquanto me dicturum fuisse, si homines aut populos interpretatus fuissem. Mi Lector, vidistine aut legisti homines aut populos inundatos ab Oceano sine noxa, & id saepe fieri? Quid Vossio portentosius? Ne nunc quidem aliter sentio. Campos exposui praeëunte ipso Mela, qui lib. I. cap. 9. quum dixisset Aegyptum ab exundante Nilo etiam irrigari, mox dicit humentes campos. Ita nunc Mela ubi planities sunt, ibi scribit inundari campos ab Oceano, & quidem non alios aliosque invicem, hoc est, ut prius invadat Africam, inde procedat ad Hispaniam, pòst ad Galliam, ut sic campi vel regiones excipiant has vices; neque ut, ubi sint oppositae regiones, nunc Britannia repleatur

aliosque in vicem, neque alternis accesſibus nunc in hos, nunc in illos [4] toto impetu verſum: ſed ubi in omnia litora, quamvis diverſa ſint, Terrarum Inſularumque ex medio pariter effuſum eſt, rurſus ab illis colligitur in medium, & in ſemet ipſum redit; tanta vi ſemper immiſſum, ut vaſta etiam flumina retroagat, & aut terreſtria deprehendat animalia, aut marina deſtituat. Neque adhuc ſatis cognitum eſt, [5] anhelitune ſuo id Mundus efficiat, retractamque cum ſpiritu regerat undam [6] undique, ſi (ut [7] doctioribus placet) [8] unum animal eſt: an ſint depreſſi aliqui ſpecus, quò reciprocata Maria reſidant, atque unde ſe rurſus exuberantia attollant: an Luna cauſas tantis meatibus praebeat. Ad ortus certè ejus

repleatur exhauſtâ Galliâ, pòſt Gallia ſentiat liberatâ Britanniâ, & ſic alterni inter eas ſint accesſus. Hanc geminam Melae interpretationem ignoravit Voſſius, ut plenè patet ex *Appendice*, ubi ſcribit [neque aliò alióque terrarum modò in hos, modò in illos populos per vices & quaſi ſucceſſivè] prorſus quae duo diverſa facit Mela, futiliter confundens. Stolida eſt igitur & paraphraſis Voſſiana & lectio. Etiam repoſui ex MSS. *ingens infinitumque pelagus*, non ut edunt, *& infinitum*. Gronov.

4. *Toto impetu verſum*] Haec eſt vera atque integra Pomponii ſcriptura, unde vulgò ſubducunt vocem primam, quam ſtabiliunt libri veteres. Idem.

5. *Anhelitu ne ſuo*] Vide Solinum cap. 26. extremo. Schott. Legendus Plutarchus *de placitis Philoſoph.* 11. cap. 3. & Seneca in *Natural. Quaeſt.* Idem.

6. *Undique, ſi ut doctioribus placet, unum animal eſt*] Caſtigo: *utique, ſi ut doctioribus placet, mundus animal eſt.* Solinus cap. 26. *Phyſici autumant mundum animal eſſe, eumque ex variis elementorum corporibus conglobatum eſſe.* Pintian.

7. *Doctioribus*] Platonicis, qui ajunt mundum eſſe animatum. Olivar.

Doctioribus] Sic Cicero Stoicos, ni fallor, aliquando vocat. Schott. Stoicis ſcilicet auctore Solino cap. 26. Idem.

8. *Unum animal*] Sic editi libri. Pintianus *mundus animal*, tentabat: lege, *vivum animal*, proximè veritatem; immò germana lectio. Ovidius xv. *Metamorph.*

Nam ſive eſt animal tellus, & vivit, &c.

Idem. Lego, *utique ſi, ut doct. placet, vivum animal eſt, ac ſint depreſſi*, ex Ovid. *Metamorph.* & Strabone lib. 1. Idem.

ejus occasusque variantur: [9] neque eodem assiduè tempore, sed ut illa surgit ac demergitur, ita recedere atque adventare comperimus. Huc egressos, sequentesque ea, quae exeuntibus dextra sunt, aequor Atlanticum & ora Baeticae frontis excipit, quae, nisi quòd semel iterumque paululùm in semet abducitur, usque ad flumen Anam penè recta est. [10] Turduli & [11] Bastuli habitant. In proximo sinu portus est, quem Gaditanum, [12] & lucus, quem Oleastrum appellant: tum castellum Ebora in litore, & procul à litore Asta colonia. [13] Extrà Junonis ara templumque est: in ipso mari munimentum Caepionis, scopulo magis quàm insulae impositum, [14] Baetis ex Tarraconnensi regione demissus, per hanc ferè mediam diu, sicut nascitur, uno amne decurrit: pòst ubi non longè a mari grandem lacum facit, quasi ex uno fonte geminus exoritur: quantusque simplici alveo venerat, tantus singulis effluit. Tum sinus alter usque ad finem provinciae inflectitur, eumque [15] parva oppida, Olintigi, Onoba, Laepa, contingunt. At

9. *Neque eodem assiduè tempore, sed ut illa surgit*] Sincerior, ut arbitror, lectio erit: *Namque eodem assiduè tempore, ut illa surgit*, &c. PINTIAN.

Neque eodem assiduè tempore, sed ut illa surgit, ac demergitur, &c.] Haec verba in aliam formam mutavi, retento tamen eodem sensu: nunc ea in statum priorem restituo, Plinium secutus lib. II. cap. 99 de aestibus maris: *Nec unquam*, inquit, *eodem tempore quo pridie fluunt, ut ancillantes sideri avido, trahentique secum hausiu maris & assiduè aliunde quàm pridie exerciti.* IDEM.

10. *Turduli*] Nunc pars Andalusiae, pars Granatenses. OLIVAR.

11. *Bastuli*] Omnes Granatenses. IDEM.

12. *Et lucus*] Fortè *locus*: & mox *à litore* glossam olet. SCHOTT.

13. *Extra, Junonis ara templumque est. In ipso mari monumentum Geryonis*] Castigatius magisque è Pomponii elegantia & nitore: *Extrà Junonis ara templumque, & in ipso mari monumentum Geryonis.* PINTIAN.

14. *Baetis*] Nunc *Guadalquebir*. OLIVAR.

15. *Parva oppida Olitingi, Onolapa*]

At [16] Lusitania trans [17] Anam, quâ mare Atlan- 45
ticum spectat, primùm ingenti impetu in altum abit: deinde resistit, ac se magis etiam quàm Baetica abducit. Quâ prominet, bis in semet recepto mari, in tria promontoria dispergitur. Anae proximum, quia, lata sede procurrens, 50
paulatim se ac sua latera fastigat, [18] Cuneus ager dicitur: sequens, [19] Sacrum vocant: Magnum, quod ulterius est. [20] In Cuneo sunt, [21] Myrtili, [22] Balsa, [23] Osonoba: in Sacro [24] Lacobriga, & Portus

Iapa] De primo nihil comperi, alterum *Osonoba* scribendum, non *Onoba*, sive, ut Ptolemaeus, *Onoba* cognomento *Lisurta*, quam Plinius initio ferè lib. III. *Osonobam Asturiae* vocavit. BARBARUS.

16. *Lusitania*] Pars Lusitaniae dicitur *Portugallia*, pars *la Extremadura*. OLIVAR.

17. *Ana*] Hodie est *Guadiana*. IDEM.

18. *Cuneus ager dicitur*] Verbum illud, *ager*, suppositítium videtur. Nam Plinius in tertio fine ullo additamento *Cuneum*, hoc promontorium nominat. Occasionem dederunt errori, si error est, verba Strabonis in initio tertii malè tralata. Quid si legendum non, *ager dicitur*, sed *à Graecis dicitur*? ut praeterpisum sit Librarii indiligentia, nomen promontorii Graecum, *Sphen*: sic enim *Cuneus* vocatur Graecè. Nam Marcianus Latinus Auctor Graeco maluit quàm Latino nomine hoc promontorium demonstrare, *per Sphenis*, inquit, *frontem circuitu sacri promontorii*, &c. PINTIAN.

19. *Sacrum promontorium*] Nunc *Cabo de San vincente*. OLIVAR.

20. *In Cuneo sunt Mirtylis*] Ptolemaeus per ypsilon in prima. & jota in duabus ultimis, *Julia Myrtilis*. PINTIAN.

21. *Myrtilibalio Osonoba*] Scribendum *Myrtilis*, *Balsa*, *Osonoba*, ex Plinio, Ptolemaeo, Antonino, ceteris. BARBARUS.

Mirtylis] Nunc *Vaena*. OLIVAR.

Myrtilis, *Balsa*] Ita correxit Hermolaus ex Plinio, Ptolemaeo, Antonino & ceteris. In quibus quum nihil culpare posset Vossius, culpat lectionem Marciani Ἴβλεα, putatque scripsisse Βάλσα, ut apud Ptolemaeum. Ego non dubito, quin *Iba sa* verum sit nomen etiam apud Melam, cujus veram scripturam non adsecutus fuit Hermolaus. Nam quum hic citet *Myrtilibalio*, idque ego sciam exstare in duobus scriptis, etiam in Mediolanensi viderit Frater, & haud dubiè exstabit quoque in aliis, manifestè apparet idem fatum hujus vocis fuisse, quod vocis *Hispal* suprà, & scripsisse Melam *Myrtil*, *Ibalsa*. Nugatur in *Appendice* Vossius, tacens de libris antiquis; nihil sanum jaciens, quod ad Melam pertineret. GRONOV.

22. *Balsa*] Nunc *Tavila*. OLIVAR.

23. *Osonaba*] *Siluera*. IDEM.

24. *Latobriga*] Scribendum, *Lacobriga*, usitatum id Hispanis urbibus vocabulum. BARBARUS.

Lacobriga] *Coymbra*. OLIVAR.

tus Hannibalis: in Magno [25] Ebora. [26] Sinus interfunt: & eſt [27] in proximo Salacia; [28] in altero, [29] Ulyſippo, [30] & [31] Tagi oſtium, amnis gemmas aurumque generantis. Ab his promontoriis [32] in illam partem, quae receſſit, ingens flexus aperitur; in eoque ſunt [33] Turduli veteres, Turdulorumque oppida: amnes autem, Mon-

25. *Ebora*] Nomen retinet. IDEM.

26. *Sinus interſunt, & eſt in proximo Salacia*] Scribo, *Sinus interſunt. Urbes, in proximo Salacia.* ut in Gallia exteriore: *Belgarum Treveri. Urbes opulentiſſimae. In Treveris Auguſta:* frequens eſt in hoc ordine Mela. PINTIAN.

27. *In proximo Salacia*] Hodie indigitatur *Alcaçar de Sal.* Quod monui eorum gratia, qui ſuis in Ptolemaeum *Scholiis*, ferè dixeram *Scoriis*, annotarunt, ut & in Melam Joach. Vadianus *Olyſipponem* & *Salaciam* eandem eſſe, ex malè intellectis Plinii verbis lib. IV. *Natur. Hiſtoriae* cap. 22. Locus enim, ut vulgò circumfertur, male interpungitur: hinc illae lacrymae. Lege igitur: *Oppida memorabilia à Tago, in ora, Oliſipo, equarum è Favonio vento conceptu nobile: Salacia, cognominata urbs imperatoria: Merobriga.* Vadianus à Mela ſuo, quem interpretabatur, diverſas urbes eſſe admoneri poterat: cui ignoſcerem. niſi plures ille in errorem induxiſſet, qui ad eundem lapidem impegerunt, eum ſecuti. *Salacia*, autem vel hoc nomine clara, quod P. Nonium, Mathematicum inſignem, tulit, & inter Hiſp. Luſitanosque principem: qui *de Ratione navigandi:* in *Sphaeram Io. de Sacro boſco:* in *Theoricas planetarum Ge. Purbachii:* in *Ariſtotelis problema de motu navigii:* de *Crepuſculis:* & *de erratis Orontii Finei*, doctiſſ. *Commentarios* reliquit, quos legerim: aliaque. SCHOTT.

28. *In altero Ulyſippo*] Ptolemaeus *Olios Hippon* diviſim, hoc eſt, *Olis equile.* PINTIAN.

In altero Ulyſippo] Alias *Olyſippo* ſcribitur, Ptolemaeo Ὀλισσὼν Ἱππών: Straboni Ὀδυσσεία: Ὀδυσσεύς Steph. *de Urbibus.* Strabonis locum lib. III. *Geogr.* Laurent Valla alibi eſt cavillatus. And. Reſendius, Luſitanus doctiſſ. patriae illuſtrandae natus, adeò Antiquitatis ſtudio capiebatur; cùm Olyſippone Conimbricam Academiam migraret, quam Joannes III. Luſitaniae Rex, à Dionyſio inſtituram, liberaliter inſtaurabat; in *Oratione*, quam pro roſtris habuit, OLISIPO, ſeptem non amplius litteris ſcrib. ſimplici *p*, & fine *y* Graeco, ex ejusdem urbis litteratis marmoribus plurimis, docuit: & ſingulari libro Damianus à Goes. SCHOTT.

29. *Ulyſippo*] *Lisbona* hodie. OLIVAR.

30. *Et Tagi oſtium*] Lego, *ad Tagi oſtium:* urbes enim teſtatus eſt ſe relaturum, non fluvios. ſed in tranſitu dixit ad Tagi oſtium ſitam. PINTIAN.

31. *Tagi*] Nunc *Taio.* OLIVAR.

32. *Ad illam partem*] MSS. tres *in illam p.* quod nunc reſtitui: mox, *paululum eminet*, non *paulum.* GRONOV.

33. *Turauli veteres*] Scribendum;

Monda [34] in medium ferè ultimi promontorii latus effluens, & radices ejusdem alluens [35] Durius. [36] Frons illa aliquandiu rectam ripam habet: dein modico flexu accepto, mox paululùm [65] eminet: [37] tum reducta iterum, iterumque recta margine jacens, ad promontorium, quod Celticum vocamus, extenditur. Totam Celtici colunt, sed à Durio ad flexum [38] Grovii: [39] fluuntque per eos, [40] Avo, Celadus, [41] Naebis, [42] Mi-[70] nius,

dum, *Turduli veteres*; sequitur enim, *Turdulorumque oppida*. BARBARUS.

34. *In medium ferè ultimi promontorii latus effluens*] Emendatius, ni fallor, scribetur: *è medio ferè ultimi promontorii latere fluens*. PINTIAN.

35. *Durius*] Nunc *Duero*. OLIVAR.

36. *Frons illa aliquamdiu rectam ripam habet*] Lego: *rectam ripam agit*. ut de Gadibus: *quà terris propior est, penè rectam ripam agit*. PINTIAN.

37. *Tum reducta iterum, iterumque recto margine jacens*] Hanc distinctionem ex aliis editionibus retinuimus, à quibus temerè abiit Vossiana alias pejores sequuta. GRONOV.

38. *Groni*] Plinius quoque *Groni*, sive *Gronii*: ut diximus, itemque Silius quibusdam exemplaribus, sed frequentius tamen *Gravii*, à *Graiis* dicti,

Quinque super Gravios lucentes vovit arenas,
Infernae populis referens obliyia Lethes.

Item,

Et quos nunc Gravios violato nomine Grajum,
Oenaeae misere domus, Aetolaque Tydei.

Sed & Ptolemaeus *Gruios*, quasi *Grayios* appellat. BARBARUS.

39. *Fluuntque per eos Auocelandus, Nebis*] Ptolemaeo amnes iis locis sunt, *Auus & Nibis*, sive, ut Strabo, *Naebis*, etiamsi est inversa dictio apud eum *Baenis*, pro *Naebis*. Nihil verò mirum sit, *Auonem* Pomponio vocari, quem Ptolemaeus *Auum* nominat: nam & *Noelonem* Plinius appellat in Artabris fluentem, à quo *Noela* civitas, alia quàm *Noega*, inter Astures, ut dicemus, Ptolemaeus non *Noelonem*, sed *Noelum* in Cantabris tamen, & Asturia, non Artabris, quo *Noelae* populi dicantur Plinio: *Lacienses*, inquit, *& Pesici, & Noelae*, quamquam scriptum est *Zoelae*, tertio volumine. Ab fluvio *Auone*, *Auarum* gens. De *Celando* nihil comperi. IDEM.

40. *Auo, Celandus*] Ptolemaeus, non *Auo*. PINTIAN.

41. *Nebis, Minius*] Strabo cum *ae* diphthongo in prima *Naebis*; sine diphthongo Ptolemaeus. Utitur autem jure suo Mela hoc etiam loco, inculcatis duobus nominibus ejusdem fluvii. Nam *Naebis*, & *Minius* idem est, auctore Strabone; repugnat tamen Ptolemaeus. IDEM.

42. *Minius*] *Migno* nunc. OLIVAR.

nius, 43 & 44 cui Oblivionis cognomen est 45 Limia. 46 Flexus ipse Lambriacam urbem amplexus, 47 recipit fluvios Laeron & Ullam. Partem,

43. *Et cui Oblivionis cognomen est, Limia*] Variant codices in nomine hujus fluvii. Straboni exemplaria modò *Limaeam* habent cum *ae* dipthongo in media, modò *Limiam*, primo utrumque ordine Graecorum. Variat item Plinii vetus codex. PINTIAN.

44 *Cui Oblivionis cognomen, Limia*] Plinio *Limaea* lib. III. cap. 22. Ptolemaeo Λίμια. *Limia* hodieque, nomen retinens flumen, & oppidum *Ponte de Limae*. H. Stephanus *Lethia* legi vult, quòd in *Limia* nulla oblivionis significatio deliteſcat. Non assentior: Melam enim sic explico, ut *cognomen* sit rara notione, quasi simul ejusdem rei nomen. Plinius apertius Melae sensum reddidit, olim etiam *Oblivionis* flumen dictum, ut sunt plura saepe ejusdem rei nomina; quae Gramm. Graeci συνώνυμα paulò aliter atque Dialectici appellant. Horum in *Geographia* copioſam Silvam edidit Abr. Ortelius, civis meus: cujus industriae illustrata Geographia, omnesque studioſi plurimum debent. Hujus & Livii *Epitoma*, *fl. Oblivionis* meminit. lib. LV. & fortè Sallustius *Fragm. Hiſtoriarum: Cui nomen Oblivionis condiderunt*: apud .... *Balion*, quod hìc Hermolaus comminiſcitur, non comparet: *Balia* tantùm ſup paullo, quae fortè errandi anſam dedit. SCHOTT.

Cui oblivionis cognomen] Vide Plutarch. ἐν Αἰτίοις Ῥωμαϊκῶν. 34. Straboni lib. III Λιμαίῳ καὶ Λήθῃ: ubi & Βιλιάνα. pro Ὀβλιβιάνα malè legitur. Plinio *Limaeus* lib. IV. cap. 22. *Natural. Hiſt.* IDEM.

45. *Limia*] *Livia* hodie. OLIVAR.

46. *Flexus ipſe Lambriacam urbem amplexus*] Legendum exiſtimo non *Lambriacam*, ſed *Abobriacam*, quam in hoc tractu ut insignem urbem famigerat Plinius. PINTIAN.

47. *Recipit fluvios Iernam & Viam*] Aldus *Laeron* non *Iernam* legit. *Hierna* porro cum adſpiratione in prima promontorium eſt, non fluvius, Straboni in tertio. Sed ſciendum eam dictionem, ut pleraque alia in Strabone, depravatam esſe, legendumque in eo non *Hierna*, ſed *Nerium*, quamvis Hermolaus diverſae ſit opinionis. Patet id ex alio loco ejusdem Auctoris in eodem ipſo libro: *Extremi*, inquit, *Artabri incolunt circa Nerium promontorium, quod Occidentalis & Septentrionalis eſt lateris*. Neque id promontorium dictum eſt alio nomine *Artabra*, ut Strabonis vitioſa tralatio perſuaſit credulis Lectoribus, ſed Artabrorum populorum promontorium eſt *Nerium*. Denique de *Hierna* promontorio aut fluvio nusquam mentio; *Nerium* promontorium omnes ferè celebrant, Strabo, Ptolemaeus, Plinius, Pomponius. Sed Strabo & Ptolemaeus *Nerium* nominant; Plinius & Pomponius *Celticum*. Cauſa diverſitatis in nomine eſt, Celticos populos extremum illum angulum habitantes dictos esſe cognomine *Neritas*, auctore Plinio. Quod ſi divinandum eſt fluvium esſe in eo tractu monti cognominem, *Orbium* libentius ſcripſerim ex Ptolemaeo. PINTIAN.

Recipit fluvios Hiernam] Promonto-

Partem, quae prominet, Praesamarchi habitant, [48] perque eos Tamaris & Sars, flumina non lon- 75
gè orta decurrunt; Tamaris, [49] secundum [50] Ebora portum; Sars, juxta turrem Augusti titulo memorabilem. Cetera super [51] Tamarici Neriique incolunt in eo tractu ultimi. Hactenus enim ad occidentem versa litora pertinent. Dein- 80
de ad septentriones toto latere Terra convertitur [52] à Celtico promontorio [53] ad [54] Scythicum usque. [55] Perpetua ejus ora, nisi ubi [56] modici recessus ac parva promontoria sunt, ad Cantabros penè recta est. [57] In ea primùm Artabri 85
sunt

montorium, quod est commune utriusque lateris Hispaniae, Occidentalis & Septentrionalis. dixi appellari à Strabone, & Ptolemaeò, *Nerium*, à Plinio & Pomponio *Celticum*: nec, ut sentiunt aliqui, à Strabone dici *Artabram*: postea animadverti tradi à Plinio, à quibusdam appellari id promontorium *Artabrum* lib. IV. cap. 21. Sed loco ita depravato atque alieno, ut promontorium id statuatur longe ab eo situ, in quo est, quod mihi causa hallucinandi fuit. Idem.

48. *Per quae eos Tamaris*] Ptolemaeus *Tamara*. Idem.

49 *Secundum Arotebrarum portum*] Strabo non *Arotebras* appellat, sed inversis litteris *Arotrebas*. Cui lectioni favet non Plinii modò vetus codex, sed ipsa etiam Plinii sententia: *Et ibi*, inquit, *gentem Artabrum, quae nunquam fuit, manifesto errore. Arotrebas enim quod ante Celticum diximus promontorium hoc in loco posuere, litteris permutatis.* Quibus Plinii verbis non puto refutari opinionem Melae, etsi paulò pòst *Artabros* ponat. Nam qui à Plinio refelluntur ex *Arotrebis Artabros* fecerunt mutatis litteris, ut ex Plinii verbis liquet. At Mela utrosque refert & *Arotrebas*, & *Artabros*. Idem.

50. *Arotebrarum*] *Gallegos* nunc. Olivar.

51. *Tamarici*] *Gallegos* quoque. Idem.

Tamarici Nerii quae incolunt] Scribendum videtur *Neriae*, non *Nerii*, ex Plinii scripta & Romana lectione. Pintian.

52. *A Celtico promontorio*] A promontorio, quod vocatur *Finis terrae*. Olivar.

53. *Ad Scythicum usque*] Sudant hic Interpretes, & in Hispania hoc promontorium quaerunt. Frustrà: intellig. enim promontotium ultimum Orientis: agit enim hic de tota Septentrionis ora: & toto terrae tractu. Schott.

54. *Scythicum*] Dacicum ad Saxoniam. Olivar.

55. *Hinc perpetua ejus ora*] Vocem primam nos quoque in nullo ex tribus scriptis exstare novimus, ut rectè Vossius eam delendam judicet, & sicut debuit nunc delevi. Gronov.

56. *Modici recessus*] Ad Portum Magnum ad Trileucum promontorium. Olivar.

57. *In ea primùm Artabri sunt & Janasfum Celticae gentis*] Castigo, *In ea primi Artabri sunt*, etiam-

sunt, * etiamnum Celticae gentis; deinde [58] Astures. In Artabris [59] sinus ore angusto [60] admissum mare non angusto ambitu excipiens, Adobricam urbem & quatuor amnium ostia incin-
90 git: duo, etiam inter accolentes, ignobilia sunt: [61] per alia duo [62] Mearus exit, & Ivia. [63] In Asturum litore Noega est oppidum: & tres arae, quas Sestianas vocant, in penè insula sedent, [64] & sunt Augusti nomine sacrae, illu-
95 strantque terras antè ignobiles. [65] At ab eo flumine,

etiamnum Celticae gentis. Nam paulò antè dixerat Celticos populos longè tenere oram Hispaniae quae Occidentem spectat usque ad Celticum promontorium, communem angulum utriusque orae Occidentalis & Septentrionalis. Nunc autem referens populos Septentrionalem oram incolentes, ait primos in ea esse Artabros populos, nec pertinere ad sequentes gentes Astures Cantabrosve, sed esse adhuc Celticae gentis antedictae. PINTIAN.

* *Jana sum*] *S. Jacobus in Compostella.* IDEM.

58. *Astures*] Nomen retinent. OLIVAR.

59. *Sinus ore angusto admixtum mare non angusto ambitu excipiens*] Ita nugatoribus placuit edere, in quibus emicat Vossius, quum priores Editiones habuerint *admissum*, ut est & in Juntina. Sed MS. Mediolanensis exhibet planè *admisum*, ego vidi in altero *ammisum*. Immò *admisum* edidit jam Andr. Schottus, & similiter Franc. Sanctius, cujus editione in conferendo libro Chisiano usus fuerat Rulaeus; ut hinc pateat in eo MS. etiam ita fuisse. Nec potest aliter esse, quin idem in codicibus MSS. omnibus repererit Vossius, ille, qui Schottum vocabat hominem bonum, qualis ipse non erat. Hoc Melae est, ac doleo nunc non repositum. lib. II. cap. 5. *Facit sinus, qui angustis faucibus grande pelagus admittit.* lib. II. cap. 5. *Sed qua mare admittit.* lib. II. cap. 6. *Pelagus primùm magno impetu admisum.* lib. I. cap. 5. *Oceanum ad quae nunc inundet admisum.* Idem est lib. III. cap. 7. *Indus & alia quidem flumina admittit.* GRONOV.

60. *Admixtum mare*] Legendum, *admisum mare.* PINTIAN.

61. *Peralia, Ducamaris exit in Libyca*] Scribendum, *Per alia duo Mearus exit in Libunca.* Ptolemaeus quoque *Mearum*, & *Navium* juxta urbem *Libuncam* statuit. BARBARUS.

62. *Mearus & Narius*] Ptolemaeus, *Metarus*, & *Nabius.* PINTIAN.

63. *In Asturum litore Noeta est oppidum*] Plinius & Strabo non *Noeta*, sed *Noega*, id est, Νοῖγα. In Ptolemaeo quoque fluvius *Noegavicesia* vocatur, in Cantabrorum litore, ceu dato urbi nomine vel accepto. BARBARUS.

In Asturum litore] Hinc *Asturcones equi* C. Plinio lib. VIII. *Natur. Histor.* cap. 42. extr. SCHOTT.

64. *Et sunt Augusti nomine sacrae*] Lego: *Eae sunt Augusti nomine sacrae.* PINTIAN.

65. *At ab eo flumine, quod Sa-*
lium

mine, quod Saliam vocant, incipiunt orae paulatim recedere, & latae adhuc Hiſpaniae magis magisque ſpatia contrahere; [66] usque adeò ſemet terris anguſtantibus, ut earum ſpatium inter duo maria dimidio minus ſit quâ Galliam tangunt, quàm ubi ad occidentem litus exporrigunt. Tractum [67] Cantabri & [68] Varduli tenent. Cantabrorum aliquot populi amnesque ſunt, ſed quorum nomina noſtro ore concipi nequeant. [69] Per eosdem

liam vocant] Cùm Pomponius poſt *Saliam* fluvium ſtatim *Cantabros* ponat, ab Occidente pergens in Orientem, & Plinius è contrario ab Oriente in Occidentem poſt *Cantabros* continuo *Sangam* fluvium ſtatuat, videntur uterque eundem fluvium agnoscere, ſive *Saliam* illum, ſeu *Sangam* nomines. Eſt igitur nominis differentia, non rei: ut vel in Pomponio legendum ſit *Sanga*, vel in Plinio *Salia*. Et Plinii quidem codex vetus *Sanga* oſtentat: in quam lectionem ut magis inclinem, facit, quod illius regionis incolae fluvium hunc appellant *Saia* corrupto nomine: nec mihi in hoc loco Hermolaus ſatisfacit. Idem.

66. *Uſque adeò ſemet & terras anguſtantibus*] Lego: *Uſque adeò ſemet terris anguſtantibus*. Idem.

Uſque adeò ſemet & terras anguſtantibus] Haec eſt codicum veterum ſcriptura. Unde Pintianus legit *ſemet terris anguſtantibus*. Sed videtur vulgare vitium in codicibus ſcriptis *anguſtantibus* pro *anguſtantis*, nempe Hispaniae. Sic cogitabam duntaxat irritandae ferociae Editoris poſtremi. Et pro fectò Voſſius inde magis ſe anguſtatum nequivit diffiteri, quàm ipſae illae regiones. Hinc quaerit [quid ſibi vult *ſemet & terras:*] Si nunc non intelligit, certè minimè intellexit, quum Melam ederet: & tunc tamen potuit adeò deteſtabilem in laudabilium virorum lucubrationes edere praefationem, quaſi ſolus Melam intelligeret. Haec igitur victoria mea eſt, qua ridiculum hominem auribus teneo; qua, quum in *Obſervationibus* nihil diceret, quaſi omnia benè noſſet, vigilare compulſus fuit, & haeſitationem ſuam aperire. Primò decurrit ad Vinetum, & ſuas membranas, mox ad Vaticanum, denique ad Arundelianum: ita nihil habet, in quo poſt tot vitae annos quieſcat. Itaque dum ſaepius reſpicio locum, vidi lenisſimam opem, diſſolvendo duas lineas, quae in litteram *u* coaluerant, *iisque* pro *usque*, ſcil. oris. Illae adeo anguſtant ſemet ipſas ac mediterraneas partes, ut, &c. Gronov.

67. *Cantabri*] Nunc *Montanas*, & *Biscaia*. Olivar.

68. *Varduli*] Lipuſca, & pars Vaſconiae. Idem.

69. *Pereundi & Salenos*] Fortaſſe, *Per eundem & Salenos*, hoc eſt, per eundem tractum Cantabrorum Vardulorumque ac Salenos, amnem Saurium deſcendere. *Saleni* ab amne *Salia* vocantur, de quo paulò antè Pomponius. Ab eodem fluvio *Saleniana* locus Antonino dicitur, ab aquis Origenis decem M. p. remota. De *Origenis* ſtatim diſſeram. Ptolemaeus quoque *Selinos* populos ag-

105 eosdem & Salenos Saunium, 70 per Autrigones 71 & Origenomescos Nanasa descendit: & 72 Devales 73 Tritium Tobolicum cingit, 74 & Decium Aturia, & Oeasonem Magrada. 75 Varduli

agnoscit, quorum urbs *Nardinium*, de iis ipsis, ut arbitror, intelligens. BARBARUS.

70. *Per Aurinos & Orgenomes quosdam Nasa descendit*] Scribi potest, *per Autrigones & Origeviones quosdam Nesua descendit*. De *Origevionibus*, sive, ut Plinius, *Origenis*, ut mox dixi; Antoninus, qui *Originas aquas* nominat. Ptolemaeus quoque *Origevos* dicens eos, & *Origaviolcam* urbem eorum. Quod autem in Plinio dictum nobis est, *Aurigevos* in Pomponio videri esse *Origenos*, melius est ut *Autrigones*, quemadmodum hoc loco diximus, legatur. Etenim Ptolemaeus inter *Autrigones* & *Origaviolcam* oppidum, flumen *Nesuam* ait delabi, quamquam *Nerva* in ipso frequentius, quàm *Nesua* scriptum est. Sed quae hîc sequuntur, de amne *Deva*, dubium nòn relinquunt, hunc ipsum Pomponio intelligi, qui *Nerva* sive *Nesua* dicatur. *Autrigonas* & Plinius lib. III. commemorat: *In Autrigonum*, inquit, *novem civitatibus Tritium & Veroveseca memorantur*. De *Tritia* mox agetur. IDEM.

Per Autrigones & Origeviones] Aliter legi in MSS. dixi ad lib. 1. cap. 2. GRONOV.

71. *Et Origeviones quosdam Nesua descendit*] Scribendum reor, *& Aurigevos & Caristos Nerva descendit*: ex Ptolemaeo, & Plinio. Legitur tamen in Ptolemaeo aliquando *Nesua*, quam lectionem rursus videntur approbare, qui loca illa habitant, *Nasa* lingua vernacula usque in hodiernum vocantes. Plinius *Origenos* vocat populos, non *Aurigevos*. PINT.

72. *Ex Devales Triton Obelunte cingit*] Legendum videtur, *Et Deva duplex Tritium Tobolicum attingit*. Ptolemaeus quoque *Devam*, sive *Divam* amnem collocat juxta *Tritium*, cognomine *Tobolicum*, sive *Toboricum*, in Vardulis Cantabriae. Habetur & eodem nomine alterum *Tritium*, nec procul admodum, inter *Beronas*, cognomine *Metallum*, Antoninus. Et Plinius; *Autrigonum*, inquit, *Tritium & Veroveseca*. BARBARUS

73. *Tritium Tobolicum*] Ptolemaeus *Tritium Toboricum*. PINTIAN.

74. *Et Detum Aturiasonans Sausa & Magrada*] Cùm non longè à *Tritio Toborico* sit oppidum *Iturissa*, aestimandum erit, nunquid verbum *Aturiasonans*, quod sine dubio depravatum est, ad *Iturissam* detrahere conveniat, ad hunc modum: *Deinde Iturissam & Easonem Magrada*, ut verbum *attingit* subaudias. Fluvius quidem aliquis nomine *Magrada* nondum mihi lectus est, sed cur mutem, non habeo. *Easonem* verò & promontorium & oppidum, non procul *Iturissa*: Ptolemaeus collocat in litore Oceani, *Olarsonem* à Plinio fortasse rectiùs vocatum, ad Pyrenaeos, finem Hispaniae celebrem. Scio & *Auriam* fluminis esse vocabulum Ptolemaeo, sed in Gallia Pyrenaeis proximi, ubi sunt *Tarbelli* Aquitaniae populi, à quo civitas *Aturinsium* vocatur. BARBARUS.

Deinde Iturissam & Easonem] Ptolemaeus cum uno *s Iturissam*. & per *oe* diphthongon in prima *Oeasonem*.

duli una gens, hinc ad Pyrenaei jugi promontorium pertinens, claudit Hiſpanias.

Oeaſonem. Strabonis codex Graecus *Idanuſam* nominat; Interpres *Oedaſanen* reddit, fortaſſe rectius, ex emendatioribus exemplaribus. Plinius non *Oeaſonem* ſed *Olarſonem* appellat. Nec ob id credam cum Hermolao, vitiatum eſſe Ptolemaei codicem. Parum enim efficax ea ratio eſt; ego potius crederem vitium in Plinio reſedisſe. PINTIAN.

Deinde Iturisſam] Hodiè *Sanpuſſan* in Navarrae regno plerique indigetant, patriam *Michaelis Lergae*, juvenis eruditiſſimi, & in Graecis litteris, quas apud Complutenſes profitetur, apprimè verſati: quod ego alterum à Mich. Verino Hiſpaniae lumen aliquando futurum auguror, ſuperesſe modò queat: illi, patriae illuſtrandae, lampada trado, in iis, quos molitur. Variarum Lectionum libris. Ptolemaeus enim & Antonini *Itinerarium* ultra Pampelonam *Iturisſam* collocant. SCHOTT.

75. *Varduli una gens*] Lego, *Varduli ultima gens.* Semper enim hujusmodi fine terminat provincias Mela, ut ſaepe dictum eſt. Vide ſup. lib. II. ad finem cap. 3. de Macedonia. PINTIAN.

CAP. II.

GALLIAE ORA EXTERIOR.

SEQUITUR Galliae latus alterum, cujus ora primò nihil progreſſa in altum, mox tantundem penè [1] in pelagus excedens, quantum retro Hiſpania [2] abſceſſerat, [3] Cantabricis ſit adverſa terris, [4] & grandi circuitu amflexa, ad occiden- [5] tem litus advertit. Tunc ad ſeptentriones converſa, iterum longo rectoque tractu ad ripas [5] Rheni amnis expanditur. Terra eſt frumenti praeſ-

1. *In pelagus excedens*] In promontorio, quod nunc eſt *S. Matthaeus* in Brittannia Minore. OLIVAR.

2. *Abſceſſerat*] In fonte Rabia. IDEM.

3. *Terris Cantabricis*] Diximus qui ſint Cantabri. IDEM.

4. *Et grandi*] Diximus à fonte Rabia eſſe hunc circuitum usque ad Britanniam Minorem. IDEM.

5. *Rheni*] Nunc *le Rhin.* IDEM.

6. *Ager*

pracipuè ac pabuli ferax, & amoena lucis immanibus. Quicquid ex ſatis frigoris impatiens eſt, [6] aegrè, nec ubique alit; ſalubris, & noxio genere animalium minimè frequens. Gentes ſuperbae, ſuperſtitioſae, [7] aliquando etiam immanes adeo, [8] ut hominem optimam & gratiſſimam Diis victimam caederent. Manent veſtiga [9] feritatis jam abolitae, [10] atque ut ab ultimis caedibus temperant, ita nihilominus, ubi devotos altaribus admovêre, delibant. Habent tamen & facundiam ſuam, magiſtrosque ſapientiae Druidas. Hi Terrae Mundique magnitudinem & formam, motus Coeli ac ſiderum, &, [11] quid Dii velint, ſcire profitentur. Docent multa nobiliſſimos

6. *Ager nec ubique*] Lego, *Aegrè, nec ubique:* flagitante ſenſu. SCHOTT.

7. *Aliquando immanis*] Lucanus lib. I. *belli Pharſal.* de Gallis:

Et quibus immitis placatur ſanguine diro
Teutates, horrensque feris altaribus Heſus:
Et Taranis, Scythicae non mitior ara Dianae.

De horum crudelitate, & Druidis multa Caeſar *Commentario* VI. *belli Gallici:* Strabo lib. IV. *Geogr.* Cicero *pro Fonteio:* Plinius lib. VII. cap. 2. initio, & XVI. cap. ult. ubi de Druidum appellatione: & XXIV. cap. 11. & XXX. lib. cap. 1. extr. Lactantius lib. I. cap. 21. Legend. & Euſebius lib. IV. *Praeparat. Euangel.* cap. 17. IDEM.

8. *Ut hominem optimam & gratiſſimam diis victimam crederent*] Scribo, *ut hominem optimam & gratiſſimam diis victimam caederent*, ut lib. 11. de Tauris populis: *Immanemque famam habent ſolere pro victimis advenas caedere.* Confirmat etiam quod ſtatim ſequitur. PINTIAN.

9. *Feritatis abolitae*] Anno V. C. IↃCLVI. Cn. Cornelio Lentulo, P. Licinio Craſſo Coſſ. S. C. factum ne homo immolaretur: auctor Flin. lib. XXX. & Aur. Victor nuper à nobis recens erutus. SCHOTT.

10. *Atque ut ab ultimis caedibus temperant*] Legendum potiùs, *atque ut ab humanis caedibus temperant.* Quod autem ſequitur *devotas*, ſcribo *devotos*, ut ſubintelligas, *homines.* Nam aliàs quod veſtigium obſecro erat feritatis abolitae, delibare victimas; quas mactare erat pietas? PINTIAN.

11. *Quid Dii velint*] Lucanus lib. I.

Solis noſſe Deos, & caeli numina vobis
Aut ſolis neſcire datum: nemora alta remotis
Incolitis lucis.

Cetera in eandem ſententiam: & Caeſar. SCHOTT.

12. *Clam*

mos gentis [12] clàm & diu, vicenis annis aut in ſpecu, aut in abditis ſaltibus. [13] Unum ex his, quae praecipiunt, in vulgus effluxit, videlicet ut forent ad bella meliores, aeternas eſſe animas, vitamque alteram ad manes. Itaque [14] cum mortuis cremant, ac defodiunt [15] apta viventibus. Olim negotiorum ratio etiam & [16] exactio crediti deferebatur ad inferos: erantque qui ſe in rogos ſuorum, velut unà victuri, libenter immitterent. Regio, quam incolunt, omnis [17] Comata Gallia: Populorum [18] tria [19] ſumma nomina ſunt, terminanturque fluviis ingentibus. [20] Nam à [21] Pyrenaeo

12. *Clam & diu vicenis*] Contrà Caeſar, diſciplinae myſteria occultaſſe, quod ea litteris mandare nefas crederent, *Comment. VI. belli Gallici.* Idem.

13. *Unum ex iis quae praecipiunt*] Ibidem Lucanus, ubi multa de Druidis & Bardis, de quib. leg. & Strabo lib. IV. & Amm. lib. XV. *Hiſt.* Idem.

14. *Cùm mortuos cremant ac defodiunt apta viventibus olim*] Legendum, *cum mortuis*, non *cum mortuos*, ex obſervatione Mariangeli. Pintian.

15. *Apta viventibus olim*] Fortè, *grata viventibus. Olim.* Schott.

16. *Exactio crediti deferebatur ad inferos*] Scribo *differebatur ad inferos.* Valerius Maximus: *Vetus ille mos Gallorum occurrit, quos memoriae proditum eſt, pecunias mutuas, quae his apud inferos redderentur, dare.* Pintian.

17. *Comata Gallia*] A coma ipſa capillorum. Olivar.

Comata Gallia] Quia coma, ut hodiéque Galli, delectata. Propriè tamen ea ora, quae vulgò Francia habetur. *Braccata* verò, Narbonenſis, ſeu Provincia Ro. Hodiè *Provence. Togata:* Ciſalpina Gallia Ligurum eſt. Schott.

18. *Tria ſumma nomina*] Caeſarem I. *Comm. Gallico* eſt ſecutus: quatuor enim Galliae populos alii numerant. Idem.

19. *Summa nomina*] Prior vox redundare videtur. Idem.

20. *Nam à Pyrenaeo ad Garumnam Aquitania*] Lego, *Aquitani*, non *Aquitania*; quia praeceſſit, *Populorum tria ſumma nomina*, & ſequitur *Celtae*, & *Belgae.* Pintian.

Nam à Pyrenaeo ad Garumnam Aquitani] Editiones omnes antehac *Aquitania.* Nos tandem credidimus audiendum eſſe Pintianum, non quia praeceſſit *populorum* & ſequitur *Celtae* & *Belgae*, quas ille praefert cauſas, (in quibus contrà profecto varietatem captare ſolet Auctor) ſed quòd mox ſequitur *Aquitanorum*, nec ſolet Mela in ſequentibus aliter loqui, quàm in praecedentibus incipit. Et jam ſuprà habuimus exemplum corruptarum vocum ab proximis earum litteris. Cronov.

21. *Pyrenaeo*] *Pyrenaei* nomina multa habent: nam ex ea parte quae Lipus, quae & ſonti Rabiae adjacet, *S. Adrianus* dicitur.

Pro-

renaeo ad [22] Garumnam, Aquitani; [23] ab eo ad [24] Sequanam, Celtae; indè ad Rhenum pertinent Belgae. [25] Aquitanorum clarisſimi ſunt [26] Auſci; [27] Celtarum, [28] Hedui; [29] Belgarum, [30] Treveri: urbesque opulentisſimae, [31] in Treveris [32] Auguſta; in Heduis [33] Auguſtodunum; [34] in Auſcis

Progrediendo verſus Meridiem ſtatim eſt *Roncesvalles*: deinde *Montes de Jaqua*: tum *Delempurda*: poſtremo promontorium maris noſtri, dictum *Templum Veneris*, hodiè *Cap de creus*, id eſt, Caput crucis. OLIVAR.

22. *Garumnam*] Nunc *la Garona*, nomen amittit ante Burdegalam, eo loco ubi confluunt ipſa & Girunda: & dicitur Gironda, prope promontorium Sanctonum, nunc *Blagani*, in illum decidit *la Dordogna*. IDEM.

23. *Ab eo ad Sequanam Celtae*] Ptolemaeus *Seconam*: Strabo *Secuanam*. PINTIAN.

24. *Sequanam*] Nunc *Sena*. Pomponius ſecutus eſt Caeſarem in diviſione Galliae. OLIVAR.

25. *Aquitanorum clarisſimi ſunt Auſci*] *Auſcii* cum duobus *ii* Strabo & Ptolemaeus, etſi Hermolaus in *Plinianis Caſt.* aliter ſcribat. PINTIAN.

26. *Auſci*] Regio & civitas, nunc *Aux*: Archiepiſcopatus eſt in Vaſconia. OLIVAR.

27. *Celtarum Hedui*] Strabo & Ptolemaeus ſine adſpiratione; ſed Ptolemaeus cum *ae* diphthongo in prima *Aedui*. Strabo ferè cum *e Edui*, nonnunquam tamen cum *oe* diphthongo *Oedui*. Stephanus cum Ptolemaeo, ſed *Aeduſios* nominat, ſi error non eſt in exemplari. Cornelius Tacitus undecimo *Eduos* ſine adſpiratione & diphthongo vocat. Urbem eorum *Auguſtodunum* Ptolemaeus & Marcellinus nominant. Proinde non eſt quod eam quis dictionem mutare attentet. PINTIAN.

28. *Hedui*] Quorum praecipua civitas eſt *Autun*, olim dicta *Auguſtodunum*. OLIVAR.

29. *Belgarum Treveri*] Ptolemaeus *Trebiri*: Strabo, & Cornelius Tacitus *de moribus Germanorum*, *Treviri*. PINTIAN.

30. *Treveri*] Nunc *Treves* ad Rhenum. OLIVAR.

31. *In Treviris Auguſta*] Puto deſiderari verbum *Trevirorum*, legendumque ex Ptolemaeo *Auguſta Trevirorum*, ut differat ab aliis urbibus ejusdem nominis: nam & *Auſciorum Auguſta* eſt. Proinde quod ſequitur. PINTIAN.

32. *Auguſta*] Auguſta Trevererorum, dicta nunc *Trever*, *Trier*, vernacula Lingua. OLIVAR.

33. *Auguſtodunum*] Nunc *Autun*. IDEM.

34. *In Aucis Eliumberrum*] Scio in *Auſcia Eluſates*. & *Eluſaticum* eorum oppidum fuiſſe, quod & lib. Plinii IV. diximus, ex Caeſare, Ammiano, Antoninoque, ut ſcribendum ſit, *in Auſcis*. Locum autem verbi *Eliumberrum*, ut non ponendum, ita certè concipiendum animo *Eluſaticum*, quod illi fortaſſe nominabant *Eluſaberrim*, quaſi *Eluſarum* urbem: nam *Berris* hoc ſignificat Barbaris Hiſpaniae Galliaeque confinibus, unde *Illiberris* in Baetica, & in Narbonenſi altera. Et *Laberris* in Aſturia, quemadmodum & *Obrigo*, unde *Lacobriga*, *Maiobriga*, *Deobriga*, mille talia, *Burgum* Germania, *Dunum* Thraces. BARBARUS.

In Auſcis Eluſaberris] Legendum *in Auſciis Auguſta*, ex eodem Ptole-

Auſcis [35] Cliumberrum. Garumna ex Pyrenaeo monte delapſus, niſi cùm hiberno imbre aut ſolutis nivibus intumuit, diu vadoſus & vix navigabilis fertur. At ubi obvius Oceani exaeſtuantis accesſibus adauctus eſt, iisdemque retro remeantibus, ſuas illiusque aquas agit; [36] aliquantum plenior, & quanto magis procedit, eo latior, fit [37] ad poſtremum magni freti ſimilis; nec majora tantùm navigia tolerat, verùm etiam more pelagi ſaevientis exſurgens, jactat navigantes atrociter, utique ſi aliò ventus, aliò unda praecipitat. In eo eſt inſula Antros nomine, quam pendere & attolli aquis increſcentibus ideo incolae exiſtimant, [38] quia cùm videantur editiora

Ptolemaeo, expuncta peregrina & barbara dictione *Eluſaberris*. Sunt tamen nonnulli & ingenio & doctrina praeſtantes viri, qui cenſeant ſcribendum hîc *Eluſa* pro *Eluſaberris*, quòd *Eluſates* in Aquitania celebrentur à Caeſare tertio *Commentariorum de bello Gallico*, & à Plinio in quarto. Sed mihi apud Plinium diverſi eſſe videntur *Eluſates* ab *Auſciis*, neque poſſe ex eo colligi *Eluſam* urbem eſſe *Auſciorum*, praeſertim cùm Ammianus Marcellinus *Eluſam* in Narbonenſi ſtatuat, non in Aquitania, cujus ſunt populi *Auſcii*. Nihil itaque ex priore ſententia muto. PINTIAN.

In Auſcis Eluſaberris] Inter barbaras dictiones, quae pulcherrimum hoc, & amoeniſſimum opus inquinavere, connumeravi *Eluſaberris*. Verùm tanti apud me ponderis eſt ſcriptae & antiquae lectionis fides, ut mutare me cogat, nec ſatis fidere priori meae ſententiae, etſi non illam damno. Oppidum enim illud *Volcorum Tectoſagum* in Gallia Narbonenſi, à Ptolemaeo & Plinio appellatum *Illiberis*, non ſic nominant duo illa antiqua exemplaria, quae ſubinde cito, ſed alterum, *Illiſeberre*: alterum *Eliſeberre*: ut fortè verum nomen ſit, *Eluſeberris*, & à Tectoſagibus fuerit ad Auſcios tranſlatum. IDEM.

35. *Eluſaberris*] *Aux.* OLIVAR.

36. *Aliquantum plenior* &c.] Leg. *aliquanto plenior, & quanto procedit, eo latior: ad poſtremum.* Reliqua ſuperant. SCHOTT.

37. *Ad poſtremum magni freti ſimilis, nec majora tantum*, &c.] Totum hunc locum ſic lego ac dispungo: *Ad poſtremum magni freti ſimilis, non majora tantùm navigia tolerat, verùm etiam more pelagi ſaevientis exſurgens, jactat atrociter, utique ſi aliò ventus*, &c. PINTIAN.

38. *Quia cùm videatur editior aquis objacet, ubi ſe fluctus implevit*, &c.] Hunc item locum diverſo modo & ſcribo & percipio ſic: *quia cùm videantur editiora quibus objacet, ubi ſe fluctus implevit, illa operit, nec ut prius tantùm abeunt.* IDEM.

Quia cùm videantur editiora] Deformatus vulgò locus; quem

55 tiora quîs objacet, ubi se fluctus implevit, illa operit, haec ut priùs tantùm ambitur: & quòd ea, quibus antè ripae collesque ne cernerentur obstiterant, tunc velut ex loco superiore perspicua sunt. A Garumnae exitu latus illud in-
60 cipit terrae procurrentis in pelagus, & ora Cantabricis adversa litoribus, aliis populis media ejus habitantibus, 39 ab 40 Santonis ad Osis-

à nemine hactenus intellectum praestare ausim: ideo, ut solet, variè à variis miserèque acceptus est, ut, quem ipsi animo jam praeceperant, sensum eruerent: & ab invito Mela quae vellent, extorquerent. Doctiss. Pintianus tanquam facem praetulit, & quasi manu duxit. Ad cujus emendationem facta à nobis accessio est. Pervulgatam lectionem, quae mendo non vacat, apponam; ut quid praestitum sit, facilè appareat: *Quia cùm videatur editior, aquis objacet: ubi se fluctus implevit, illam operit, ut nec prius tantùm ambit.* Unde Pintianus, vestigia secutus, faciebat: *quia cùm videantur editiora, quibus objacet, ubi se fluctus implevit, illa operit, nec ut prius tantùm abeunt.* Amicus quidam meus, hîc *abeunt* in *absunt* commutabat: quòd quae procul absunt propter aquae διάφανον propius abesse videantur, experientia magistra. Nos *quis*, pro *quibus* edendum curavimus; unde vulgata lectio, *editior aquis* cusa, & post excusa. Quod sequitur; *nec ut prius tantùm ambit*, Franc. Sanctius vir eruditiss. *hanc ut prius tantùm ambit*: malim tamen minori commutatione, *haec ut prius tantùm ambitur: ambit'*, enim compendio scribebant, & affinitas vocum Scribas fefellit, ut *nec* pro *haec* exscripserint. Sic autem habe: duplici nomine natare insulam incolis videri, ut & de Delo fabulantur; cùm quod immensum aucto mari (ut Sallustianis utar) ubi altiora, quae objacent, aquis fluctibus operiantur; in insulae tamen ora nihil altius solito aqua excreverit: unde unà cum aqua attolli & deprimi insulam opinio nata. Deinde quod quae antea objectu aggerum videri non poterant, tunc facilè sub aspectum cadant. Jo. Christoph. Stella v. c. paullò aliter rescripsit. Epistolam extremo libro collocavimus. SCHOTT.

Cùm videantur editiora quîs objacet] Quidam ad opticen confugiunt; quae docet propter aquae διάφανον minora quaeque longè majora; recta, incurva, & vice versa apparere: adeoque quae alioqui non viderentur, aquae splendore & radiorum jactu sub adspectum cadere. Vide d. Strabo lib. I. *Geogr.* ad illum Homeri versum *Odyss.* I.

Ὀξὺ μάλα πρεῖδεν μεγάλα ὑπὸ κύματος ἀρθείς.

& Seneca *Natural. Quaest.* lib. VII. cap. 26. & lib. III. cap. 25. Caelius Rodig. lib. IX. cap. 22. *Antiq. Lect.* IDEM.

39. *A Santonibus ad Osismios*] *Santones* penultima longa Ptolemaeus & Stephanus; at Strabo cum *o* parvo & diverso ordine *Santoni*. PINTIAN.

40. *Santonibus*] Nunc *Santongers*, & oppidum *Saintes*. OLIVAR.

41. *Osis-*

41 Osismios usque deflexa. Ab illis enim iterum ad septentriones 42 frons litorum respicit, 43 pertinetque ad ultimos Gallicarum gentium 44 Morinos, 45 nec portu, quem 46 Gesoriacum vocant, quicquam notius habet. 47 Rhenus ab Alpibus decidens, propè à capite duos lacus efficit, 48 Venetum & Acronium, Mox diu solidus, 65

41. *Osismios*] Britanni sunt, nunc *Britones*, apud Sanctum Matthaeum. Idem.

42. *Frons litorum*] Tota illa ora, quae est à capite Sancti Matthaei, attingit Monnos. Idem.

43. *Pertinentque ad ultimos.* &c.] Lego *pertinet; frons* videlicet, non *pertinent.* Pintian.

44. *Monnos*] Nunc *Terroana.* Olivar.

45. *Nec portu quem Gesoriacum vocant quicquam habent notius.*] Ptolemaeus per *i* in prima & duplex *s* & duplex item *r Gisforrhiasom.* Item *habet* lego, non *habent*, ut referatur ad illud *frons.* Pintian.

46. *Gesoriciacum*] Plinius & Ptolemaeus *Gesoriacum.* Barbarus.

Gesoriacum] Nunc. *Calais*, portus Caletensis. Olivar.

Gesoriacum vocant] Duplici *s* scrib. ex Ptolemaeo, Meminit Suet. *Caligula.* Aliis hodie *Calais*, aliis *Bologne* creditur. Schott.

47. *Rhenus*] Quem multis regionibus faustum & arridentem amnem, Batavorum certè, quos ostiis suis non aliter ac ulnis amplectitur, uberrimas delicias &





ab saeculis μέγα ὄνειαρ duplici clypeo hic consecratum vides. Gronov.

48. *Venetum & Acronium*] Caesar *Comm.* VI. Hercyniam Silvam oriri ait ab Helvetiorum, & Nemetum, & Rauracorum finibus. Beat. Rhenanus ibi *Venetum & Tauracorum* reponebat. Schott.

lidus, & certo alveo lapsus, haud procul à mari [49] huc & illuc dispergitur; sed ad sinistram amnis etiam tum, & donec effluat, Rhenus; ad dextram primò angustus & sui similis, pòst ripis longè ac latè recedentibus, jam non amnis sed ingens lacus, [50] ubi campos implevit, Flevo dicitur: ejusdemque nominis [51] insulam amplexus, fit iterum arctior, iterumque fluvius emittitur.

49. *Huc & illuc*] Dividitur in duo latera. OLIVAR.

50. *Ubi campos implevit, Flevo dicitur*] *Flevum* Plinius unum ex ostiis Rheni appellat. Est etiam castellum Germaniae trans Rhenum Cornelio Tacito in sexto. PINTIAN.

51. *Insulam*] Batavorum, nunc *Hollandiam*. OLIVAR.

CAP. III.

GERMANIA.

GERMANIA hinc ripis ejus usque ad Alpes, à meridie ipsis Alpibus, ab oriente [1] Sarmaticarum confinio gentium, quâ septentrionem spectat, [2] Oceanico litore obducta est. Qui habitant, immanes sunt animis atque corporibus, [3] & ad insitam feritatem vastè utraque exercent, bellando animos, [4] corpora ad consuetudinem laborum. Maximè frigora nudi agunt, [5] antequam puberes sint; & longissima

1. *Sarmaticorum confinio*] Polonorum Visula amne. OLIVAR.

2. *Oceano*] Septentrionali. IDEM.

Oceanico litore obducta est] Lego, *Oceani litore*, &c. PINTIAN.

3. *Et ad insitam feritatem*] Lego, *& ab insita feritate*. Mox, *ad consuetudines laborum*, malim, *adsuetudine lab.* SCHOTT.

4. *Corpora ad consuetudines laborum*] Scribendum puto, *corpora assuescendo labori*: ut verbum sit verbo simile, *bellando*, *assuescendo*. PINTIAN.

5. *Antequam puberes sint*] A Caesare

gisſima apud eos pueritia eſt: viri [6] ſagis ve- 10
lantur, aut [7] libris arborum. [8] Quamvis ſae-
va hieme, nandi non patientia tantùm illis,
ſtudium etiam eſt. [9] Bella cum finitimis ge-
runt: cauſas eorum ex libidine arceſſunt: ne-
que imperitandi prolatandique quae poſſident, 15
(nam ne illa quidem enixè colunt) ſed ut cir-
ca ipſos quae jacent vaſta ſint. [10] Jus in
viribus habent, adeò ut ne [11] latrocinii qui-
dem

ſare omnia eſt mutuatus *Comm.* VI. *belli Gall. Vita omnis in venationibus atque in ſtudiis rei militaris conſiſtit: ab paruulis duritiei ac labori ſtudent. Qui diutiſſimè impuberes permanſerunt, maximam inter ſuos ferunt laudem: hoc ali ſtaturam, ali hoc vires, nervosque confirmari putant.* Cetera in eandem ſententiam, quae cum his compones. Corporum enim vaſtitatem in hanc exercitii cauſſam refert, ut & lib. IV. *belli Gall.* initio. Sed de corporum proceritate T. Livius, Seneca, Florus, & pleni libri. SCHOTT.

6. *Sagis*] Dixi *ſagum* eſſe veſtem militarem, quae armis ſuperimponitur, auctore Bayfio: nunc *Sagon*: Germani eam veſtem ex lana & pilis conficiunt; *Feltre* dicitur: Sarraceni vocant *Alborноz*. OLIVAR.

7. *Libris*] *Libri* ſunt cortices arborum. IDEM.

8. *Quamvis ſaeva hieme*] Malè haec vulgò interpungunt: ad ſequentia refer. De hac ipſa re Caeſar initio *Comm.* quarti: *In eam ſe conſuetudinem adduxerunt, ut locis frigidiſſimis, neque veſtitus, praeter pelles, habeant: quarum propter exiguitatem, magna eſt corporis pars aperta: & layentur in fluminibus.* Et lib. VI. *Fluminibus perluuntur: & pellibus, aut parvis rhenonum tegumentis utuntur, magna corporis parte nuda.* Noſter ſagis tegi, Caeſar rhenonibus aſſirmat: qui utrobique de vaſtis Germanorum agris, cauſſisque. Tacitus quoque *de moribus Germ.* ſagis veſtiri auctor eſt. Videndus Seneca *de Ira*: & qui apud Ciceronem in ea quae *pro M. Scauro*, (ut hoc παρὰ τὴν ὁδοιπορίαν moneam) *pelliti teſtes* appellentur, animadverſione dignum: pretium enim operae at. tendentium abſolvet, ut Melae noſtri verbis utar. SCHOTT.

9. *Bella cum finitimis*] Hinc nec latrocinia, quae ferè bella comitantur, apud eos infamiam habent, ut è Caeſare rurſum noſter exſcripſit: & Ariſt. bellum venationis quoddam genus facit: atque utinam à ſociis & amicis, quos vulgò depraedantur, abſtinerent. Eadem infrà lib. III. cap. 6. de Britannis. IDEM.

10. *Jus in viribus*] Hoc ſeculo Pomponii, nam noſtro in legibus, praeſertim municipalibus. OLIVAR.

Jus in viribus habent] Χειροδικαι Heſiodo. Tale ferè Jus militare, ut armatis precibus quidvis extorqueant. De Gallis ſic ferè Livius lib. V. ab V. C. *Cùm illi ſe in armis jus ferre, & omnia fortium virorum fortiter dicerent.* SCHOTT.

dem pudeat; tantùm hoſpitibus boni, mites-
que ſupplicibus: victu ita aſperi incultique,
ut cruda etiam carne veſcantur, aut recenti, aut
cùm rigentem in ipſis pecudum ferarumque co-
riis, manibus pedibusque ſubigendo, renovarunt.
Terra ipſa multis impedita [12] fluminibus, multis
[13] montibus aſpera, & magna ex parte [14] ſilvis
ac paludibus invia. Paludum, Sueſia, Eſtia, &
Melſiagum, maximae: [15] ſilvarum, Hercynia,
& aliquot ſunt quae nomen habent; ſed illa
dierum ſexaginta iter occupans, ut major aliis,
ita & notior. [16] Montium altiſſimi Taunus &
Rhetico; [17] niſi quorum nomina vix eſt elo-
qui ore Romano. Amnium in alias gentes exe-
untium, [18] Danubius & [19] Rhodanus; [20] in Rhe-
num,

11 *Latrocinii*] Fortaſſe verum in ipſis agris: nam in oppidis ſumma eſt aequitas. OLIVAR.

12. *Fluminibus*] Viadro, Amiſio, nunc dicto *Eme*: Viſurgo, nunc dicto *Weſer*: Albi nunc *Elb*: Suevo nunc *Spre*: Viadro nunc *Odera*, & Lupia, *Lippe*. IDEM.

13. *Montibus*] Meliboco, Sudete, Abnoba, Asmiburgio. IDEM.

14. *Silvis ac paludibus*] Corn. Tacitus *de moribus German. Tetra etſi aliquanto ſpecie differt, in univerſum tamen aut ſilvis horrida, aut paludibus foeda, humidior quà Gallias, ventoſior quà Noricum & Pannoniam adſpicit, ſatis ferax, frugiferarum arborum impatiens, pecorum fecunda, ſed plerumque improcera.* SCHOTT.

15. *Sylvarum Hercynia*] Strabo *Ercyniam* ſine adſpiratione ſcribit: Ptolemaeus, Eratoſthenes, & alii Graeci Auctores *Orcynium*, auctore Caeſare in ſexto *Commentariorum*. PINTIAN.

Silvarum Hercynia] Hanc Caeſar VI. *Comment. Gallico* deſcribit. SCHOTT.

16. *Montium altiſſimi Taurus & Rhetico*] Cornelius Tacitus lib. 12. montem *Taurum* cum Pomponio nominat. Idem tamen in XIV. *Taunum*, non *Taurum*. PINTIAN.

17. *Niſi quorum nomina*] Aldus, *& alii quorum nomina*. IDEM.

18. *Danubius*] Ex Abnoba monte profluit. OLIVAR.

19. *Rhodanus*] Profluit ex ipſis Alpibus. IDEM.

20. *In Rhenum Maevis & Lupia*] Tacitus in ſitu Germaniae non *Moevin*, ſed *Moenin* vocat: *Inter Hercyniam*, inquit, *ſylvam, Rhenumque & Moenin amnes, habitant Helvetii*. Plinius quoque lib. IX. per *n* ſcribit eum, non per *u*, quanquam *Moenus* ab ipſo, non *Moenis* videtur appellatus: *In Moeno*, inquit, *Germaniae amne Siluris graſſatur*, niſi quis non *in Moeno*, ſed *in Moeni*, aut

num, [21] Moenis & Lupia, [22] in Oceanum, [23] Amisius, Visurgis & Albis clarissimi. Super Albim Codanus ingens sinus magnis parvisque insulis refertus est. [24] Hac re mare, quod gremio litorum accipitur, nusquam late patet, nec usquam mari simile; verùm aquis passim interfluentibus [25] ac saepe transgressis, vagum atque diffusum facie amnium spargitur: quâ litora attingit, ripis contentum insularum non longè distantibus, & ubique penè tantundem, it angustum & par freto; curvansque se subinde, longe supercilio inflexum est. [26] In eo sunt [27] Cimbri & Teutoni; ultrà, [28] ultimi Germaniae Hermiones.

aut *Moevi* apud eum legat, de quo plura eo loco. BARBARUS.

21. *Maenis & Lupia*] Scribo *Moenis & Lupias* ex Strabone, & Cornelio Tacito. PINTIAN.

22. *In Oceanum Amisius urbis & Albis*] Scribendum non *Urbis*, sed *Visurgis*. BARBARUS.

23. *Amisius, Visurgis*] Ptolemaeus, *Amasius & Visurgis*: Strabo, Plinius, Cornelius Tacitus *Visurgis* cum Pomponio. *Amasias* tamen est Straboni: *Amisia* Cornelio Tacito. PINTIAN.

24. *Acre mare*] Scribo, *Hac re mare*. IDEM.

25. *Ac saepe transgressis*] Haec verba aliquem quidem sensum habent, frivolum tamen & parum necessarium: itaque pro alienis ferè habeo. IDEM.

26. *In eo sunt Cymbri & Teutoni*] Scribo *Cimbri* cum *i* in prima, ex Ptolemaeo, Strabone, Plutarcho, & omnibus. Item *Teutones* non *Teutoni* ex Ptolemaeo, & Plutarcho. IDEM.

27. *Imbri & Teutoni*] Scribendum *Cimbro*, ex Tacito, caeterisque. Horum *Cimbrica Chersonesus*, quae modo appellatur *Dacia*. *Teutoni* vero sunt, quos alii *Teutones*, Ptolemaeus *Teutonarios* in eo tractu nominat. Plinius lib. IV. *Cimbri*, inquit, *& Teutoni*. BARBARUS.

28. *Ultimi Germaniae Hermiones*] Plinius & Tacitus, *Hermiones*, Ptolemaeus *Elmeones*, ad amnem Vistulam, qui Germaniae finis est, & Sarmatiae principium, ut mox patebit. IDEM.

CAP. IV.

SARMATIA.

[1] SARMATIA intus quàm ad mare latior, ab his quae sequuntur, [2] Vistula amne discreta, [3] quâ retro abit usque ad [4] Istrum flumen immittitur. Gens habitu armisque Parthicae proxima, verùm ut caeli asperioris, ita ingenii, [5] non se urbibus tenent, & ne statis quidem sedibus. Ut invitavere pabula, ut cedens & sequens hostis exigit, ita res opesque secum trahens, semper castra habitant; bellatrix, libera, indomita, & usque eò immanis atque atrox, ut feminae etiam cum viris bella ineant; [6] atque ut habiles sint, natis statim dextra aduritur mamma: [7] inde expedita in ictus manus [8] quae exseritur

1. *Sarmatia*] Nunc *Polonia*. OLIVAR.

2. *Insula amne discreta*] Scribendum non *Insula*, sed *Visula*, seu quod idem est, *Vistula*. BARBARUS.

3. *Quâ retro abit usque ad Istrum flumen immittit*] Lego *immittitur*; ut in Thracia, *à Pontici lateris fronte usque in Illyricos penitus immissa*. Nam in agendi significatione in Creta: *ad Orientem Sammonium promontorium, ad Occidentem Criumetopon immittit*. Posset etiam legi, nec malè, *init*; ut infrà de Arabico sinu: *Init penitus introrsusque, dum Aegyptum* &c. PINTIAN.

4. *Istrum*] Danubium intelligit. OLIVAR.

5. *Non se urbibus tenet*] MSS. duo *tenent* & mox *habitant*. Ex quibus hoc prius non modo est in MS. Mediol. ut *habitant*, sed & editione Juntina. Haud dubiè tenore eodem loquendi usus Auctor scripsit *tenens*, *habitans*. Ride iratum propterea Vossium. Sed quid ad Vossium, in magnis semper & Ecclesiasticis πτῶσις occupatum quinque participia & eorum junctio? GRONOV.

6. *Atque ut habiles sint*] Melius, *ad quae*. Et sup. paullo, *& ne statis quidem*, dele conjunctionem. SCHOTT.

7. *Ut inde expedita in ictus manu quae exeritur virile fiat pectus*] Non sapit haec oratio candorem Melae, nec brevitatem illam, quae semper doctissimis quibusque summae fuit curae. Lego igitur paucioribus verbis, sensu eodem: *Inde expedita in ictus manus, virile fit pectus*, cetera superfluunt, adjecta puto ab ineptis, ut ajunt, Glossatoribus. PINTIAN.

8. *Quae egeritur*] Suspicor leg. *quaferitur*; vel, *qua res geritur*.

ins-

ritur, virile fit pectus. Arcus tendere, equitare, venari, [9] puellaria penſa ſunt: ferire hoſtem, adultarum ſtipendium eſt; adeò ut non percuſsiſse, pro flagitio habeatur, ſitque eis poenae virginitas.

ἐπεκαίοντο βριπόβων τὸν δεξιὸν μαζὸν, ὡς ἂν μὴ ἐπικωλύῃ τὴν τοξείαν. Euſtath. in Περιηγ. Niſi fortè dextram proferri dixit, quòd ſiniſtra clypeum geſtando occultetur: quo modo *quae exeritur* melius legetur: ſed ἀπέχω. SCHOTT.

Aeneid.

Bellatrix: non illa colo, calathisve Minervae
Femineas aſsueta manus; ſed proelia virgo
Dura pati, curſuque pedum praevertere ventos.

9. *Puellaria penſa*] Sic de Camilla Amazone Maro lib. VII. IDEM.

CAP. V.

SCYTHIA.

[1] INDE Aſiae confinia, niſi ubi perpetuae nives ſedent & intolerabilis rigor, [2] Scythici populi incolunt, [3] ferè omnes etiam in unum Belcae appellati. [4] In Aſiatico litore primi [5] Hyperborei, ſuper aquilonem Rhipaeosque monſ-

1. *Inde*] Ex Sarmatia, quae Scythas attingit. OLIVAR.

2. *Scythici populi omnes, Belgae appellati*] Scribendum *Sagae*, non *Belgae*, Herodotus, & Plinius lib. VI. *Perſae*, inquit, *Sagas vocant omnes Scythas.* Etiamſi *Sacas* Graeci malunt ſcribere, quàm *Sagas*. Pomponius quoque infrà, *Scythae*, inquit, *ſunt Androphagae, & Sagae diſtincti regione.* BARBARUS.

3. *Ferè omnes etiam in unum Sagae appellati*] Si in his verbis non eſſet depravatio, ſibi repugnaret Mela: nam quum dixisſet *ferè omnes*, ineptè adjectum eſſet, *in unum.* Caſtigandum ergo exiſtimo, *Per ſe omnes etiamnum Sacas appellant*, ex Plinio & Herodoto. PINTIAN.

4. *In Aſiatico litore*] *Latere*, malim. SCHOTT.

5. *Hyperborei ſuper*] Haec transtulit de Hyperboreis ex Callimacho, *hymno in Delum:* quem cum his compone. Legend. & Plin. lib. IV. cap. 12. Solinus cap. 21. & Clemens Alexandrin. lib. I. *Stromat.* IDEM.

montes, [6] sub ipso siderum cardine jacent: [7] ubi sol non quotidie, ut nobis, sed primùm verno aequinoctio exortus, autumnali demum occidit: & ideo sex mensibus dies, & totidem aliis nox usque continua est. [8] Terra angusta; aprica, per se fertilis. Cultores justissimi, & diutiùs quàm ulli mortalium, & beatiùs vivunt. Quippe [9] festo semper otio laeti non bella novere, non jurgia; sacris operati, maximè Apollinis: quorum primitias Delon misisse, initio per virgines suas, deinde per populos, subinde tradentes ulterioribus, moremque eum diu, & [10] donec vitio gentium temeratus est, servasse referuntur. Habitant lucos silvasque, & ubi eos vivendi [11] satietas magis quàm taedium cedit, hilares, redimiti sertis, semet ipsi in pelagus ex certa rupe praecipites dant. Id eis funus eximium est. [12] Mare Caspium, ut angusto, ita longo etiam freto, primùm terras, quasi fluvius,

6. *Sub ipso siderum cardine*] Tempore Melae regionem Hyperboream putabant ultimam versus Oceanum esse. Inde nobis tradidit Mela rationem illam dierum astronomicam, quae revera falsa est in regione Hyperborea: quanquam ita sit in ipso cardine mundi, quam Mela & Veteres alii in ipsis Hyperboreis collocavere. OLIVAR.

7. *Ubi sol non quotidie ut nobis, sed primùm verno aequinoctio exortus, autumnali demum occidit, & ideo sex mensibus dies, & totidem aliis nox*] Plinius contrà sentit lib. IV. *Semestri luce*, inquit, *& una die solis aversi, non, ut imperiti dixere, ab aequinoctio verno in autumnum semel in anno, solstitio oriuntur iis soles, brumaque semel occidunt.* BARBARUS.

8. *Terra angusta*] Lego *augusta*, non *angusta*. PINTIAN.

9. *Festo semper otio laeti*] Virgil. IV. *Aen.* Agathyrsis tribuere videtur, fortasse non sine auctore. Solinus ibidem. Juvenal. *Satyr.*

Ultra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem Oceanum.

SCHOTT.

10. *Donec vitio gentium temperatus est*] Lego *temeratus est*: Aldus, *turbatus est*. PINTIAN.

11. *Satietas magisque taedium*] Vet. cod. *Satietas magis quàm taedium.* Utraque lectio ferri potest. SCHOTT.

12. *Mare Caspium ut angusto*] Diximus hoc non posse fieri, & antiquitatem hallucinatam fuisse. OLIVAR.

Mare

vius, irrumpit: atque ubi recto alveo influxit, in tres sinus diffunditur; contra os ipsum in Hyrcanum, ad sinistram in Scythicum, ad dextram in eum, quem propriè & totius nomine Caspium appellant: omne atrox, saevum, sine portubus, procellis undique expositum; ac belluis magis quàm cetera refertum, & ideo minùs navigabile. Ad introëuntium dextram [13] Scythae Nomades freti litoribus insident. Intus sunt ad Caspium sinum [14] Caspii, & Amazones, sed [15] quas Sauromatidas appellant: ad Hyrcanum [16] Albani, & [17] Moschi, & Hyrcani: in Scythico [18] Amardi, & Paesicae, [19] & jam ad fretum [20] Derbices. [21] Multi in eo sinu magni par-

Mare Caspium] De mari Caspio, hic quidam novum cap. fecerunt. Lege Herodotum *Clione* extr. SCHOTT.

13. *Scythae Nomades*] Nunc *Tartari* sunt, confines Sauromatis. OLIVAR.

14. *Caspii & Amazones*] Amazones prope magnos Bulgaros, nam alii sunt in Ponto. IDEM.

15. *Quas Sauromatidas*] De his Amazonibus Plato *de Leg.* & Eustathius *in Dionys.* Pro *Amardi* autem fort. *Mardi* leg. qui cap. 2. lib. 1. nominantur. SCHOTT.

16. *Albani & Molchi*] Scribendum non *Molchi*, sed *Moschi*. BARBARUS.

17. *Moschi*] Aliud genus Moschovitarum. OLIVAR.

18. *Amardi & Paesici*] Scribendum *Amardi & Paesici* seu *Paesicae*. ut Ptolemaeus, & infrà Pomponius. Sunt, qui *Amordos* eos scribant, sed Strabo & Stephanus *Amardos*: ea gens est Hyrcana, unde Ptolemaeo quoque *Amardus* amnis in Caspium delatus. BARBARUS.

Amardi & Paesici] Stephanus *Paesarcae*: Ptolemaeus *Pasicae*. PINTIAN.

19. *Etiam ad fretum Derbices*] Scribe disjunctim, *Et jam ad fretum Derbices*, Stephanus tamen per duplex *cc* & *ae* diphthongum in fine, *Derbiccae*, Apollonii auctoritatem secutus: aitque appellari à Ctesia *Derbios*, vel *Terbissos*, Dionysius Byzantius *Decrebios* nominat. Strabo undecimo modò *Derbeces* penultima producta; modò *Derbyces* cum *y* in eadem, si vacat menda exemplar. Ptolemaeus cum Stephano *Derbiccae*. Sed in relatione Mediae *Dribyces*. Sicque habet vetus Plinii codex. PINTIAN.

20. *Derbices*] Prope Hyrcanos ad Oxum fl. siti. Plinius, Ptolemaeus, & Strabo. Dionysius Afer Δερβεκίους appellat: Aethicus Cosmographus semel iterumque *Dervicas*, nunc Orientalis Oceani, iterum Septentrionalis gentes: ex frequenti, ut arbitror, commutatione *v* & *b* litterarum. Et qui hic *Paesici*, & Ptolemaeo *Paesicae*, iidem Aethico *Raesici*: qui hinc singulis penè versibus corruptus, restitui poterit. SCHOTT.

21. *Multi in eo sinu*] Τὸ ἐνα redun-

parvique amnes fluunt: sed qui famam habent, ex Cerauniis montibus uno alveo descendit, [22] duobus exit in Caspium Rha. Araxes Tauri latere demissus, quoad campos Armeniae secat, [23] labitur placidus & silens, neque in utram partem eat, [24] quanquam intuearis, manifestus: cùm in asperiora devenit, hinc atque illinc rupibus pressus, & quanto angustior, tanto magis pernix, [25] frangit se subinde ad oppositа cautium: atque ob id ingenti cum murmure sonansque devolvitur, adeò citus, ut quâ ex praeciopiti [26] in subjecta casurus est, non declinet statim undam, sed ultrà quàm canalem habet, evehat, plus jugeris spatio sublimis, & aquis pendentibus semet ipse sine alveo ferens: deinde ubi incurvus arcuatoque amne descendit, fit tranquillus,

redundat; & mox *fluunt*. IDEM.

22. *Duobus exit in Caspium Araxes Tauri latere demissus*] Verba illa, *Araxes Tauri latere demissus*, sensum inchoant diversum. Per praecedentia verò fluvius significatur, cujus nomen Librariorum incuria omisit. Hunc putamus esse fluvium, *Rha*: tum quòd facilis fuit Librarii ubique dormitantis lapsus una duntaxat syllaba praeterita; tum quòd Mela duobus alveis tradit exire in Caspium sinum, quod de *Rha* flumine apertè testatur Ptolemaeus. Praeterea si quis rem diligenter examinet, inveniet ex magna fluviorum copia, qui in Hyrcanum mare emittant, sex tantùm, qui famam habeant, delegisse Melam, quos memoriae proderet. Duos in sinum Caspium emittentes, totidem in Hyrcanum, postremos duos in Scythicum. Denique *Rha* fluvius plagae Septentrionalis Tanaidi vicinus, auctore Marcellino, clarus est & celeber; vel quòd disterminat Sarmatiam à Scythia, ut scribit Ptolemaeus; vel radice cujusdam herbae vegetabilis, quae in ejus superciliis gignitur ad usus multiplices medelarum: ut idem Marcellinus tradit. PINTIAN.

23. *Labitur placidus &*] Ita de Arari Caesar I. *Comm. belli Gallici: Ut Rhodanum influit incredibili lenitate, ita ut oculis, in utram partem fluat, judicari non possit.* SCHOTT.

24. *Quamvis intuearis manifestum*] Rectius Aldus, *manifestus*. PINTIAN.

25. *Frangit ad oppositа cautium*] Sic Flaccus lib. I. *Carm.* oda XI.

Quae nunc oppositis debilitat pumicibus mare
Tyrrhenum.

SCHOTT.

26. *In subjectam non declinet statim unda*] Lego *in subjecta*, ut sub-

quillus, iterumque per campos tacitus & vix fluens, in id litus elabitur. Cyrus & [27] Cambyſes, [28] ex radicibus Coraxici montis vicinis fontibus editi, & in diverſa abeunt, [29] perque Iberas & Hyrcanos diu & multum diſtantibus alveis defluunt: pòſt non longè à mari eodem lacu accepti, in Hyrcanum ſinum uno ore perveniunt. [30] Jaxartes & Oxos per deſerta Scythiae ex

ſubintelligas *loca*, adſtipulantibus etiam Aldi exemplaribus. Pintian.

In ſubjectam] *Subjecta*, vult Pintianus, ut *loca* exaudiatur. Idem *unda* legiſſe videtur: ego vulg. lectionem tueor, nec τὸ *fontibus* inf. neceſſariò addendum puto: tametſi in Aldina edit. non minus aliis corrupta, legatur. Schott.

27. *Cymbyſes ex radicibus Corſici montis*] Legendum arbitror *Coraxici*, non *Corſici*. Sunt autem montes *Coraxici*, quos, ut ait Plinius lib. VI. quidam *Heniocos* dixere. Ptolemaeus tamen vocat montem *Caſpium*, unde *Cambyſes* oritur. Nihil mirum, quod eos montes, qui *Tauri* partes aut laciniae ſunt, alii aliter, ut in Plinio quoque diximus, appellavere. Subit nunc locus in Plinii lib. VI. depravatus cap. 9. ubi de *Araxe* ait, *Auctusque amne Muſi ipſe, ut plures exiſtimavere, à Cyro defertur in Caſpium mare.* Scribendum enim videtur, non *Muſi*, ſed *Cambuſi*, hoc eſt, *Cambyſe*. Nam & *Boruſthenem*, pro *Boryſthene*, Veteres dicebant, & alia aequè hujusmodi per *u* libentius, quàm per *y* Pomponius: *In idem litus*, inquit, *elabitur Cyrus & Cambyſes, ex radicibus Coraxici montis vicini editi, & in diverſa abeunt, perque Hiberas & Hyrcanos, diu & multum diſtantibus alveis defluunt. Pòſt non longe à mari eodem lacu accepti, in Hyrcanum ſinum uno ore perveniunt:* etiamſi Ptolemaeus oſtia eorum ſejungit. Barbarus.

28. *Ex radicibus Coraxici montis vicinis editi*] Deeſt verbum *fontibus*, ex Aldo, ut ſit, *vicinis fontibus editi*. Pintian.

29. *Perque Iberas & Hyrcanos diu & multum*, &c.] Legendum videtur *perque Armenios & Albanos*, &c. Plinius in ſexto: *Flumina per Albaniam decurrunt in mare Caſios & Albanos. Deinde Cambyſes in Caucaſiis ortus montibus: mox Cyrus in Coraxicis.* Strabo undecimo: *In medio planicies eſt fluminibus irrigua praeſertim Cyro, qui ortum ex Armenia trahens, mox dictam planiciem intrat, atque Aragum amnem è Caucaſo defluentem recipiens evadit in Albaniam, inter quam & Armeniam in mare Caſpium erumpit.* Et paulò pòſt idem Strabo: *Cyrus autem, qui per Albaniam fluit, & alia flumina eum augentia terram fecundiorem exhibent.* Haec Strabo. In cujus tralatione vitioſè ſcriptum eſt *Aragum*, pro *Aragonem*, ut habent Graeci codices. Sed poteſt etiam legi, *per Iberas & Albanos*. Nam Ptolemaeo auctore *Cyrus* per totam Iberiam & Albaniam fluit, dividens illas ab Armenia. Idem.

30. *Laxartes & Oxos*] Scribendum *Iaxartes* per *i* non per *l*, ex Plinio, Strabone, Ptolemaeo, Q. Curtio, Marcellinoque, & paulò pòſt, *Surdianorum regionibus.* ſcribe

ex Sugdianorum regionibus in Scythicum exeunt; ille suo fonte grandis, hic incursu aliorum grandior, & [31] aliquandiu ad occasum ab oriente excurrens, [32] juxta Dahas primùm inflectitur: cursuque ad septentrionem converso, [33] inter Amardos & Paesicas os aperit. [34] Silvae alia quoque dira animalia, verum & [35] Tigres ferunt, utique Hyrcania; saevum ferarum genus, & usque eò pernix, ut illis longè quoque progressum equitem consequi, nec tantùm semel, sed

scribe *Sogdianorum*. BARBARUS.

31. *Aliquandiu ad Occasum ab Oriente currens*] Scripti duo *occurrens*: immò sic etiam editio Juntae & codex Mediol. Quid bonus Vossius, cui senio fuit silentium, quod tenuerat me indicante? Qui mos ejus fuit, rogat [Sed quomodo flumen, ubi nullus est aestus, sibi occurrere potest?] Difficultatem vides magnam. At quis dixit illum sibi occurrere? Interrogatio penitus mendax. Imò elegantissimè Mela, quoniam alii fluvii in eum incurrebant, dicit eum aliquandiu ad Occasum ab Oriente, in quo scilicet spatio accipiebat alios fluvios, occurrere, hoc est, currentem hîc illic praesto sistere ad eos admittendos. GRONOV.

32. *Juxta Dacas primùm inflectitur*] Scribe *Dahas*, non *Dacas*. BARBARUS.

33. *Inter Amardos & Pesicasos aperitur*] Legendum, *Inter Amardos & Paesicas os aperit*, iisdem Auctoribus. IDEM.

34. *Sylvae, alia quoque dira animalia, verùm & tigres ferunt, utique Hyrcaniae, saevum ferarum genus*] Luxatus est, ut opinor, ordo verborum: legendum, *Sylvae, utique Hyrcaniae alia quoque dira animalia, verùm & tigres ferunt, saevum ferarum genus.* PINTIAN.

35. *Tigres ferunt*] De his Plinius lib. VIII. cap. 18. & Solinus cap. 21. ubi in duobus MSS. Toletanis, ut hoc obiter moneam, disertim legitur *cernuari*, hoc est, humi affligi, & occidi: pro quo vulg. libri, *sedare praecipites*, quod à glossa esse alicujus Ludimagistri, qui illud non assequeretur, quis non videt, nisi qui nihil videt? Ant. Delrio civis meus, Juris, bonarumque artium peritissimus, in Solino à se emendato, Philostrati auctoritate id probavit, qui ὡς σθαι αὐτὰν πρὸς τῇ θαλάττῃ, καὶ ἀποθνήσκειν ἐνίοτε scribit. Quoniam igitur prior ille occupavit; corollarii vice alterum Solini locum addamus in eadem voce corruptum: cap. enim 47. ubi de equorum praestantia, Antiochum ait Centaretrii ducis equum insiluisse: *Is*, inquit, *adeò sprevit lupatos, ut de industria curvatus, ruina & se, & equitem pariter affligeret*: iidem scripti codd. *cernuatus* praeferunt: Melius. De *cernuari* autem M. Ter. Var. apud Non. Marcellum, & Servius in X. *Aeneid. Cernuus, qui cadit in faciem, quasi in eam partem, qua cernimus.* Utitur & Arnobius eruditus Auctor lib. VII. *adv. Gentes.* SCHOTT.

Tigres ferunt utique Hyrcanos] Duo

ſed aliquotiens etiam, curſu unde coeperit ſubinde repetito, ſolitum & facile ſit. Cauſa ex eo eſt, quòd ubi ille interceptos earum catulos citus 75
coepit avehere, & [36] rabiem appropinquantium aſtu fruſtraturus, unum de pluribus omiſit; hae projectum excipiunt, & [37] ad cubilia ſua referunt, rurſumque & ſaepius remeant, atque idem efficiunt, [38] donec ad frequentiora, quàm adire audeant, profugus raptor evadat. Ultra Caſpium 80
ſinum quidnam eſſet, [39] ambiguum aliquandiu fuit; idemne Oceanus, an Tellus infeſta frigoribus, ſine ambitu ac ſine fine projecta. Sed praeDuo poſtrema verba ſuperant, & ex Virgilio deſumta,

——— *Hyrcanaeque admôrunt ubera tigres.*

Vide Plinium lib. VIII. IDEM.

36. *Rabiem appropinquantium*] Non disſimile de Medea M. Tullius in ea, quae eſt *pro Lege Manilia*: *Medea illa*, inquit, *quondam ex Ponto profugiſſe dicitur: quam praedicant in fuga fratris ſui membra in his locis, quae ſe pater perſequeretur, diſſipaviſſe: ut eorum collectio moerorque patris celeritatem perſequendi retardaret.* Apollonius tamen Rhodius Jaſoni caedem illam, non Medeae, tribuit. IDEM.

Rabiem appropinquantium fruſtraturus aſtu unum de pluribus omittit] In tribus MSS. inverſo ordine verborum legitur *aſtu fruſtraturus*. Sed & totus hic locus ita ex MSS. videtur conſtituendus: *quod ubi ille interceptos earum catulos citus coepit avehere, & rabiem appropinquantium aſtu fruſtraturus unum de pluribus omiſit: hae pr.* Nam & copulativa in illis eſt, & aut *omiſis* aut *omiſſum* habent. GRONOV.

37. *Ad cunabula ſua*] Unde iſta mutatio placuit Voſſio? Editi ante eum & MSS. quoque *cubilia*. An non ea vera vox? An non illuc alludit Cicero II. *Verr.* 77. *Avaritiae non veſtigia, ſed ipſa cubilia videret.* Lucullus ſic agnoſcebat δηλὰς κυνηγὸς, ὥσπερ τὰ θηρία παρελθόντες ἐπὶ κοίτας αὐτῶν φωλεὰς βαδίζειν apud Plutarchum. Hoc quum nuper monere neglexerim, nunc attendi oportebat: Aelian. XII. *Var. Hiſt.* cap. 89. ἔνθα εἶχεν ὑπὸν λέαινα. Plinius *Panegyr. Excutere cubilibus feras.* Seneca lib. I. *de Clementia* 3. *Quo procedente, non tanquam malum ac noxium animal è cubili proſiliret, diffugiunt* Nonne Apulejus lib. V. de ſerpente quum dixiſſet, poſtquam *ſulcatos intrahens greſſus cubile ſolitum conſcenderit.* Pricaeus cum Aeliano conferens pag. 275. κοίτην συνήθη oſtendit explicari. IDEM

38. *Donec ad frequentiora*] Plinius & Solinus paulo aliter navem venatorem jam conſcendiſſe: & D. Ambroſ. VI. *Hexaëm.* decipi tigres ſphaera vitrea à raptore, quae, ut ſolet, imaginem tigridis inſpecta referat, fallatque. SCHOTT.

39. *Ambiguum aliquandiu fuit*] Scrib. *aliquando*. IDEM.

40. *Ho-*

praeter Physicos [40] Homerumque, qui universum Orbem Mari circumfusum esse dixerunt, [41] Cornelius Nepos, ut recentior auctoritate, [42] sic certior; testem autem rei Q. Metellum Celerem adjicit, eumque ita retulisse commemorat: Cùm [43] Galliae pro consule praeesset, [44] Indos quosdam [45] à rege Baetorum dono sibi datos; unde in eas terras devenissent requirendo, cognosse vi tempestatum ex Indicis aequoribus abreptos, emensosque quae intererant, tandem in Germaniae litora exiisse. Restat ergo pelagus; sed reliqua lateris ejusdem assiduo gelu durantur, & ideo deserta sunt.

40. *Homerumque*] Strabo lib. I. *Geograph.* καὶ ἄλλως δ' ἐμφαίνει τὸ κύκλῳ περικεῖσθαι τῇ γῇ τὸν Ὠκεανόν, ὅταν ὕτω φησὶν ὁ Ἥρα·

Εἶμι γὰρ ὀφομένη πολυφόρβης πείρατα γαίης
Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν.

τοῖς γὰρ πέρασι πᾶσι συνάπτειν λέγει τὸν Ὠκεανόν· τὰ δὲ ἔσχατα πέρατα κύκλῳ περίκειται. ἔοικε τῇ ὁπλομαχίᾳ τῆς Ἀχιλλέως ἀσπίδος κύκλῳ περιτίθησι τὸν Ὠκεανὸν ἐπὶ τῆς ἴτυος. Loca autem exstant *Iliad.* Ξ. v. 200. & Σ v. 606. IDEM.

41. *Corn. Nepos*] Plinius hinc descripsit lib. II. cap. 67. *Nepos*, inquit, *de Septentrionali circuitu tradit Q. Metello Celeri, C. Afranii in Consulatu collegae, sed tum Galliae Proconsuli, Indos à Rege Suevorum dono datos, qui ex India commercii causa navigantes, tempestatibus essent in Germaniam delati.* De his vide quae quinto ab hinc anno in Corn. Nepotis *Fragmenta* annotavimus. IDEM.

42. *Sic certior tradit*] Totum locum sic lego: *sic certior: testem rei Q. Metellum Celerem adducit, eumque*, &c. IDEM.

43. *Gallis*] MSS. tres & Juntina editio *Galliae*, quam scripturam quoque tuetur Plinius. GRONOV.

44. *Indos quosdam à rege Boiorum dono sibi datos*] Plinius, à rege *Suevorum*, non *Boiorum* In quibusdam tamen Pomponianis codicibus, nec *Boiorum* nec *Suevorum*, sed ineptissimè *Lydorum*. Pliniana lectio similior vero est, quòd *Suevi* longè latéque imperitabant, majoremque, ut ait Tacitus, Germaniae partem obtinebant. Erant & *Boii* Helvetiis attigui, unde *Boemi*, sive, ut idem Tacitus appellat, *Boiemi*. BARBARUS.

Indos quosdam] Idem Strabo lib. II. non credidit Herodoto, Heraclidi Pontico, & Posidonio eadem Cornelio Nepoti affirmantibus. SCHOTT.

45. *A rege Suevorum*] in Chisiano est *Lydorum:* at in altero erat *botorum*, ut & in Mediolan. GRONOV.

CAP.

CAP. VI.

HISPANIAE EXTERIORIS ET SEPTENTRIONALIS OCEANI INSULAE.

[1] His oris, [2] quas angulo Baeticae adhuc usquè perstrinximus, multae ignobiles insulae, & sine nominibus etiam, adjacent: sed earum, quas praeterire non libeat, [3] Gades fretum attin-

1. *His oris, quas angulo Baeticae*] Videtur desiderari praepositio, *ab* ut sit, *ab angulo Baeticae*. PINTIAN.

2. *Quas angulo Baeticae*] Legamus contra MSS. omnes, ut vult Vossius, *ab angulo Baet.* An uspiam *angulum Baeticae* agnovit Mela? lib. III. cap. 10. Africae novissimus angulus ab eo agnoscitur, non in opposita Baetica. Et certè si de angulo loquutus fuisset Auctor, & praepositionem syntaxis requireret, an ea sic evanuisset, ut in nullo prorsus MS. veniret obvia? Ego non dubito, quin Mela scripserit, *quas ab jugo Baeticae adhuc usque perstrinx.* Alludit enim ad superiora sua lib. II. cap. 6. *Illud* (Junonis promontorium) *jam in Occidentem & Oceanum obliquo jugo excurrens.* Sed Vossius ostendit mihi angulum satis clarè describi à Mela, [cùm dicit Baeticam maria utraque prospicientem: ad Occidentem, Atlanticum; ad Meridiem, nostrum] Credas ita agi, ac si Mela de Baetica egisset perinde ut egit de Scythis Asiaticis, qui cùm sint ad Eoum mare, tamen spectant & Septentrionem, vel de Indis, qui in Eoum pelagus effusi, tamen spectant quoque Meridiem & Indicum mare. Quid nugacissimus Vossius non aggreditur? Nullus talis angulus in Baetica est. Promontorium Junonis nihil confert ad angulum: quum sit modò promontorium. Ut Baetica in utrumque mare spectet, nihil nisi fretum intercedens & Baeticae adsitum facit; non aliquis angulus. Ab freti uno fine spectat mediterraneum mare ac Meridiem, ab altero Oceanum versus Occidentem. In promontorio semper ultimum cornu est instar anguli, non vocatur angulus. Quum negat Junonis promontorium obliquo jugo in Occidentem excurrere posse, nisi fiat angulus apertè significat se ignorare, quid sit obliquum jugum, etsi de eo jam egerit in *Observationibus*. Quum dicit per *jugum* intelligi non posse Junonis promontorium, ubi nullus mons & vix modici occurrunt colles; gratias Vossio agimus, quòd hactenus nos instruat: nam sufficiunt vel modici colles. Ipse enim sic explicuit ad lib. II. cap. 2. Jugum [litus excelsum, quo Melae sinus utrinque praecingitur.] GRONOV.

3. *Gades*] Nunc *Caliz.* OLIVAR.

COMISION PROVINCIAL DE MONUMENTOS - GRANADA - BIBLIOTECA -

tingit; eaque angusto spatio, & veluti flumine, à continenti abscisa, quâ terris propior est, penè rectam ripam agit: quâ Oceanum spectat, duobus promontoriis evecta in altum, medium litus abducit, & fert in altero cornu ejusdem nominis [4] urbem opulentam, in altero templum Aegyptii Herculis, conditoribus, religione, vetustate, opibus illustre. Tyrii constituêre: cur sanctum sit, ossa ejus ibi sita efficiunt: [5] annorum quîs manet numerus, ab Iliaca tempestate principia sunt: opes tempus aluit. [6] In Lusitania [7] Erythia est, quam Geryone habitatam accepimus, aliaeque sine certis nominibus; [8] adeò agri fertiles, ut cùm semel sata frumenta sint, subinde recidivis seminibus segetem novantibus, [9] septem minimùm, interdum plures etiam

4. *Urbem opulentam*] *Gadiram.* IDEM.

5. *Annorum queis manet numerus*] Falsò haec quoque verba Pomponio obtruduntur. PINTIANUS. Suspicor glossema esse, & è margine huc irrepsisse: & rectè, nisi me amo: aut humanitus fallor. SCHOTT.

6. *In Lusitania Erythia*] Ex Herodot. Μελπομένη. Γηρυόνεα δὲ εἰκέειν ἔξω τῆ πόντου κατοικήμενον, τὴν Ἕλληνες λέγουσιν Ἐρύθειαν νῆσον. Scribo *Erytheia* cum diphth. *ει*. Graecis enim Ἐρύθια. Dion. Afer. Περιηγήσει.

Ἦτοι μὲν ναίουσι Γεωτρόφον ἀμφ' Ἐρύθειαν.

Sunt qui *Erytheam* ubique excuderunt: contrà alii Sibyllam *Erytheam* fecerunt apud Lactant. quae *Erythraea* est. Non ignoro tamen diphth. illam saepe in *i*, vel *e*, longum conversam. IDEM.

7. *Erythia*] Nunc *Berlingas.* OLIVAR.

Erytheia] Hinc boves Geryonis abegisse Herculem omnes narrant. Hodie non exstat. *Gades* insulam ab Ephoro & Philistide *Erytheiam* vocatam auctor Plinius lib. IV. cap. 22. & à Pherecyde Strabo; cujus fidem secutus Aud. Resendius, quem honoris caussa libenter nomino, in Plinio *Pherecyde*, pro *Philistide* reponendum putabat. Sed cur non potius Melae Baetico Auctori & de Graecis Dionysio & Stephano, qui diversas insulas faciunt, fidem habeamus? SCHOTT.

8. *Adeò agri fertiles*] Scribo, *adeo agri fertilis*, ut in India: *& tam feracis soli ut mella frondibus defluant*, PINTIAN.

9. *Septem minimè inter plures etiam messes*] Legendum, *Septem minimùm, interim plures etiam messes.* BARBARUS.

10. *Cassi-*

etiam meſes ferant. In Celticis aliquot ſunt, quas quia plumbo abundant, uno omnes nomine [10] Caſiteridas appellant. Sena in Britannico mari Oſismicis adverſa litoribus, Gallici numinis oraculo inſignis eſt: cujus antiſtites, perpetua virginitate ſanctae, numero novem eſſe traduntur: [11] Gallicenas vocant, putantque ingeniis ſingularibus praeditas; maria ac ventos concitare carminibus; ſeque in quae velint animalia vertere; ſanare quae [12] apud alios inſanabilia ſunt; [13] ſcire ventura & praedicare: ſed non niſi deditas navigantibus, & in id tantùm, ut ſe conſulerent, profectis. [14] Britannia qualis ſit, qualesque progeneret, mox certiora & magis explorata dicentur. Quippe tamdiu clauſam aperit ecce [15] principum maximus; nec indomitarum modò ante ſe, verùm ignotarum quoque gentium victor,

10. *Caſiteridas*] Repugnat Herodot. *Thalia* in fine. SCHOTT.

11. *Gallicenas vocant*] Vide an legi etiam commodè queat *Gallicinas*, ut *fidicinas*, *lyricinas*: carmina enim illis tribuit. PINTIAN. Conſiderandum, an ſit verior lectio diviſa, *Galli cenas vocant*. Nam Gallici numinis oraculum illud erat. IDEM. Corruptè hactenus una dictione, *Gallicenas*, Hadr. Turnebus, Galliae ornamentum, *Galli Senas*, aut ut in vet. cod. *Zenas*, reſtituit in Plutar. *de defectu Oracul.* à ſe converſum: quem lege, & *de facie in orbe Lunae*. Dionyſius Περιηγητὴς quoque in illis Britanniae inſulis à mulieribus Baccho fieri teſtatur. Verſus, quia multi ſunt, non adſcribam. *Senagallia*, vel *Senagallica*, longè alia, de qua lib. II. SCHOTT.

12. *Apud alios inſanabilia*] Dele priora verba. Et mox, *praedicere* leg. & fortè *dicita*, ut Virg. & Tacitus, vel *debita*. Nihil tamen demutare auſim. IDEM.

13. *Scire ventura & praedicare*] Lego, *praedicere*, non *praedicare*. PINTIAN.

14. *Britannia*] Nunc *Anglia*; comprehendit & Scotiam. OLIVAR.

15. *Principum maximus*] Claudius Caeſar. IDEM.

Principum maximus] Claudium Imp. deſignari puto, de quo Tranquillus cap. 17. Sic & *claudi mare* & *aperiri* dicitur. Ex die tertio Iduum Novembris claudebatur olim, aperiebatur verò ad diem ſextum Idus Martias: auctor Vegetius lib. IV. *de re militari*: quod παρεργῶς moneo. SCHOTT.

victor, [16] propriarum rerum fidem ut bello



affectavit, ita triumpho declaraturus portat. Ceterùm, ut adhuc habuimus, inter septentrionem occidentemque projecta, grandi angulo Rheni ostia prospicit: dein obliqua retro latera abstrahit, altero Galliam, [17] altero Germaniam spectans: tum rursus perpetuo margine directi litoris [18] ab tergore obducta, iterum se in diversos angulos cuneat triquetra, & Siciliae maximè similis, plana, ingens, fecunda, verùm his, quae pecora quàm homines benigniùs alant. Fert nemora, saltusque, ac praegrandia flumina alter-

16. *Qui propriarum rerum fidem*] In neutro MS. exstat pronomen relativum, nec desidero. Sed una desiderat Vossiana ratio, ipsa insulsa in insulsissima *Appendice*. Ne editio quidem Juntina eam vocem habet. GRONOV.

17. *Altero Germaniam*] Fortè *Juvernam*. & mox, *à tergore obducta: se in diversos*, &c. Suprà, *projecta*, non *profecta*: ut inf. hoc cap. *contra Germaniam projectae*, ubi tamen & *provectae*, vidi qui leg. conferent. SCHOTT.

18. *Ab tergo abducta*] Sententiam bonam in hoc postremo verbo esse negat Latinitas: & ipse Auctor longè aliter τὸ *abducere litus* usurpat in ipsa Gadium descriptione. Egregiè MS. legebat *obducta:* quo notat basin vel tertiam lineam ad conficiendum trigonum apponere. Placet audire aliquid pulchrum? Hoc quod profero, judicat magnus ille Vossius admitti posse, quia bis ita loquitur Mela. Aliquid sanè inexspectatum! Unde Vossio hanc inqui-

alternis motibus, modò in pelagus, modò retro fluentia, [19] & quaedam [20] gemmas margaritasque generantia. Fert populos regesque populorum: sed sunt inculti omnes, atque ut longiùs à continenti absunt, [21] ita aliarum opum ignari magis, tantùm pecore ac finibus dites; incertum ob decorem, an quid aliud, [22] vitro [23] corpora in-

inquisitionem, qui suprà sic rejiciebat istam curam? Ergo si non exstarent talia duo & quidem nota Vossio exempla, non posset admitti? Quid non arrogat sibi ferocissimus ille stellio? Gronov.

19. *Et quaedam*] Dele *quaedam:* & statim illud, *& bigis*, abundat. Schott.

20. *Gemmas margaritasque*] His nobilitata Britannia est: earumque spe trajecisse Caesarem Auctor Suetonius; tametsi aliam ipse causam fingat *Commentario* IV. De thorace è Britannicis margaritis Veneri Genetrici dedicato Plin. & Solinus cap. 56. *Polyhistoris.* Idem.

21. *Ita aliarum opum ignari magis*] Scribo, *ita alienarum opum ignari magis.* Pintian. M. Tullius *ad Attic.* lib. IV. epist. XVI. *Britannici belli exitus exspectatur: constat enim aditus insulae esse munitos mirificis molibus. Etiam illud jam cognitum est, neque argenti scripulum esse ullum in illa insula, neque ullam spem praedae, nisi ex mancipiis: ex quibus nullos puto te litteris, aut Musicis eruditos exspectare.* Efficitur itaque olim ab auro, argento, & pecunia inopem insulam fuisse: quae nunc opulentissima mercaturis faciendis, rebusque quae cotidie importantur. Schott.

22. *Ultro corpora infecti*] Addenda est, ut puto, dictio, *glasto*, à Librariis praeterita, ut fit: *ultro corpora glasto infecti.* Caesar quinto *Commentariorum: Omnes vero se Britanni ultro glasto inficiunt, quòd caeruleum efficiat colorem, atque hoc horridiore sunt in pugna adspectu.* Meminit & Plinius lib. XXII. cap. I. Pintian. Addendum dixi verbum *glasto*, ex Caesaris *Commentariis*, & Plinio lib. XXII. in ipsis statim initiis: nunc repudiata sententia, locum, ut prius erat, relinquo, quod in Caesaris & Plinii scriptis emendatisque codicibus ea vox minimè legatur, neque omnino Latina sit. Debes hunc locum Hieronymo Suritae, summae in litteris diligentiae, ac tot planè meritorum, ut nulla eis par laus inveniri possit. Idem. Quidam *glasto:* alii *ultro* in *luteo* minori audacia commutarunt. Ego verò scripturam veterem B. F. repraesentare malui. Turnebus *vitro* tentabat, pro herba, apud Oribasium Medicum: quomodo & apud Caesarem *Comm.* v. *belli Gall.* & Vitruvio lib. VII. cap. 14. *de Architect.* legi vult, lib. VI. *Adversar.* cap. 17. quomodo & MS. suo legi Fulvius Ursinus v. c. affirmat. Pet. Victorius lib. XIX. *Variar. Lect.* cap. 3. *luteo* in Caesare mutat, tamenetsi *ultro* in vetustis exempl. MSS. reperiatur. Franc. verò Hotomannus *lutro*, ex Dioscoride transpositis elementis. *Glastum* verò vox barbara putatur. Atqui Plinius lib. XXII. cap. I. utitur, ubi Britanniae feminas hoc se tingere affirmat;

infecti. [24] Causas tamen bellorum & bella contrahunt, ac se frequenter invicem infestant, maximè imperitandi cupidine, studioque ea prolatandi, quae possident. Dimicant [25] non equitatu modò aut pedite, verùm & bigis & [26] curribus, Gallicè armati: [27] covinos vocant, quorum falcatis

φατνη, ni fallor, Theophrastus & Dioscor. appellant, caeruleum colorem exprimentem. Et Britanni ipsi barbari tunc habiti. *Glesum* etiam à *Glesaria* insula Germanorum apud Solinum cap. 23. legitur. Quare cur omnino rejiciat Pintianus Hieron. Suritae assensus, non video. SCHOTT.

23. *Corpora infecti*] Caesar *Comm.* v. *belli Gallici. Omnes se Britanni luteo inficiunt, quod caeruleum efficit colorem: atque hoc horribiliore sunt in pugna adspectu: capilloque sunt promisso, atque omni parte corporis rasa, praeter caput, & labrum superius.* Haec eadem Herodianus extremo lib. III. τὰ σώματα ςίζονται γραφαῖς ποικίλων ζώων παντοδαπῶν εἰκόσιν, εἰσὶ δ' ἀμφήνυνται, ἵνα μὴ σκέπωσι τὰ σώματα τὰς γραφάς. De pictis Agathyrsis lib. II. dicere memini. Apud Graecos quoque mulieres milto tingebantur, teste Xenophonte: & Zygantes, auctore Herod. *Melpom.* μιλτοῦνται δ' ὧν πάντες ἔτοι. De variis Plinius lib. VI. cap. 3. Nec Barbari solum, sed & Romani Jovem minio pingebant. Idem lib. XIII. cap. 2. & lib. XXXIII. cap. 7. & hodiéque Turcae, ut Bellonius in *Observationibus*. IDEM.

24. *Causas & bella contrahunt, ac sic frequenter invicem infestant*] Aldus, *Causas autem bellorum & bella contrahunt.* Lego: *Causas autem bellorum ex libidine contrahunt ac se frequenter*, &c. ut suprà in Germania: *Bella cum finitimis gerunt. Causas eorum ex libidine accersunt.* PINTIAN.

Causas autem & bella contrahunt] Nihil huc facit adversativa conjunctio; & legendum *tamen*, ut est in tribus MSS. referendo sensu ad superiora; nempe, etsi sint opum ignari, tamen causas & bella contrahunt, ac se frequenter invicem infestant. Opes sunt fons & origo bellorum: has igitur quum non aestiment, immò ignorent; etiam ne belli quidem notitiam habere supponeres. Sed non ita benè cum illis agitur. Alia furia est, quae eos exagitet; gaudent abigere vicinum. Hinc inter eos etiam tum causae bellandi, tum ipsa bella. Ista est mens Melae: & totum hoc ita nexum considerari debet, non ea modo, quae sequuntur, ut obnitens Vossius exigit. GRONOV.

25. *Non equitatu modò aut pedite*] Lego *peditatu*, non *pedite*. PINTIAN.

26. *Curribus Gallicè armati*] Scribendum videtur alterutro modo; aut *curribus Gallicis armati*; aut, *curribus Gallicè armatis*. IDEM.

27. *Covinos vocant*] Vehiculi genus falcatum, cujus apud Gallos & Britannos multus in proeliis usus. Corn. Tacitus in *Vita Julii Agricolae: Media campi covinarius* (sic enim dicitur auriga, qui covinum regit, & qui ex covino pugnat) *& eques strepitu ac discur-*

catis axibus utuntur. Super Britanniam [28] Iverna est, [29] penè par spatio, [30] sed utrinque aequali tractu litorum oblonga: caeli ad maturanda semina iniqui, verùm adeò luxuriosa herbis, non laetis modò sed etiam dulcibus, ut se exigua parte diei pecora impleant, & nisi pabulo prohibeantur, diutiùs pasta dissiliant. Cultores ejus inconditi sunt, & [31] omnium virtutum ignari, [32] pietatis admodum expertes. Triginta sunt

discursu complebant. Lucanus lib. I. *Pharsal.*

Et docilis rector rostrati Belga covini.

& Martial. lib. XII.

O jucunda, covine, solitudo
Carruca magis, esseda que gratum
Facundi mihi munus Heliani.

Curribus etiam falcatis usos esse Antiques, auctor Livius & Sallust. lib. *Historiarum* citante. *Essedae* etiam frequenter vocantur Caesari IV. *Comm. belli Gallici*, ubi de Britannis & de *Essedariis* jocus Cic. *ad Trebatium* I. C. in *Epist. ad Famil.* SCHOTT.

28. *Juverna*] Nunc *Izlanth.* OLIVAR.

29. *Paene par spacio, sed utrimque aequalis*] Aut mendosus locus, aut μνημονικὸν σφάλμα reliquis adnumerandum. Caesar enim Julius à quo mutuatur; *Ad occidentem Solem* (inquit *Comm. v. bell. Gallici*) *est Hibernia, dimidio minor, ut existimatur, quàm Britannia: sed pari spacio transmissus, atque ex Gallia, est in Britanniam.* Unde aliquando hanc conjecturam feci, scripsisse Pomponium *sed utrimque inaequalis*, praepositione, ut solet, facilè in priore voce absumpta & deperdita: vel potius, *sed utrimque aequalis tractu: litorum oblonga. Trajectum* enim vocat, quem Caesar *transmissum*, voce compendio scribendi corrupta, hoc verò Hellenismo, *oblonga litorum*, C. Sallustio & Corn. Tacito communi, non intellecto: ideò & falsa interpunctione obscurata lectionis veritate. Vetat tamen meus pudor, fidesque in tractandis religiosè libris antiquis, ne quid temerè sine MSS. immutem. Eruditi Lectoris judicium facio. Lib. II. cap. I. *saeva hiemis*, dixit, & alibi saepe. SCHOTT.

30. *Sed utrinque aequali tractu litorum oblonga*] MS. *utcunque*. GRONOV.

31. *Magis quàm aliae gentes aliquatenus tamen gnari*] Haec etiam verba non rectè Pomponio adscribuntur; magis videntur hominis defensantis honorem Juvernae, quem dolebat tanti Auctoris elogio imminutum. PINTIAN.

32. *Pietatis admodum expertes*] Ab editione Vossiana absunt hae voces, neque utrum de industria expulsae, an imprudenter omissae, constat. Nos nullam causam vidimus, cur non restitueremus, quum sint in MSS. Nec vero desunt rationes, cur probae notae sint. Certè nihil est, unde colligas esse *appendicem* glossematis,

sunt 33 Orcades 34 angustis inter se ductae spatiis: 35 septem Haemodae, 36 contra Germaniam

quod ut in aliis, ita & in Mediolanensi exstat libro, & expressum est in editione Juntina, *Magis quàm aliae gentes, aliquatenus tamen gnari*, ut tamen fatetur Vossius in *Appendice* se judicare; quo judicio fruatur, nos nostro. GRONOV.

33. *Orcades*] Sunt enim regis Scotiae. OLIVAR.

34. *Angustis inter se ductae spaciis*] Scribendum, *diductae*. Plinius, *Modicis*, inquit, *inter se diductae spaciis*, ubi de *Orcadum Ebudumque* numero plura quaedam notavimus: uti hoc loco non *Emodes*, sed *Ebudes* fortasse legi possit, nisi quòd contra Germaniam eas constituit. *Ebudes* verò contra Galliam potiùs habentur, ultra Hiberniam ac Britanniam, si Ptolemaeo credimus. In Plinio quoque septem scribuntur *Nemodes*, sive, ut nunc legitur, *Aemodae*. BARBARUS.

Angustis inter se auctae spatiis] In controversiam venire nequit, quin ita scripserit Mela. Sive id posuerit pro discretae, ut loquitur Plinius, sive simpliciter ab natura positae & jacentes. Planè ut Ovidius lib. 11. *Metam.*

Ductae spatiis aequalibus Horae.

GRONOV.

35. *Septem Aemodae. Contra Germaniam vectae in illo sinu, quem Codanum diximus, sex. Ex iis Scandinovia*] Voces hae magnus fuerunt Eruditorum labor, qui quid afferant, novimus: sed in illis nemo se magis ridiculum & vanum praebuit, quàm qui nuperrimè speciosa conjectura & Lectorem & Melam circumvenire voluit. Judicat pro *ex iis* scribendum *ex insulis*: „ facilè id „ fieri potuisse, quia Librarii vo„ ces ferè omnes contrahebant." Nec satis, sed addit: „ si exara„ tum vel *ins*, vel *ifis*, vel alia „ similis scribendi ratio fuit adhi„ bita, facile in particulam *iis* „ degenerare potuit." Sic nempe & caelum potest facilè ruere. Sed hoc est specimen ejus judicii; quod sanè nihil aliud, inimitabili & studiosa hujus Auctoris cura ad nitorem ingenii sui in hoc scripto adhibita. Nam ut unò halitu dixisse, quicquid ille ineptit, observa, Lector, nec in capite ultimo libri secundi, nec hoc capite, vocem *insula* ab Pomponio usurpari, quamdiu aliquas earum enumerat: non item alibi. Hoc tantùm capite infrà, ubi aliquid singulare in Sarmaticis contingit, nec vitare potuit, scripsit. *alias insulae videntur, alias una & continens terra.* Ut negari nequeat, quin is genium Scriptoris non ceperit. Quare quum MSS. habeant *contra Germaniam vectae* (sic enim prorsus ex Chisiano notavit Rulaeus, ego in MS. vidi *vectè*, in Juntina quum esset *vectae*, non aliter in Mediolanensi invenit Frater, ut Vossius improbitate mendacii abutatur, quum in *Appendice* ita agit, quasi libri veteres haberent *vecta*) *in illo sinu, quem Codanum diximus, ex iis*, censui τὸ *vectae* negari non posse, quin rectè se haberet, confirmante ipso Pomponio lib. 11. cap. 3. *Graeciae à Septentrione in Meridiem vecta.* Denique subodoratus sum voculam numerandi ob similitudinem litterarum excidisse inter illas voces *diximus ex*, quod sanè etiam aliquoties suprà accidisse perceperant Eruditi. Sed oblatrat Vossius, negans duo

niam vectae. In illo sinu, quem Codanum diximus, ex insulis [37] Codanonia, quam adhuc Teu- 75
toni

duo haec loca similia esse, quum de Graecia non possit vox *vecta* abesse, in nostris verbis planè redundet, & nullius sit significationis, sufficere enim dixisse *contra Germaniam.* Quo utroque nihil censeo falsius, nihil invenustius. Orcades ubi jaceant, non dicit Mela: etiam nec ubi Aemodae. De sequentibus sex vult indicare locum. Nec satis erat dixisse *contra Germaniam.* Id enim fieret nimis spatiosum. Hanc stultitiam notabis in ista Vossiana *Vecta in sinu Codano:* ad quam enim partem sinus Codani, qui certè maris instar? Unde sic ait, *Contra Germaniam vectae in illo sinu Codano*, hoc est, ad principia ingressus in illum Oceani sinum serie continua jacentes: & rectè illic: quoniam finem ejus vix notum habebat, principio autem ejus certè positas insulas noverat. In loco autem de Graecia poterat abesse *vecta.* Quidni enim, multum prominens *Graecia & dum Myrtoum pelagus attingat, ab Septentrione in Meridiem, qua sol oritur, Aegaeis fluctibus objacet*, plenissimam habent sententiam? *Prominens* poterat satisfacere, perinde ut *porrecta*, cui est aequivocum ferè, lib. I. cap. I. *Haec ergo ab Ortu porrecta ad Occasum.* Quin etiam per haec verba, prout restitui, certissimè patet eum accuratè explicare voluisse, quod dixerat lib. III. cap. 3. *Super Albin Codanus sinus magnis paryisque insulis refertus est.* Scilicet hae omnes insulae redirent nunc ad unam Vectam, & alteram Scandinoviam. Risum teneatis amici? Quo minus dubites, idem progrediendi ordo servatur lib. II. cap. 7. *Sex sunt inter Istii ostia: ex his Peuce notissima & maxima.* Immo etiam hoc ipso capite, *in ea quod ibi solo longè occasurus*, ut illic in libris melioribus legi notavit Vossius, quod ego deprehendi nuspiam. Ubi is ipse scribere jubet, *quod ibi sol haud longè.* Quod miror. Utrum in MSS. ô est *haud*, an vero *non?* Τὸ *lon*, quod sequitur, inducit ad credendum excidisse vocalem *non.* Legi igitur debuit *sol non longè.* Hoc quid sit, etsi nolit fateri Vossius perpetuo ingratus, ego tamen hinc eam mercedem refero, quam Pichena ad lib. VI. *Annal.* Taciti cap. 43. *Delectum capiendo diademati diem haud concelebrayerant*, ubi vulgo dabant *non:* quam politissimus & mihi per illustris Thevenoti memoriam venerabilis Thoinardus in loco Lactantii *de Mortibus Persecutorum* cap. 18. ubi ad verba ista, *cùm inde sibi aut nihil praeter nomen aut multum videbat accedere*, scribit. [Addidi *haud* ante *multum* tanquam necessarium, non autem *non*, quoniam *haud* potiùs abforptum fuisse videtur in praecedente vocabulo *aut*] Immò an Vossius ita judicabit in hac cura mea erga Pomponium Melam? nonne ipse tam senex ad verba ista Lactantii, ob hanc ipsam voculam adhaesit vulgante Colomesio? Didicisse litteras quid sit, planè non ab Vossio aestimandum censeo; nedum quae merces inde exspectanda. Idem.

36. *Contra Germaniam projectae*] Aldus *vectae* rectiùs: Plinius unitatis numero *vectis.* Pintian.

37. *Codanonia*] Nunc *Selandia.* Ptolemaeus vocat *Scandiam.* Olivar.

toni tenent, ut fecunditate alias, ita magnitudine anteſtat. Quae [38] Sarmatis adverſa ſunt, ob alternos acceſſus recurſusque pelagi, & quòd ſpatia, quîs diſtant, modò operiuntur undis, 80modò nuda ſunt, aliàs inſulae videntur, aliàs una & continens terra. Is his eſſe [39] Oaeonas, qui

38. *Sarmatis*] Polonis. IDEM.

39. *Cenaeas, qui ovis avium paſtrium & avenis tantùm alantur:*] Plinius non *Cenaeas*, ſed *Oonas*, *Feruntur*, inquit, *& Oonae inſulae, in quibus ovis avium & avenis incolae vivant.* Idem erratum & in Solino, apud quem *Oseanos* ſcriptum eſt. Dicuntur autem *Oonae*, id eſt, Ὠὼναι Graecis ἀπὸ τῶν ὠῶν, hoc eſt, *ab ovis.* BARBARUS.

Oaeonas] Notabiliter nunc Graecisſat Vosſius. Quis enim Graecus legens ὠαίονας ſtatim colligeret id compoſitum ex ὠὸν & ἄιω & notare *ovis vivantes?* Immò inquit, id fieri, ut μακραίων & ὠαίων. Scilicet humano capiti cervinam, &c. Nam in ὠαίων eſt integra vocula aliquid ex ſe ſignificans: in μακραίων non modò ex prima ſyllaba, ſed ſequentibus eam duabus litteris ſtatim patet venire à μακρός. At in ὠαίων eſt ſimplex modò ω, quam litteram quis Deus inſpirabit venire ab ὠὸν, quum tot ſimplices Graecae voces ab eadem vocali incipiant? Immò habeamus ipſum ὦα? Hi quatuor verſiculi dolorem dederunt Vosſio, unde iſtos ante omnia elegit ad convellendum, ita commotam bilem evomens [Quis verò tam fatuus ſit, ut ab ὦα eam arceſſat, ac ſi homines pellibus veſcantur lanatis? Hac ratione ἰπωάζειν fuerit non ἰπ' ὠοῖς καθῆσθαι, ſed pellibus incubare] Quàm ineptit! Nam in αιων, unde Ὠαίων componit, nihil eſt de veſcendo, non magis quàm in μακραίων. Tum in verbo compoſito ἰπωάζειν manifeſtè patet locutio ἰπ' ὠὰ καθῆσθαι: id ſupponit praepoſitio antecedens & junêta. In eo dubitare nullus poteſt. Ὠαίονες autem conſiderari poſſunt, non qui pellibus veſcantur lanatis, ſed talibus pellibus multum utentes. Quid garrit Vosſius? Verba ſunt Etymologi citata Meurſio, ἐξ ἓ καὶ τὸ διὰ τῆς ω διφθόγγε ὦα· δηλοῖ δὲ δῆμον Ἀττικὸν καὶ τὸ χιτῶνα· τὸ ἄκρον. Meurſius & viri docti id parum curant, ſcribuntque Οα Οι, & Οαθιν Οιθιν. At apud Sponium tom. II. *Itinerar.* pag. 358. ΡΑΔΙΝΟΣ ΩΑΘΕ, & ipſe ſuppleт Ωαθιν, quum tamen non niſi Οαν in Populis Atticae agnoſcat. In quo Vosſius utrum ova, an pelles adſpiciet? Quaſi verò alterutrum conſiderari deberet. Ecce autem horridum & merum Vosſianum [Dantur etiam voces, in quibus nulla remanet littera, quarum tamen originem & compoſitionem aſſequuntur Graeci] Sic Graeci compoſitiones habuerunt ex vocibus, unde non erant compoſitae: ipſi tamen ſenſerunt inde compoſitas,

qui ovis avium paluſtrium & avenis tantùm alantur: eſſe equinis pedibus Hippopodas, & 40 Panotos, quibus magnae aures, & ad ambiendum

ſitas. Nonne ſecretum ingens: Ὠιλωνες, addit, contractum ex ὠοαίωνες. ut μακρώνες ex μακροαίωνες. Unde igitur contractum ὠιλωνες? Hoc deſerit, illud ſumit, quum in altero ſit ſubſtantivum, in altero adjectivum. Denique decurrit ad plurale ὠὰ, ut inde fiat compoſitio, idque ſaepe fieri dicit. In hoc utique vocabulo nunquam. Ὠοιδὴς ipſe novit in pag. 5. *Obſervationum ad Melam*, ut omnes alii. Ὠοτοκεῖν & Ὠοπάταξις apud Lucianum & ſimilia. Similiter quoque abſit, ut Graecus aliquis ὠώνας, ſtatim conjiceret eſſe ovorum emptores. Non poteſt dubitari, ſi ab ὠὸν deduxerint Graeci, quin vocaverint *Ooaeonas* vel *Oonaeonas*. Sed opinor hanc vocem ita formatam fuiſſe, ut non ova tantùm memoraret, verùm etiam avenas, quod rectè advertit Salmaſius, non ab eſu ovorum, ut judicavit Voſſius: utrumque enim jungit Auctor. Plinius & Solinus ut ipſarum inſularum appellationem referunt, ita nec vox illorum ad Melam pertinet. *Oeuas* vix credo repertum Voſſio in melioribus, ut ait, libris Pomponii, quum vel *Oeneas* vel *Oeneas* in tribus repererim. Avenam igitur quum Graeci dixerint ἄϊρας, non dubito inde fuiſſe Pomponio conſtitutam vocem Ὠαιρὼς, unde *Ooaereas*. Quod ſcripſi [humano capiti cervinam &c.] ſi hoc eſt introducere Horatium elegantius loquentem, & reformare ejus verba, ex hac nota Voſſiana nunc addo aſininam; & vos Voſſiani intelligite, quam & cervinam & aſininam Iſaacus habuerit. GRONOV.

40. *Et Satmalos, quibus magnae aures*] Quae malum *Satmalos* vox eſt? Nempe ex earum nota, quae ab imperitis Agyrtis interjectae, pulcherrimum hoc opus non paucis in locis contaminavere. Strabo Graeco & litterato nomine *Enotocoetas* appellat: Plinius corrupto etiam nomine *Faneſios* vocat lib. IV. ubi fortè non *Faneſios*, ſed *Panuſios* legendum, quod toti auribus contegantur. Sed hoc arbitrarium ſit. PINTIAN.

Otomegalos] Germana Melae lectio. Vulg. *Satmalos* vocem nauci praeferunt; vet. cod. *Sannalos*. Natum, ut ex compendiis litterarum, mendum: Ὠτομάλους enim repertum, in *Satmalos*, homines ſat mali, qui magnas illas aureis nimium quantùm averſabantur, perverterunt. Repone igitur jure poſtliminii in priſtinam ſedem, unde hactenus exſulat, *Otomegalos:* quo modo nomina plurima apud Melam de Graecis cuſa quivis non craſſae naris facilè obſervabit. Eadem autem in Plinio fabula, ſed & corrupto populi nomine lib. IV. cap. 14. *Faneſiorum*, inquit, *aliae, in quibus nuda alioqui corpora praegrandes ipſarum aures tòta contegant:* ubi *Panuſiorum* emendat Pintianus noſter in *Caſtigat. Plinianis:* Adr. verò Turnebus in utroque & Solino cap. 22. *Panotios* ex Iſidoro lib. XI. cap. 3. *Etymolog.* reponit, quos Tacitus *de moribus*

85endum corpus omne patulae, nudis alioquin pro veste sint, praeterquam quòd fabulis traditur,

moribus German. *Helleſios* appellet, *Adverſar.* lib. VI. cap. 19. Nos à veſtigiis vulgatae lectionis propius abſumus. SCHOTT. *Otomegalos* leg. monui. Memini qui ab ingenio reponerent, *eſſe & alios quibus.* &c. IDEM. *Satmalos*] Hîc quoque inanis eſt collectio vocabulorum ab Vosſio facta, quorum nullum aut ad litteras, quae exſtant in MSS. aut ad explicationem, quam adjungit Mela, & ad quam alluſit haec vox, quidquam accedit; non magis profectò, quàm quod ex eis eligit, *Tanuotos.* Quapropter hae, quas citavi, litterae conſiderandae ſunt, aut quae in aliis etiam MSS. exhibentur *& analos*, (has duas lectiones *Satmalos* vel *& analos* ipſe Vosſius teſtatur reperiri in pluribus manu exaratis libris: nuſpiam dixi me reperiſſe hoc poſterius, mentitur Vosſius) vel denique *Satinales*, quae exſtant in Chiſiano codice, aut *Satinalos*, ut vidit Frater in Mediolanenſi. *Satmalos* in editionibus habetur. Scripſiſſe Auctorem dico *Ouatmallos*, quae vox compoſita, ut clarum eſt, non eget expoſitione. Sic δρακοντόμαλλοι Γοργόνες Aeſchylo in *Prometheo*, quia habebant κεφαλὰς περισπειραμένας φολίσι δρακόντων. Vehementer haec exagitat Vosſius, (nec ſperavi aliud) nec jam de Latinis aut Graecis mimis fategit, ſed Sarmaticam ſcenam animo vili concepit. Unde ſtatim ſcripſit *Aeſchilo.* Porro ait me miſerè falli. Quis enim neſcit, addit, Gorgonibus attribui capillitium anguinum? At quomodo inde probatur me falli? Utique ſcholia Aeſchyli non aliter eam vocem explicant, ἀντὶ γὰρ πλοκάμων ὄφεις ἔχεσιν ἐξαπτομένας ταῖς κεφαλαῖς Hoc non poteram ignorare. Ergo fallor in poſterioris loci allegatione ex Apollodoro. Ibi verò ecce doctrinam Vosſianam! Citavi ſimpliciter, ut legebatur, περισπειραμένας φολίσι δρακόντων. At ille [quis non videat in hoc Apollodori loco legendum eſſe σκολλόσι (hoc accentu notat) δρακόντων? Sed &- quis ignorat μαλλὸν & σκόλλυν idem eſſe accipique pro comis & cirris anguium ſeu draconum inſtar contortis?] Reſpondeo ad priùs; omnes id non viderunt, qui Apollodorum ediderunt; aut ſi in mentem ipſis venit, non putarunt tanti, ut vulgarent, prout αὐχητὴς Iſaacus. Nec aliter ipſe agerem. Vosſius quum inſpiceret Henr. Stephani Theſaurum in voce Μαλλὸς, & videret illic comparari cum ea σκόλλυν, è veſtigio id arripuit, & repentinam capturam Apollodoro contra veteres libros & ſanam lectionem infulcire auſus fuit. Σκόλλυς quum non legatur niſi ut propria in capillis & iis adſtricta vox, ſcilicet Apollodorus repentè eam dedit ſerpentibus. Scilicet quum dicitur apud Athenaeum ἀποκείρεσθαι τὸν σκόλλυν, is cogitavit de cirris anguium ſeu draconum inſtar contortis: non magis certè, quàm Heſychius, quum ſcripſit ἀποκείρεσθαι τὸν μαλλὸν, in v. Οἰνιστήρια. Quaſi non pars pro toto vulgatiſſimè dicatur, & λειτίδνα

δρακ-

tur, auctores etiam, quos sequi non pigeat, invenio. 41 Thule Belcarum litori opposita est, Grajis & nostris celebrata carminibus. 42 In ea, quòd ibi sol longè occasurus exsurgit, 43 breves90 uti-

δρακοντῶν sint squammosae cutes serpentum, & hinc ipsi serpentes. Ita autem est, ut in compositis μαλλὸς modò praemittatur, interdum sequatur. Itaque quos Vossius ponit *Mallouatos* aut *Mallotios* potuisset quis cogitare, sed insanus, quum nihil in eis vocibus sit, quod ad scriptam lectionem accedat. Jam verò ipsa vox δρακοντόμαλλος suggerebat aliam & veram positionem hujus vocis in compositio. Tale fuit quoque στιφόμαλλος, ἀμφίμαλλος, ἀκρόμαλλος, βαθύμαλλος, δασύμαλλος, ἐτερόμαλλος, δίμαλλος, & hinc seriore tempore pantomimus Caramallus. Haec terminatio an non tota est in MSS. codicibus? Hinc quum nota essent ἔκτα, & inde apud Callimach. in *Fragment.* pag. 265. ἑατόμις, censui factum ab certis hominibus vocabulum gentis Ὀυέτμαλλοι. Sed ait Vossius sic non magnas & patulas, sed laneas vel cirratas habebimus aures. An igitur in voce δρακοντόμαλλοι habebimus laneos vel cirratos serpentes? Imò ut his notantur feminae, quarum capita serpentibus velantur; ita per illud vocabulum isti homines, quorum corpora auribus possunt velari, cingi, circuiri, perinde ut τὰς Σαλικὴν κατοικοῦντας ἄνδρας μαλλοῖς γυναικείοις ἀναδεῖσθαι τὰς κεφαλὰς legimus. Expedivi me, Vossi, ab tua nimis inepta & compositione & expositione. GRONOV.

41. *Tile Belgarum litori*] Scribendum *Thule:* ita enim Graeci appellant, & apud nos Claudianus, ut sicubi aliter scriptum est, non ratione aut doctorum usu id, sed vel incuria scribentium, vel imperitia Grammaticorum obtinuisse videatur. Diximus & aliis locis, quae per ω diphthongum Graii enunciant, servari hoc & à nobis. Quae verò illi per *y*, haec per *u*, parte plurima Veteribus efferri consuevisse. BARBARUS.

42. *In ea quòd Sol longè occasurus exsurgit, breves utique noctes sunt: sed per hyemem sicut alibi obscurae, aestate lucidae, quod per idem tempus*, &c.] Et in his verbis ordinis error est: debent enim sic, ut reor, concipi: *In ea per hyemem, sicut alibi, obscurae utique noctes sunt, aestate breves ac lucidae: quòd Sol longè occasurus exsurgit, qui per id tempus jam se altiùs eyehens*, &c. PINTIAN.

43. *Breves utique noctes*] Eadem de Britannia Tacit. in *Agricola*, & M. Minutius Felix in *Octavio:* qui liber falsò hactenus octavus Arnobii *adv. Gentes* ob argumenti potiùs, quàm stili similitudinem est habitus. Sed ex conjectura potiùs omnes, aliorumque relatu, quàm quòd compertum aliquid haberent. Noster Caesarem exscripsit, quem lege *Comm.* v. *belli Gallici*, ubi de Britan-

utique noctes sunt: sed 44 per hiemem sicut aliubi obscurae; 45 aestate lucidae, quòd per id tempus jam se altiùs evehens, quanquam ipse non cernatur, vicino tamen splendore proxima illustrat: per solstitium verò nullae, quòd tum jam manifestior non fulgorem modò, sed sui quoque partem maximam ostentat. 46 Talge in Caspio mari, sine cultu fertilis, omni fruge ac fructibus abundans: sed vicini populi, quae gignuntur attingere, nefas & pro sacrilegio habent, 47 Diis parata existimantes, Diisque servanda. Aliquot & illis Oris, quas desertas diximus, aequè desertae adjacent, quas sine propriis nominibus Scythicas vocant.

Britannia praeclarè. SCHOTT.

44. *Per hyemem obscurae*] Nam in hyeme est nox maxima. OLIVAR.

45. *Aestate lucidae*] Lucida nox dicitur in aestate, quia ferè nulla est nox, quando sol est in primo puncto Cancri, vixque durat momentum. IDEM.

46. *Talge in Caspio mari*] Ptolemaeus *Talca*. BARBARUS. Plinius in sexto *Tazata:* Ptolemaeus *Tachalea*, sic enim praefert codex Graecus. Latinus *Talcha* legit: Hermolaus sine adspiratione *Talca*. PINTIAN.

47. *Diis parata existimantes diisque servanda*] Particula *que* delenda: & expende an potior sit lectio, *paria*, quàm *parata*. IDEM.

CAP. VII.

OCEANUS EOUS ET INDIA.

1 AB his in Eoum mare cursus inflectitur, inque oram terrae spectantis orientem. Perti-

1. *Ab iis in eorum recursus inflectitur*] Lego, *Ab iis in Eoum mare cursus inflectitur*. Plinius in sexto, cap. 17. *A Caspio mari Scythicoque Oceano in Eoum cursus inflectitur, ad Orientem conversâ litorum fronte*. IDEM.

2. *Haec*

Pertinet [2] haec á Scythico [3] promontorio ad Colida: primúmque omnis est invia; deinde ob immanitatem habitantium inculta. [4] Scythae sunt Androphagoe & Sacae, distincti regione, quia feris scatet, inhabitabili. Vasta deinde iterum loca belluae infestant, usque ad montem mari imminentem, nomine Tabin. [5] Longè ab eo Taurus attollitur. [6] Seres interfunt; genus plenum justitiae, ex commercio, quod rebus in solitudine relictis absens peragit, [7] notissimum. India non Eoo

2. *Haec à Scythico promontorio appositа*] Melius, *exposita*. Idem.

3. *Promontorio appositа*] Fortè *ab Colida* pro *appositа* scripsit Mela: & *Sacae* legi Herod. suadet *Polymnia*. Schott.

4. *Scythae sunt Androphagi*] Aldus *Androphagae* cum *ae* diphthongo in postrema. Scribe *Androphagoe* cum *oe* diphthongo, terminatione Graeca ex Herodoto, cui perquàm familiaris vox est *Androphagoe*. Pintian.

Scythae] Quos *Tartaros* dicimus. Olivar.

5. *Longè ab eo Taurus attollitur*] Verbum *longè* putamus aut redundare; aut si non redundat, significare *in sublime* & *excelsum*. Nam videtur hîc Mela repetere & apertiùs dicere quod de Tauro monte in Lycia prodiderat; *Taurus ipse ab Eois litoribus exsurgens vastè satis attollitur*. Facit igitur initium & originem montis Tauri, promontorium Tabin. Plinius quoque lib. IV. ab Eois litoribus venire asserit Taurum montem: & paulò antè. Pintian.

Longè ab eo, &c.] Credo scripsisse Melam: *Non longè ab eo*: nisi secum ipse pugnet. Proximo enim cap. tanquam sui oblitus *Tabis promontorium, quod Taurus attollit*. Plinius lib. VI. cap. 17. *Deserta cum belluis, usque ad jugum incumbens mari, quod vocant Tabin*. Quae eò libentius integra adscripsi, quòd Solinum, ut aliàs saepe, in errorem induxerint, qui *Tabin*, mare facit cap. 20. referens provocabulum *quod* ad *mare*, non ad *jugum*: quod & Pintianus admonuit in *Retractat*. Schott.

6. *Seres interfunt genus plenum justitiae, ex*] Aliàs: *Seres interiùs sunt gens justa, & commercio quod rebus in sol. relictis absens peragit, notissima*. Et seq. cap. *India non Eoo tantùm*. Quidam tamen, *Novissima India* leg. contendunt. Idem.

7. *Notissima India*] Falsò. Capp. distinctionem non à Mela, sed à Librariis esse initio admonui; & in confesso res est, utilitatis spe aliqua, ne res commisceri viderentur. Hinc factum ut saepe varient codd. hîcque natum sit monstrum *turpe, informe, ingens*. Nihil enim India minus notum, vix nuper Hispanorum navigationibus satis patefactum. Si quis tamen mordicus editam lectionem tueri volet, animus est non admodum contrà niti: tantùm quid mihi videatur testificor.

Edito

[8] Eoo tantùm appoſita pelago, ſed & ei, quod ad meridiem ſpectans Indicum diximus, & hinc Tauri jugis, [9] ab occidente Indo finita, tantùm ſpatium litoris occupat, quantum per quadraginta dies noctesque velificantibus curſus eſt; ita multùm à noſtris abducta regionibus, ut in aliqua parte ejus [10] neuter ſeptentrio appareat, aliterque quàm in aliis oris, umbrae rerum ad meridiem jaceant. Ceterùm fertilis, & vario genere hominum, aliorumque animalium ſcatet. Alit [11] formicas non minùs maximas canibus; quas more Gryphorum aurum penitus egeſtum cum ſumma pernicie attingentium cuſtodire commemorant: immanes & [13] ſerpentes, aliqui ut elephantos [14] morſu atque ambitu corporis conficiant.

Edito jam Mela *Noviſſima India* legi maluit Pintianus. Si mihi cenſori clavum figere, luſtrumque condere liceat; ad ſuperiora; unde divulſa ſunt, quóque pertinent, Sanctio noſtro aſſenſus, libenter retulerim, *abſens peragit notiſſimum*. In quo non mihi, ſed Euſtathio Dionyſii Scholiaſtae doctiſſ. fidem haberi volo: ſic enim ille ad illud, ——— καὶ ἴθνεα βάρβαρα Σηρῶν. Τῶν πωλεμένων τὸ τίμημα σακκίοις ἐπιγράψαντες ἀποχωρῆσιν· εἶτα ἐλθόντες οἱ ἔμποροι, καὶ θέντες τὴν τιμὴν ἀναχωρῆσιν ἐφ' οἷς ἔρχονται οἱ Σῆρες, καὶ εἰ μὲν ἀρέσκονται, λαμβάνουσι τὴν τιμήν· εἰ δὲ μὴ γε, τὰ ἴδια. Accedit ad haec, quod in Mela obſervavi; ſolere eum de gente aliqua dicturum, ferè à gentis nomine narrationem inchoare: Exempla in ore omnium. Symbolam quoque Latinus conferat. Plinius lib. VI. cap. 17. de Scythis: *Non in alia parte major Auctorum inconſtantia: credo propter innumeras vagasque gentes.* An igitur notiſſima India, ſi tanta Scriptorum incertitudo? SCHOTT.

8. *Eoo*] Orientali. OLIVAR.

9. *Ab Occidente indefinita*] Legendum *ab Occidente Indo finita*. Res nota ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio, Arriano. & omnibus. Notavit hoc etiam Mariangelus. PINTIAN.

10. *Neuter ſeptentrio*] Navigantes oppoſitum dixere. OLIVAR.

11. *Formicas non minores*] Leg. Plin. lib. XI. cap. 31. SCHOTT.

12. *Immanes & ſerpentes aliqui, ut elephantes morſu atque ambitu corporis afficiant*] Nihil muto. Tantùm moneo legi etiam poſſe: *Immanes & ſerpentes alit, ut elephantes morſu atque ambitu corporis conficiant.* PINTIAN.

13. *Serpentes aliqui ut*] Lege: *Serp. alit, qui elephantes morſu atque ambitu conficiant.* SCHOTT.

14. *Morſu atque ambitu corpus conficiant*] Et ab illis vicisſim caſu

ficiant. Tam pinguis alicubi & tam feracis soli, [15] ut in eo [16] mella frondibus defluant, lanas sil- vae ferant, [17] arundinum fissa internodia, [18] veluti navia, binos, & quaedam ternos etiam vehant. Cultorum habitus moresque dissimiles. [19] Lino alii vestiuntur, aut lanis, quas diximus; alii avium ferarumque pellibus: pars nudi agunt; pars tantùm obscoena velati: alii humiles parvique; alii ita proceri & corpore ingentes, ut elephantis etiam, & ibi maximis, sicut nos equis, facilè atque habiliter utantur. Quidam nullum animal occidere, nulla carne vesci optimum existimant: quosdam tantùm pisces alunt. Quidam proximi parentes, priusquàm annis aut aegritudine in maciem eant, velut hostias caedunt: caesorumque visceribus epulari fas & maximè pium

su atque ruina elidantur. Sic enim Appulejus lib. I. *Floridor.* ubi de Indis & Gymnosophistis multa: *Apud illos*, inquit, *immensi dracones cum immanibus elephantis pari periculo in mutuam perniciem concertant. Quippe lubrico volumine indepti revinciunt: & illis expedire gressum nequientibus, vel omnino abrumpere tenacissimorum serpentium squameas pedicas; necesse sit ultionem à ruina molis suae petere, ac retentores suos toto corpore oblidere.* IDEM.

15. *Ut in ea mella*] Accedo MSS. qui habent *eo*, nempe solo, quod proximum est. GRONOV.

16. *Mella frondibus defluant*] Legendus Aelianus lib. XV. *Hist. Animalium* cap. 7. & Galenus lib. III. *De alimentorum facultatibus* cap. 39. Virg. *Ecloga* IV.

Et durae quercus sudabunt roscida mella.

SCHOTT.

17. *Arundinum fissa internodia*] Aldus *scissa*. Videtur legendum *singula*, ex Plinii septimo libro: *Arundines*, inquit, *tantae proceritatis, ut singula internodia alveo navigabili ternos interdum homines ferant.* Nam quid attinebat in demonstrando illarum arundinum usu adjicere aut *scissa*, aut *fissa*? Num admonendus erat Lector non praestare illum usum, nisi priùs scinderentur? PINTIAN.

18. *Veluti navitas*] Scribendum fortè *veluti naviculae*. Solinus, *ut lembi*. Nam Plinius eos, qui illis internodiis feruntur, non appellavit navigantes, sed homines; ut liquet ex verbis paulò antè allatis. IDEM.

Veluti nautas] Credo ex Plinii illo *navigantes* huc intrusum. Mox dele *quaedam*, & sup. *in eo* redundare videtur. SCHOTT.

19. *Lino alii vestiuntur, aut lanis*] Elegantior lectio: *Lino alii vestiuntur, alii lanis*. PINTIAN.

um est. [20] At ubi senectus aut morbus incessit, procul à ceteris abeunt, mortemque in solitudine nihil anxii exspectant. [21] Prudentiores & quibus ars studiumque sapientiae contingit, non exspectant eam, sed ingerendo semet ignibus, laeti & cum gloria arcessunt. Urbium, quas incolunt (sunt autem plurimae) [22] Nysa est clarissima & maxima: montium [23] Meros, Jovi sacer.

20. *At ubi senectus aut morbus incessit*] Mariangelus: *Alii ubi senectus.* IDEM.

21. *Prudentiores eis, quibus ars studiumque sapientiae contingit*] Mirificas oportet esse rationes omnium, qui haec ita sustinent edere, quum in nullo sic invenerim scripto codice. Chisianus praeferebat *prudentiores enim quibus*, ut nunc ex Vossio discimus legi etiam in Arundeliano. In alio legebam *prudentiores ei quibus*, & ita Fratet in Mediolan. Hic primus debebat esse stimulus non acquiescendi huic commento ex causa vetustae lectionis. Praeterea quod nunc legitur, est & ipsum contra genium Melae, qui non solet talibus praemittere pronomen. Legendum enim, *Prudentiores & quibus ars studiumque.* Itaque id secutus fui, quum senilis illa *Appendicis* sapientia non nisi effoetum Vossium oblectet. GRONOV.

22. *Nysa*] Celebrata ob Dionysum, sive Liberum, ibi nutritum. OLIVAR.

Nysa est clarissima] Plures hoc nomine montes Baccho sacrae: hinc Poëtis *Nysaeus.* Graecis ferè duplici *σ*: *Nyssa*, ut Ariano lib. v. Ἀλεξάνδρεια ἀγαλδόσιος: ubi Alexandrum Nysam in deditionem acceptam, simul conditoris reverentia, simul religione tactum ab omni injuria, data opidanis salute, servasse. Idem & de Baccho Thebano, Aegyptio, & Indico, unusne idemque sit lib. VIII. disserit, & Philostratus lib. III. Pausanias *Boeoticis*, Diod. Siculus & Strabo XV. *Geogr.* Illud, quod pòst non longè sequitur, *famam hinc praecipuam habent*, *quòd*, suspicor à glossa esse, quare uncis inclusi. SCHOTT.

23. *Meros Jovi sacer*] Μῆρος enim femur est, ex quo natum Bacchum fabulantur; ut è cerebro Minervam. Hinc & *μηροτραφὴς* Poëtis. Mons Ἡμωδῶν etiam appellatur Eustathio in Περιηγητ. Tzetzis in *varia Hist.* versus ob elegantiam adscribam:

Ἐγγὺς ὁρῶν τῶν Ἡμωδῶν, Ἰνδίας ἄκρα,
Στῆλαί τινες ἱστήκασι, σῆλαι τοῦ Διονύσου,
Οὐ τὸ Θηβαίϊκὸν λέγω δὲ, καὶ Ζαβοσκουτέλη,
Ὥσπερ τινὲς νομίζουσι καὶ παλαιοὶ καὶ νέοι
Τὸ οἰκεγένιας δ' ἰώμενοῦ, φημὶ τοῦ Αἰγυπτίου,
Τὸ Νᾶσ. καὶ Ὀσιμάνδου, Δωτίσσης Διονύσσου.

Legendus Plinius lib. VI. cap. 21. & lib. VIII. cap. 39. IDEM.

24. *Fa-*

cer. 24 Famam hinc praecipuam habent; in illa genitum, in hujus ſpecu Liberum patrem arbitrantur eſſe nutritum: unde Graecis auctoribus, ut fe- 55
mori Jovis inſitum dicerent, aut materia ingeſſit, aut error. 25 Oras tenent ab Indo ad Gangen Palibotri, à Gange ad Colida (niſi ubi magis, quàm ubi habitetur, exaeſtuat) atrae gentes, & quodammodo Aethiopes. 26 A Colide ad Cu- 60
dum

24. *Famam hinc praecip. habent, quòd*] Puto gloſſema. IDEM.

25. *Oras tenent ab Indo ad Gangen Palibothri*] Locus mendis creberrimus, & ordo verborum vitiatiſſimus: quem, ſi velimus ſenſum aliquem commodum elicere, perinde ac putre & ruinoſum aedificium demoliendum habemus. Demoliamur igitur diis benè juvantibus: nam, ut ſubveniamus eximio Auctori jam propè animam agenti, committendum eſt aliquid vel Gyaris & carcere dignum. Lego igitur permutatis priùs verbis, deinde etiam caſtigatis ad hunc modum: *Oras tenent ab Iolide ad Indum Nyſaei, ab Indo ad Gangen Palibothri. A Gange magis, quàm ut habitetur, exaeſtuat.* Verbum illud *Nyſaei* tum *ae* diphthongo in penultima ſcribendum, auctore Stephano, ab urbe *Nyſa* Indicarum clariſſima, de qua & monte ejus *Mero*, ſtatim antè diſſeruit; hoc enim melius quàm ut legatur *Niſi*, ut alii ſentiunt. Nec *Iolide* lego, ſed *Colide*. Eſt autem *Colis* promontorium ob immenſam altitudinem, alio nomine dictum *Aornos;* vel ut alii proferre malunt, *Aornis*, hoc eſt, avibus inacceſſum, cujus multi meminere, & inter alios Plinius in ſexto: apud quem tamen mendoſè pro *Caliacum*, *Coloicum* legitur. Inter hoc promontorium & Indum fluvium ſitam eſſe urbem *Nyſam* praeter Geographos, Arrianus Hiſtoricus, & apud nos Curtius tradunt. Item *Palibothreni* lego, non *Palibothri*, ita gentile nomen formante Stephano. Ipſam autem urbem Arrianus ſemper cum *m* in ſecunda *Palimbothra* enunciat. Nec aliter in duobus vetuſtis codicibus, quos (ut dixi) domi habeo, invenitur. At Ptolemaeus, Strabo, Stephanus, ſine *m* omnes cum *th* in ultima *Palibothra*. Hermolaus autem ſine adſpiratione ſcribit in ſexto *Palibotra*, contra Antiquorum omnium auctoritatem. PINTIAN. Fortè leg. *Oras tenent à Coliaco ad Gangem Palibotri, à Gange ad Indum Nyſaei, ubi magis quàm ut habitetur exaeſtuat:* ex Plin. lib. VI. cap. 19. Ptolemaeo & Solino cap. 55. ex quibus convincitur *Palibotri* retinendum, licet *Palibothreni* ſubſtituat Pintianus: cujus lectionem non damno, reponentis *Colide*, pro *Iolide*. SCHOTT.

26. *Ab Iolide ad Cudum recta ſunt litora*] Scribo ut dixi, *A Colide*. De *Cudo* nihil comperi. Sed materiam nobis graviſſimus auctor Strabo ſubminiſtrat emendandi etiam hujus loci, *Coniacos* ſcribens populos eſſe Indiae maximè Orientales, poſtremosque illius plagae. Quid ſi non *Cudum* ſed *Tabin* etſi duriuſcula correctione legendum eſt? Alioquin

dum recta sunt litora, [27] timidique populi, & marinis opibus affatim dites. [28] Tamus promontorium est, quod Taurus attollit: [29] Colit alterius partis angulus, initiumque lateris ad meridiem
65 versi: [30] Ganges & Indus amnes. Ille multis fontibus [31] in Hemode Indiae monte conceptus, simul

malè cohaereret quod statim sequitur: *Tabis promontorium est quod Taurum attollit.* Nam videtur Pomponius repetere, quae antea dixerat, hoc est, *Tabin, Gangen, & Indum*, ut rursus exponat pluribus, quae antea delibaverat tantùm. PINTIAN. Substitui pro *Iolide*, *Colide:* emendavi etiam in Plinii sexto, *Coliacum* promontorium: cùm in omnibus excusis exemplaribus permutatis litteris scriptum sit *Colaicum.* Nunc addo confirmari hanc meam emendationem fide Apographi Toletani, in quo apertè *Coliacum* legàs, non *Colaicum.* IDEM.

27. *Timidique populi & marinis opibus affatim dites*] Scribo, *nudique populi, sed marinis opibus affatim dites.* & ita Aldus rectè. Dixit enim paullò ante: *ubi magis, quàm ut habitetur, exaestuat.* IDEM.

28. *Tamos promontorium est quod Taurus attollit*] Legendum, *Tabis promontorium est quod Taurum attollit:* ex ipso Pomponio suprà, & Plinio in lib. VI. cap. 17. Nec *Tabis* finis est lateris septentrionalis Asiae, & *Tamos* orientalis: nam si quis rem exactiore cura expendat, inveniet Cesticum Hispaniae promontorium initium esse lateris septentrionalis totius terrae, & finem ejusdem lateris esse Scythicum promontorium. A quo rursus incipit latus orientale, & finitur *Tabi* Promontorio. A Tabi verò excurrit latus meridianum usque ad promontorium *Hesperion Ceras:* à quo accipit initium latus occiduum & terminatur antedicto Hispaniae promontorio Celtico. Quatuor itaque sunt promontoria totidem totius habitabilis anguli, *Celticum, Scythicum, Tabis, Hesperion Ceras;* quatuor latera ejusdem habitabilis includentia. IDEM. Ostendi legendum esse *Tabis*, non *Tamos:* docui ex Plinio lib. VI. cap. 17. esse jugum incumbens mari, pudendo errore Solini, qui non perceptis Plinii verbis, neque adito Pomponio, *Tabin* nomen esse maris, non promontorii scribit. IDEM.

29. *Collis alterius partis angulus*] Scribo, *communis utriusque maris angulus.* IDEM. Hic vulg. lectionem libentius sequor, tantùm *Colis*, pro *Collis*, ex superioribus scribo. Et inf. *Pòst ubi aliquot se per magna flexibus scindit juga.* leg. conjicio. Torsit autem multos, quòd praeter morem suum Mela, qui praecipua primùm generatim, pòst alia singulatim eodem ordine exsequitur: hìc verò de Gange non unde coeperat, incipit, sed definit. SCHOTT.

30. *Ganges in Haemo Mediae monte conceptus*] Scribendum vel in *Haemodo Indiae monte*, vel, ut Ptolemaeus, *in Imao Indiae monte conceptus.* Etenim *Imaus* & *Haemodus*, montes ibi sunt omnibus. BARBARUS.

31. *In Haemodio Indiae monte*] *Emodum* montem sive *Emodos* montes, nam utroque modo dicitur, nemo cum diphthongo scribit. Adspirationem autem hoc nomen

simul unum alveum fecit, [32] fit omnium maximus, & alicubi latiùs, quando anguſtisſimè fluit, decem milia paſſuum patens, in ſeptem ora diſpergitur. [33] Indus ex monte Paropaniſo exortus, & alia quidem flumina admittit; ſed clariſsima, [34] Cophen, Aceſinem, Hydaspen: conceptamque pluribus alveis undam lato ſpatio trahit. Hinc penè Gangen magnitudine exaequat. [35] Pòſt ubi aliquot ſaepe magnis flexibus cinxit jugum

nomen invenio habere aliquando, aliquando non habere: quod & melius, ſi Graecos Grammaticos audimus. Pintian.

32. *Fit omnium maximus, & alicubi latius, quando anguſtisſimè fluit, decem milia paſſuum patens*] Lego non *decem milia*, ſed *octo millia paſſuum patens*, ex Plinio, Marciano, Solino. Praeterea cùm iidem Marcianus & Solinus Plinii aſſidui aſſeclae, & quae ſcripſerunt omnia à Plinio mutuati, neſcio an addam impudenter, nulla Auctoris per quem profecerant mentione. Cum ergo Marcianus & Solinus maximam & minimam Gangis latitudinem notaverint, miretur quis, cur in Plinio in relatione Gangis fluviorum maximi, &, ut ita appellem, regis, nulla ſit mentio maximae ejus latitudinis, neque item in Pomponio, eodem in utrumque malo grasſante. Equidem ita cenſeo; Librariorum culpa omiſsa eſſe verba, quibus maxima ejus fluvii latitudo explicaretur, idque tam in Plinio, quàm in Pomponio. Legendum igitur in Pomponio, ut reor, ſic: *quando latisſimè viginti millia paſſuum & alicubi latius, quando anguſtisſimè fluit octo millia*: ex Solino, ut dixi, & Marciano, & quod attinet ad anguſtisſimum fluxum etiam ex Plinio. Modicam latitudinem Strabo facit C. ſtadiorum, aſſerente id etiam Plinio. Profunditatem nusquam minorem XX. paſſuum uterque. Item *amnium maximus* libentius legerim, quam *omnium*. Idem.

33 *Indus ex monte Garoparnaſo*] Scribendum, *Indus ex monte Paropamiſo*, ex Strabone, Ptolemaeo, ceteris. Barbarus.

34. *Copem Agaſinom Hydaſpen*] Scribendum non *Copem*, ſed *Cophen*, aut *Cophenen*, ſed & *Aceſinem* quoque, non *Agaſinom*, iisdem auctoribus. Idem. *Cophen* in recto Arrianus in utraque compoſitione: *Cophes* Strabo & Plinius. Pintian. Legendum videtur *Cophenem*, ſeu *Cophena*. Nam dupliciter declinatur, aut *Cophen Cophenis*, aut *Cophes Cophetis*. Priorem inflexionem Arrianus in utraque compoſitione: poſteriorem Strabo, & Plinius ſecuti ſunt. Idem.

35. *Pòſt ubi aliquot ſaepe magnis flexibus cinxit jugum, ingens iterum, rectus ſolidusque deſcendit*] Nunquam potui intelligere hunc locum; adeo vanisſimis diſtinctionum quisquiliis eum torquent editores. Prout allego, ſic invenies in editione Sanctii, Stephanique ac Vosſii, quum Vadianus ediderit *flexibus cinxit jugum, ingens iterum rectus ſolidusque*. Schottus, quem ſecuti Germani, *cingit jugum, ingens iterum, rectus, ſolidus*

jugum ingens, iterum rectus solidusque descendit: donec ad laevam dextramque se diducens, duobus ostiis longè distantibus exeat. [36] Ad Tamum insula est Chryse, ad Gangen Argyre: 80 [37] altera aurei soli (ita veteres tradidere) altera argentei: atque, ut maximè videtur, aut ex re nomen, aut ex vocabulo fabula est. Taprobane, aut grandis admodum insula, aut prima [38] pars Orbis alterius Hipparcho dicitur: sed 85 quia habitatur, [39] nec quisquam circummeasse traditur, prope verum est. [40] Contra Indi ostia,

solidusque descendit. Sed qualecunque illud, velim doceant me illi omnes, quare hîc Indus dicatur ingens iterum? ubi Pomponius statuit eum minorem factum? Profectò nuspiam: & licet discerpatur, ne sic quidem statuit eum diminutum. Verbum de eo nullum est. Dico prorsus τὸ *iterum* conjungi debere cum τοῖς *rectus solidusque*; at τὸ *ingens* cum praecedenti *jugum*, quod certè tale fuisse docent magni illi flexus. Itaque distinguo: *Pòst ubi aliquot saepe magnis flexibus cinxit jugum ingens, iterum rectus solidusque descendit.* Sed & in duobus MSS. legitur *pòst ubi saepe aliquot magnis.* Planè ut de Nilo lib. 1. cap. 9. *Cùm diu simplex saevusque descendit, circa Meroen latè patentem* (agnoscis hîc magnos flexus & ingens jugum) *insulam, in Aethiopiam diffunditur: ubi rursus coit;* &c. Quis credat Vosium in severa ista aetate sic potuisse nugari, ut rogaret [Quomodo Indus rectus solidusque potest descendere, ubi magnis flexibus cingit jugum ingens] quum planè videat ab me citari *cinxit*, hoc est, quum rursus coiit. Ergo de se mentitur, se existimavisse olim *cinxit*, non *cingit* legendum esse, eam tamen lectionem non admisisse. Nonne editio Vosiana, nonne *Observationes* testimonium contra eum dicunt, & docent sanè admisisse & ratiocinatum in eo fuisse? sed immoriatur ineptiae suae. GRONOV.

36. *Ad Tamum insula est Chryse*] Legendum ut monui *Tabin.* PINTIAN.

37. *Altera aurei soli*] Fabulae fidem non habet Plinius lib. VI. cap. 46. ex quo leg. suprà: *Ad Indum Argyre*, non, *ad Gangem.* SCHOTT.

38. *Pars orbis alterius Hyprachus dicitur*] Scribe *Hipparcho*, id est, ab Hipparcho. BARBARUS.

39. *Nec quisquam circum eam esse traditur*] Legendum *ipse* non *esse*: hoc est, *circumisse, lustrasse.* Schema est Tmesis. PINTIAN.

40. *Contra inde illa ostia sunt quae vocant Solis*] Locus etiam corruptissimus, & tantùm non deploratus. Castigo: *Contra Indi ostia insula est, quam vocant Solis*, ex Arriano historico in *Indica conscriptione*, prodente hanc Solis insulam, quam ipse *Nasacalam* nominat, in ora Ichthyophagorum

ostia, illa sunt, quae vocant Solis, [41] adeò inhabitabilia, ut ingressos vis circumfusi aëris exanimet confestim; [42] & [43] inter ipsa ostia Patalene. Regio ob aestus intolerabilis; alicubi cul- 90 toribus

rum esse. Porrò idem Arrianus auctor est super Ichthyophagos habitari interiora à Gedrosiis. Rursus Ptolemaeus scribit Gedrosios ab Oriente terminari Indo amne. Ergo videtur colligi ex Arriano & Ptolemaeo & Pomponio contrà Indi ostia esse insulam Solis. Meminit etiam hujus insulae Plinius in sexto his verbis: *Deinde Ichthyophagi tam longo tractu, ut viginti dierum spacio navigaverint. Insula Solis, & eadem cubile Nympharum rubens, in qua nullum non animal absumitur incertis causis.* Accedit Plutarchi auctoritas in libro *de Montibus & Fluminibus*, *Indum* scribentis magno impetu decurrere in Ichthyophagorum terram. Ceterùm ut hac quoque parte juvemus studiosos Plinianae lectionis, putamus antè dicta Plinii verba vitiosissima, ut reor, sic esse restituenda: *& eadem cubile Nymphae Nereidis*, ex eodem Arriano in eadem *Indica historia*, narrante Nympham quandam Nereidem eam insulam tenuisse: etsi ego pro comperto habeo Plinium verborum parcissimum & suprà quàm dici possit brevem, non scripsisse *Nymphae Nereidis*, sed *Nereidis* tantùm. Sic lib. x. *Nereidum falsa opinio*, & in eodem, *complures in litore apparere Nereidas*: & paullò pòst, *Nereidas verò multas*: & lib. XXXVI. cap. 5. *Nereides supra Delphinos & Caie, & Hippocampos sedentes.* Verbum ergo est adventitium *Nymphae*, & expositio illius *Nereidis*. Deinde procedente ulterius incuria & insciția ex *Nymphae Nereidis*, factum est *Nympharum rubens*. PINTIAN. Vulgati *inde illa*. Nos minori cummutatione *Indi* reponendo locum in integrum restituimus. Pintianus audacius: *Contra Indi ostia insula est, quam vocant Solis, ideo inhabitabilis, quòd ingressos*, &c. SCHOTT.

41. *Adeò inhabitabilis. ut ingressos*, &c.] Lego, *ideò inhabitabilis quod ingressos*, &c. PINTIAN.

42. *Et inter ipsa ostia rara tenet regio*] Scribendum puto: *At inter ipsa ostia rara viret regio*, adstipulante Arriano in *historia Indica*. IDEM.

43. *Inter ipsa ostia Patalene regio*] Sic leg. videri monuit me Franc. Sanctius, cui assentior. Vulgati enim veteris scripturae vestigia retinent, *rara tenet regio*: lege *Patalene regio*. Pintianus, *rara viret regio*: quod abjudico. Plinius enim Indum duas insulas facere scribit *Prasianen & Patalen*, lib. VI. *Nat. Hist.* cap. 20. & Aethicus urbes Orientalis Oceani *Patalen*, & *Patalen* nominat, & Dion. Afer de Indo flu.

Διστὰ δὲ οἱ σύμπαν ἐφ' ἑκάτερα μέσην δ' ἐπιδέδρομε νῆσον,
Νῆσον τὴν καλέουσιν ἐπιχθόνιοι Παταλήνην.
Κείνης τοι πολέων ἀποτέμνεται ἔθνεα φωτῶν.

And. Papius noster sic vertebat:

Atque ejus duplici circùm concluditur ore
Insula, quam proprio Patalenèn nomine dicunt:

toribus egens, 44 inde ad principia Rubri maris pertinet. Ipsa invia atque deserta; humus cineri magis sit quàm pulveri similis; ideoque per eam rara & non grandia flumina emanant, 45 quorum Tuberonem & Arusacen notissima accepimus.

Multaque praeterea distinguit secla virorum.

Ubi ex Arriano Eustathius: Δίχομός ἐστιν ὁ Ἰνδὸς καὶ Δέλτα ποιεῖ, καὶ ἔστιν ἐν τῇ τῶν Ἰνδῶν γῇ. τῷ Αἰγυπτίῳ Δέλτα παραπλήσιον. πόλις δὲ ἐν αὐτῇ ἐξιόλογος τὰ Πάταλα, ἀφ' ὧν ἡ νῆσος Παταλική. Meminit & Strabo lib. xv. ὁ δὲ Ἰνδὸς δυσὶ ῥέμασιν εἰς τὸν μυχαίτατον ἐκπίπτει θάλατταν, ἐμπεριλαμβάνων τὴν Παταλικὴν καλουμένην χώραν, παραπλησίαν τῷ κατ' Αἴγυπτον Δέλτα. SCHOTT.

44. *Inde ad principia Rubri maris pertinent invia atque deserta humus*] Legendum *pertinens*, non *pertinent*. PINTIAN.

45. *Quorum Tuberonem & Arusacen notissima accepimus*] Scribo, *Tonderon & Arosapen*, ex Plinio lib. VI. cap. 23. tam ex scripta quàm Romana lectione. IDEM.

CAP. VIII.

MARE RUBRUM, AC UTERQUE HUJUS SINUS PERSICUS ET ARABICUS.

RUBRUM mare Graeci, 1 sive quia ejus coloris est, sive quia ibi Erythras regnavit, Ἐρυθρὰν θάλασσαν appellant: procellosum, asperum mare, profundum, & magnorum animalium magis quàm cetera capax. Primò recedentes oras 2 aequabiliter impellit; & ut non intret inte-

1. *Sive quia ejus coloris est*] Legendus Strabo lib. XVI. extremo. SCHOTT.

2. *Aequabiliter*] Ita edidi nunc demum, quum praeter Gudiani Codicis auctoritatem fieret mihi fides ejus ab Mediolanensi, etsi huc usque maluerint edere *aequaliter*,

interiùs, aliquantum patens sinus arcuat. Sed quas ripas inflexerat, bis irrumpit; duosque iterum sinus aperit. Persicus vocatur dictis regionibus propior; Arabicus ulterior. Persicus, quâ mare accipit, utrinque rectis lateribus grande ostium quasi cervice complectitur: dein terris in omnem partem vastè & aequa portione cedentibus, magno litorum orbe pelagus incingens, reddit formam capitis humani. Arabici & os arctius & latitudo minor est, major aliquanto recessus, & multo magis longa latera. Init penitus, introrsusque, dum Aegyptum penè & montem Arabiae Casium attingat, quodam fastigio minùs ac minùs latus, [3] & quo magis penetrat angustior. Ab his, quae diximus, ad sinum Persicum (nisi ubi Chelonophagi morantur) deserta sunt. [4] In ipso Carmanii navigantium dextra positi, sine veste ac fruge, sine pecore ac sedibus, piscium cute se velant, carne vescuntur, praeter capita [5] toto corpore hirsuti. Interiora [6] Cedrosi, dehinc Persae habitant. [7] Sabis per Carmanios, suprà [8] Andanis &

liter. Gronov.

3. *Et quo magis penetrat angustior*] Legendum *penetratur*, non *penetrat:* ut in Hispania de sinu Sucronensi, *major hic & magno fatis ore, pelagus accipiens, & quo magis penetratur angustior., Setabin & Duriam.* &c. Pintian.

4. *In ipso Carmanii navigantium dextra positi*] Rectior lectio: *In ipso navigantium Carmanii dextra positi.* Nam sunt etiam *Carmanii* in illa ora, antequam intres sinum Persicum. Idem.

5. *Toto corpore hirsuti*] *Hirti* malim, ut & infrà cap. 10. & Plinius lib. VI. cap. 31. & alibi saepe. Schott.

6. *Gedrosi & Persae*] Haec sunt *Sophi*, & hae regiones vocantur *Turqueslan.* Olivar.

7. *Sethis per Carmanios, supra Sandis & Coros effluunt*] Plinius oppidum Carmaniae *Zethin*, & (ut vetusti codices habent) *Cethin* vocat. Ptolemaeus flumina haec, *Andanin & Corium* appellat, ut ad hunc modum scribi possit: *Cethis per Carmanos, supra Andanis & Corios effluunt.* Barbarus. Plinius *Zetis* meminit oppidi *Carmaniae* & *Sabis* fluvii. Sed sitne idem cum hoc Pomponii an diversus, parum constat. Plinii vetus codex *Charis* legit, non *Zetis*, & paullo ante. Pintian.

& Coros effluunt. In parte, quae pelagi oſtio adverſa eſt, Babyloniorum fines Chaldaeorumque ſunt, & duo clari amnes, Tigris Perſidi propior, ulterior Euphrates. Tigris ut natus eſt, ita deſcendens usque in litora permeat: Euphrates, immani ore aperto, non exit tantùm, unde oritur, ſed & vaſtè quoque decidit; [9] nec ſecat continuò agros, ſed latè diffuſus in ſtagna, diu ſedentibus aquis piger, & ſine alveo patulus, pòſt ubi marginem rupit, verè fluvius, acceptisque ripis celer & fremens, per Armenios & Cappadocas occidentem petit; ni Taurus obſtet, in Noſtra maria venturus. Inde ad meridiem avertitur, & primùm Syros, tunc Arabas ingreſſus, non perdurat in pelagus, verùm ingens modò & navigabilis, [10] inde tenuis rivus, deſpectus emoritur, & nusquam manifeſto exitu effluit,

8. *Andanis & Corios*] Ptolemaeus *Carios*, non *Corios*. IDEM.

9. *Nec ſecat continuo agros, ſed latè diffuſus in ſtagna*] Adverſativa in MS. non exſtabat, imò nec eſt in editione Juntina, nec in MS. Mediolanenſi. Unde meritò reor eam non eſſe Pomponii, cujus haec quoque elegantia eſt, ut aliorum Latinorum lib. III. cap. 3. *Nandi non patientia tantùm illis, ſtudium etiam eſt.* Hîc locus ad rem facit, quod negat in *Appendice* Voſſius, tantùm, ut pateat, quam malint τὸ *ſed*, ubi vulgus ponit, elegantiores omittere, quod ignoravit miſer. Sed ſcilicet ibi occurrit *non tantum*, quod non eſt in noſtro loco, Habeat ergo, ubi illud non eſt, locum ex praeclara obſervatione Victorii ad Ciceronis *Epiſtolam ad Atticum* 15. lib. III. *ut cùm idem verbum crebrius ponatur, non offendat animum, etiam concinniorem orationem reddat.* Quod ſi & hîc intermiſceri voculam *etiam* cauſabitur, eat tunc vel ad Martialem,

——— ——— ——— *aures*
Non auditoris, judicis eſſe puto:

vel ad Statium,

——— *ſolis abjecit in arvis*
Non regem dominumve; alienos impia partus.

Quae collegerunt Paternae notae ad Livium lib. XXVIII. cap. 39. Vellem clarius monſtraviſſet ambiguitatem & confuſionem, qua duplici dote totus conflatus fuit Iſaacus. GRONOV.

10. *Inde tenuis rivus deſpectus emoritur*] Lego, *in pertenues rivos diſperſus emoritur*: poſſet etiam legi *diſpeſſus*. PINTIAN.

11. *Uc*

effluit, [11] ut alii amnes, sed deficit. Alterum latus ambit plaga, quae inter utrumque pelagus excurrit. Arabia dicitur, cognomen Eudaemon, angusta, verùm cinnami & thuris aliorumque odorum maximè ferax. [12] Majorem Sabaei tenent partem, ostio proximam & [13] Carmaniis [14] contrariam Macae. Frontem, quae inter ostia ostenditur, silvae cautesque exasperant. [15] Aliquot sunt in medio insulae sitae: Ogyris, quòd in ea Erythrae regis monimentum est, magis clara quàm ceterae. [16] Alterum sinum undique Arabes incingunt. Ab ea parte, quae introëuntibus dextra est, urbes sunt, [17] Carra, [18] & Arabia,

11. *Ut alii amnes, sed deficit*] Haec Pomponianae lectioni inserta videntur, vel asuta potius. SCHOTT.

12. *Majorem Sabaei tenent partem. Ostio proximam & Carmanis contrariam partem Macae, quae inter ostia ostenditur*] Scribendum arbitror, *Majorem Sabaei tenent partem. Ostio proximam & Carmanis contrariam Macae, partem quae inter ostia extenditur*, &c. PINTIAN.

13. *Carmaniis contrariam partem magnae*] Scribendum, *Carmanis contrariam partem Macae*: Plinius, Ptolemaeus, ceteri. Sunt & *Macae* in Libya. IDEM. *Mace* fortè scrib. sine diphthongo. Hoc promontorium Carmaniae promontorio objacens *Harmozonta* Plinio est, & Ptolemaeo. *Mache* autem urbs Oceani Orientalis Aethico: *Mathae* verò gens Indiae, apud quos Erineses oritur, teste Arriano in *Periplo Indiae*. SCHOTT.

14. *Contrariam partem Macae*] Rectius, *Contrariam Macae frontem, quae inter ostia extenditur*. IDEM.

15. *Aliquot sunt in medio insulae sitae. Ogyris quod in eo* &c.] Videtur legendum: *Aliquot sunt in eo insulae, sed Ogyris quod in ea*, &c. Hanc insulam Strabo lib. XVI. *Tyrrhinem*; Arrianus in *Indica historia*, *Hoaracta* nominat. PINTIAN.

16. *Alterum signum undique Arabes incingunt*] Scribe, *sinum*, non *signum*. BARBARUS.

Alterum, &c.] Caput nonum nihil habet nisi Solis urbem, quam *Heliopolin* alii vocarunt, juxta sinum Arabicum, ad quam venere filii Israël. OLIVAR.

17. *Cara, Arabia, Gandamus*] Stephanus *Carrae* Carrarum: *Ad mare*, inquit, *Rubrum sunt Carrae, cognomines iis, quae sunt in Mesopotamia, Crassi nobiles interitu*. De *Arabia* emporio Ptolemaeus. Tertium loci nomen haud comperi. BARBARUS. Propositio semper ob oculos Melae instituto exsequendi clarissima quaeque, sic lego: *Urbes sunt Carna, Mariaba, & Agdamus*. Primam ex Strabone, cui est *Carna* magna Minaeorum urbs; meminit & Ptolemaeus: Secundum ex eodem,

me-

rabia, & Gadamus: in altera, [19] ab intimo angulo prima, Berenice, inter [20] Heroopoliticum & Strobilum: [21] deinde inter promontoria Μυὸς ὄρμον

metropolin Sabaeorum, qui cùm sint Arabum ditissimi, verisimile est metropolin eorum à Pomponio celebratam esse: Tertiam ex Ptolemaeo. De *Mariaba* & Stephanus, in quo vitiosè scriptum est metropolin esse *Sabinorum*, pro *Sabaeorum*. Idem *Carnam*, *Carnanam* nominat, & à Sunio *Carnaniam* appellari ait. Posset etiam, & fortasse rectius, pro *Carrae* substitui *Gerra*. *Sabaei* enim & *Gerrhaei* omnium Arabum ditissimi sunt, Straboni lib. XVI. Nec me fallit memorari à Ptolemaeo Arabiae emporium in Arabia Felici, & à Stephano Plinioque *Carras* urbem, & Carraeorum latissimos & fertilissimos campos in eadem, sed non ideo prioris sententiae poenitet. PINTIAN.

18. *Et Arabia*] Non me fugit mutasse Fredenandum. Ego à vulgata non recedo. *Arabiam* enim & *Eudaemona*, Arabiae urbes ponit & Aethicus in *Cosmogr.* & Arrianus in *Periplo maris Rubri*. Quod sequitur, *verùm inflexus*, & *non Rubri maris*, ferri fortasse potest: tametsi Pintianus alia interpunctione: *Extra sinum* (*verùm inflexu etiamnum Rubri maris*) *pars*, &c. SCHOTT.

19. *Ab intimo angulo prima Berenice*] Ventum est ad locum longè omnium in universo opere laboriosissimum, maximis implicatum erroribus, ac pene dixerim Barathrum, & Chaos quoddam: neque enim ordo tantùm civitatum luxatus est, & depravata nomina; sed, ut suspicor, barbara insuper aliquot vocabula intermista sunt. Statui nihilominus vires experiri, etsi impares animo, & cum septemcipiti Hydra congredi. Primùm igitur per partes quid de singulis sentiam strictim dicam; postea subjungam, quomodo in totum legendum mihi videatur. Igitur ubi posita est urbs *Beronice*, poni *Arsinoe* debuit, & è contrario, auctoribus Ptolemaeo, & Plinio. Nam post *Heroopolin* statim constituunt *Arsinoen*. Praeterea iidem Auctores, itemque Strabo & Stephanus, *Berenice* per *e* in secunda enunciant, non *Beronice*. PINTIAN.

20. *Hieropoliticum*] Scribo *Heroopoliticum*. Ita enim vocatur sinus ab urbe, quam *Heroum opidum* Plinius; Graeci *Heroopolin* vocant omnes. BARBARUS.

Hieropolitium] Minus corruptè legetur *ultra Heroopolin & Cambysu* ex Plinio lib. VI. cap. 29. PINTIAN.

21. *Deinde inter promontorium Moronenon & Coloca Philoteris*] Scribo non tanto lectionis detrimento: *Deinde muris Hormos & ad Monoleum lacum Philoteris*, ex Ptolemaeo, qui post *Arsinoen* meridiem versus collocat in hoc tractu Μυὸς ὄρμον, hoc est, *muris statione*m: quod nomen pro dimidio vertit Mela, quod fecit in *Aegos fluviis* urbe Thraciae, & Νάτων κέρας promontorio Africam Asiamque disterminante, ut mox dicemus. Μυὸς ὄρμον in hoc tractu omnes celebrant, nec minus *Philoterida* urbem Satyri aedificium: nam Strabo, Ptolemaeus, Plinius, Stephanus *Philottram* appellant; Apollodorus referente Stephano *Philoterida*, quem secutus videtur Pomponius, de *Monoleo* vero lacu, ad quem sita

ἔρμιον & [22] Coloba, Philoteris & Ptolemais: ultrà Arsinoë, & alia Berenice: tum silva quae hebenum odoresque generat, & manu factus amnis, ideoque referendus, quòd ex Nili alveo 65 [23] dioryge adductus. [24] Extra sinum, [25] verùm in

sita est *Philoteris*, Plinius in sexto. Posset etiam legi non minus commodè: *Deinde inter promontorium Drepanon & Colobon Philoteris*, &c. ex Ptolemaeo, qui inter haec duo promontoria statuit *Myos hormon*, *Phileteram*, *Berenicen*, *& Ptolemaidem Theron*. De *Colobis*, id est, *debilibus* seu *curtis*, ut Strabonis vertit Interpres, Strabo ipse lib. XVI. Sed ampliemus judicium, crescente subinde, ut in dubiis fieri solet, conjectura; consideremusque, an neutro modo legendum sit, sed sic potius: *Muris promontorium & Aenon antè dicta Philoteris*, ex Plinio lib. VI. cap. 29. ut quod Graeci ἔρμιον dicunt, hoc est, *stationem*, Mela interpretatus sit *promontorium*. Potest enim fieri, ut quod est *promontorium*, sit aliquando etiam *statio navium*. Legendus igitur in universum totus hic locus ad hunc maximè modum: *In altero ab intimo angulo ultra Heroopolin & Cambysu prima Arsinoe. Deinde Muris Hormos, & ad Menoleum lacum Philoteris, & Ptolemais, & Berenice, & alia Berenice. Tum salva*, &c. ex citatis auctoribus. Sed ut retineamus morem nostrum subveniendi pro tenuitate nostra clarissimo auctori Plinio, innumeris adhuc plagis discerpto; sciendum *Ptolemaidem* urbem paulò antè dictam, appellatam esse cognomento, Ἐπιθήρας, hoc est, *ad venatus*: in Plinio autem vitiosè legi Ἐπιθηρίας, ex castigatione Hermolai. Nam quis, obsecro tam Opicus & Graecè amusos, qui θήραν nesciat Graecè significare *venatum*, potiùs quàm θηρίαν. Denique & Plinii vetus codex Ἐπιθήρας habet, & à Ptolemaeo *Ptolemais* θηρῶν, hoc est, *venationum* nominatur, & à Strabone XVI. πρὸς θήραν, id est, *ad venationem*. Et in eodem libro, *Sunt*, inquit, *plures* θῆραι, id est, *venationes*. Non omittendum antequam ad reliqua transeamus, Strabonem contra caeteros, post *Heroopolin* constituere *Philoteram*, deinde *Arsinoen*. Ptolemaeus enim & Plinius priùs *Arsinoen*, deinde *Philoteram*. Pintian.

22. *Collaca Philopteris & Phiomalis*] Scribendum *Colaca*, ut sit *Colax* Colacis promontorii ejus nomen. Item *Philoteris*, & *Ptolemais*, ex Plinio, Ptolemaeo, Stephano: ut in Plinio monstravimus. Barbarus.

23. *Diorige*] Scribendum est *dioryge*. Vox ea & Graeca est, & familiaris Straboni, fossas & alveos manufactos significans. Idem. Scribo *dioryche* non *dioryge*. *Diorychos* enim inflectitur, non *Diorygos*, ex omnibus, gregatim tam antiquis, quàm recentioribus Grammaticis. Sic etiam Herodotus in *Polymnia* & aliis libris: Sic Thucydides in primo: Sic Strabo in undecimo: Sic omnes. Sicubi verò apud ipsum Strabonem, aliumve Auctorem aliter scriptum invenitur, perperam scriptum est. Ut non parum incessendus sit Hermolaus vir Graecè

in flexu tamen, etiam non modico, Rubri maris, pars beſtiis infeſta, ideoque deſerta eſt: partem [26] Panchaei habitant, [27] hi quos ex facto, quia ſerpentibus veſcuntur, Ophiophagos vocant. Fuere interiùs [28] Pygmaei, minutum genus, & quod pro ſatis frugibus contra grues dimicando deficit. Sunt multa volucrum, multa ſerpentium genera; de ſerpentibus memorandi maximè, [29] quos parvos admodum, & veneni praeſentis, certo anni tempore ex limo concretarum paludium emergere, [30] in magno examine volantes Aegyptum tendere, atque in ipſo introitu finium, ab avibus, quas Ibidas appellant, adverſo agmine

cè ac Latinè juxtà doctus, qui in quarto *Plinianarum Caſtigationum*, *dioryge* legit in Pomponio, contra praecepta Graeci ſermonis & uſum Auctorum. PINTIAN.

24. *Extra ſinum verum inflexus & non Rubri maris*] Caſtigo, *Extra ſinum, verum inflexu etiamnum Rubri maris.* IDEM.

25. *Veruntamen in flexu etiamnum modico Rubri*] MSS. duo, *verum in flexu tamen etiamnum modico Rubri.* Quod voluit etiam Editio Juntina, *Verum in flexum tamen*, nec quidquam ibi mutat Mediolanenſis. GRONOV.

26. *Candaei habitant: Si quos*] Ad Pintiani conjecturam autem legi poſſet concinnius, *Candaei habitant: quos Ophiophagos vocant.* Et mox pro conjunctione *& veneni*, adverſativam malim *ſed.* SCHOTT.

27. *Hi quos ex facto quia ſerpentibus veſcuntur, Ophiophagos appellant*] Lego, *Hos, quia ſerpentibus veſcuntur, Ophiophagos appellant*; reliqua ſuperfluunt. Eadem brevitate uſus eſt Plinius in ſexto, ubi de *Ophiophagis* loquitur. PINTIAN.

28. *Pygmaei minutum genus*] De his Ariſtot. II. *de gener. Animal.* & VIII. *de Natura anim.* cap. 12. Plinius ſaepius. Homer. *Iliad.* γ. initio, & Solinus cap. 16. *Urbe*, inquit, *Gerania Thraciae Pygmaeos à gruibus pulſos.* Agell. lib. IX. cap. 4. *Noct. Attic.* Dicti à nomine πυγμὴ, *cubito.* D. Hieron. in 27. cap. *Ezech. bellatorem*, & ad pugnam promtiſſimum exponit. Ad utrumque Juvenalis reſpexit *Sat.* XIII.

Pygmaeus parvus currit bellator in armis.

De Ibide avi Herod. *Euterpe*, Ariſt. Plinius, denique Philoſophi & Hiſtorici omnes. SCHOTT.

29. *Quos parvos admodum & veneni praeſentis*] Melius, *ſed veneni praeſentis.* PINTIAN.

30. *In magno examine volantes Aegyptum tendere*] Lego inverſo praepoſitionis loco, *magno examine volantes in Aegyptum tendere.* IDEM.

31. *Pug-*

agmine excipi [31] pugnaque confici traditum est: 80
de volucribus praecipuè referenda [32] Phoenix,
semper unica; non enim coitu concipitur, par-
tuve generatur: sed ubi quingentorum annorum
aevo perpetua duravit, super exaggeratam va-
riis odoribus struem sibi ipsa incubat, solvi- 85
tur-

31. *Pugnaque confici*] Aldus *pugnas*. Scribo *pugnantes*. Schott.

32. *Phoenix*] De hac avi quoque Plinius lib. x. cap. 2. Solinus cap. 36. & Aur. Victor noster in *Hist. Augusta*, & Corn. Tacitus v. *Annali* sub Claudio, anno V. C. octingentesimo Phoenicen visum refert. Quòd verò ex se ipsa renascatur, Resurrectionis, quam piè Christiani credimus, signum visum est Orthodoxis Ecclesiae Patribus: ut eandem semini & grano in terra putrefacto D. Paullus contendit 1. *Corinth.* cap. 15. Loca non pigebit indicare, si quis fortè requirat, ut aliis investigandi laborem taediumque adimam. D. Clemens *Constitut. Apostolic.* lib. v. cap. 8. Ambrosius lib. *de fide Resurrect.* Eusebius in *Vita Constantini*. Cyrillus *Catechesi* xviii. Greg. Nazianz. Lactantius & Claudianus in *Carmin.* Nos etiam pro ineuntis anni felici auspicio carmine olim lusimus ad Casp. Cardillum Villalpandeum Philosophum & Theologum insignem, Compluti artissima familiaritate conjunctum, in librum, quem *de Animae immortalitate*, pro Aristotele (quem Athei quidam, & impii, animam una cum corpore morte damnasse, falsò affirmant) conscripsit:

Qualis & Eois Phoenix quae visitur oris.
Unica semper avis: quà divitis ostia Nili
Foecundantis agros labuntur Solis, ad urbem,
Atque Arabum felix regio quà spirat odorem,
Exstruit haec nidum benecolentis termite amomi:
Agglomerat casiam, nardos, & tura Sabaea.
Quingentis plureis ubi viderit ordine messes
Phoebus; jam senii, & vitae pertaesa prioris
Certa mori, medium Solem contra adspicit, alas
Verberat, attritu scintillam excudit, & ignis
Emicat: hinc flammam pyra jam liquefacta recepit.
Aestuat ipse soli genius, Sol, aethera, & aër.
Fit rogus ipsa sibi, & condit de more sepulcrum.
Nec mora, cernere erit, dictu mirabile monstrum:
De cinere ipsa suo (sic fama) renascitur ales.
Jam melior, senio procul, aevique integra surgit,
Remigio alarum pernix vaga nubila tranat.
Gestit ovans cursu terras lustrare jacentes.
Talis quum posito revirescit tergore serpens
Exuvias linquens, annis dum effoeta senectus.
Non aliter quum mors animae seduxerit artus, &c.

Idem.

31. Pu-

turque : deinde [33] prutrefcentium membrorum tabe concrefcens, ipfa fe concipit, atque ex fe rurfus enafcitur : cùm adolevit, offa priftini corporis incluſa myrrha Aegyptum exportat, atque in urbe, quam Solis appellant, fragrantibus archio buſtis inferens, memorando funere confe-

33. *Putrefcentium membrorum tabe*] Legendum opinor *tabo*. Ex tabe enim nihil concrefcit, nec tabes eſt putrefcentium membrorum. Id verum. Et tamen refiſtit Voſſius, quia, ait, nusquam invenias ex putrefcentibus membris naſci tabum, paſſim verò invenias putridam tabem. Quid ergo eſt apud divinum vatem in fine tertii *Georg.*

—— *dilapſa cadavera tabo.*

nunc alibi,

—— *membra fluentia tabo.*

nunc,

—— *ſanie taboque fluenteis.*

& apud Silium

& —— manantia corpora tabo.

An dilapſa ac fluentia ac manantia notant quid aliud quàm putrefcentia? Quid aliud voluit Tacitus lib. II. *Hiſt.* 70. *Trunci artus, putres virorum equorumque formae, infeſta tabo humus?* Unde confirmatur ejus locus lib. III. *Hiſt.* 35. *noxia tabo humus.* Ita codices melioris notae, quibus aſſurgere debet recens ille Agricolae, unde producitur *tabe*. Sidonius Apollin. lib. VIII. *Epiſt.* II. *Terra tabo madefacta continuo.* Pergit Voſſius: [Nusquam quoque reperies ex tabo ſeu atro cruore naſci phoenicem, ſed vel ex ſanie alba vel ex cinere oſſium permixto medullis] An ſanies utique eſt alba, & tabum atrum? Cur igitur junxit Virgilius VIII. *Aeneid.*

Ora virûm triſti pendebant pallida tabo.

Cur junxit Lucanus lib. VI.

Stillantis tabi ſaniem.

hoc eſt, atrum ex ſententia Voſſii & album? An hinc venit ſanies alba? De phoenice quid ait Clemens? nempe σπερμάτης τῆς σαρκὸς, tum ἐκ τῆς ἰκμάδος τὸ τετελευτηκότος ζῶον. Cur junxerat Lucilius, *Latere penderes ſaxa ſpargens tabo, ſanie & ſanguine atro.* Nec ibi ſiſtit: ſed ait. [Nec dicit Mela phoenicem ex tabe concrefcere, ſed ſolvi tabe putrefcentium membrorum, &c. Si pravam Librarii tollas diſtinctionem, omnia clara erunt: *ſibi ipſa incubat, ſolviturque deinde putrefcentium membrorum tabe: concrefcens ipſa ſe concipit*, &c.] An credideras tale acumen hinc proditurum. Primò nuſpiam ſic Mela τὸ *deinde* in iſta ſerie ponit; ſemper à principio. Deinde unde concrefcit? Suppoſuit enim ultimam corruptionem & putrefactionem, ſuppoſuit quoque diſſolutionem. Immò concrefcit ex eo, in quod membra putrefacta abie-

fecrat. 34 Ipſum promontorium, quo id mare clauditur, à Ceraunîis ſaltibus invium eſt.

abierunt. Id voca prout libet. De eadem re agunt ad Taciti lib. II. *Annal.* cap. 69. GRONOV.

34. *Ipſum promontorium, quo id mare clauditur, à Ceraunîis ſaltibus invium eſt.*] Locus ex numero eorum, qui inſigniter in hoc Opere corrupti ſunt. Nam quid oro *Ceraunîis* Epiri montibus; aut Ceraunîis illis, quos dixit primo libro in Caſpium pelagus obverſos, cum mari Rubro? Reſtituitur autem, ni fallor, ſi legatur hoc modo: *Ipſum promontorium, quo id mare clauditur, Ceras Auſtri Aſiae ultimum eſt.* Par enim erat, cùm Aſiae terminum in mediterraneo Nilum ſtatuiſſet, idem in ora facere, ne diſtinctio disterminatioque duarum orbis, & quidem majorum partium remaneret imperfecta, caecaque. Quae res nonnullos movit ut nollent Aſiae & Africae terminum Nilum facere, ſed ſinum *Arabicum* & iſthmum *Peluſii*, ex quibus eſt celeberrimus Auctor Strabo primo ὑπογραφέων. Cujus verba quod attinet ad *Auſtri Ceras*, ut ipſe appellat, materiam ſuggeſſerunt huic meae caſtigationi. Ea ſunt ex lib. XVI. *Poſtea Elephas mons in mare expoſitus, & foſſa & Pſygmu portus ingens, & Cynocephalorum aquatio, & Notu Ceras ultimum hujus oraè promontorium. Cùm verò ad Meridiem deflexit, negat ſe ulterius portum aut aliorum locorum deſcriptionem habere, quòd incognita ſint.* Haec Strabo. Cujus Interpres promontorii nomen Latinè vertens *Auſtri cornu* reddidit; non rectè. Meminit ejus promontorii & Ptolemaeus, ultimum penè ilius orae & ipſe faciens: cujus etiam Interpres non feliciùs quàm ille Strabonis *Noti cornu* tranſtulit. Praeterea ultimum Aſiae promontorium eſſe *Notu* ſive *Auſtri Ceras* planum faciunt Pomponii verba, quae protinus ſequuntur; Nam proximos ipſi promontorio facit Aethiopas Meroën habitantes: Meroë autem Nili inſula eſt: Nilus Aſiae terminus eſt. Item mirandum non eſt, Melam praepoſtero ordine nominaſſe *Ceras Auſtri*, cùm Strabo, Ptolemaeus, Hanno, *Auſtri* ſive *Notu Ceras* nominent. Fecit hoc & in urbe Thraciae, quam ipſe *flumen Aegos* nominavit, cùm ceteri omnes *Aegos fluvios* appellent verſo dictionum ordine. Niſi fortè hoc etiam inter cetera depravatum eſt, & pro *Auſtri* ſive *Notu Ceras*, quod Mela ſcriptum reliquit, praepoſterè poſitis verbis *Ceras Auſtri* Librarii ſcripſerint. PINTIANUS.

CAP. IX.

AETHIOPIA.

[1] AETHIOPES ultrà ſedent, [2] Meroën [3] habent, terram quam Nilus [4] primo ambitu amplexus inſulam facit: [5] pars, quia vitae ſpatium dimidio ferè quàm nos longiùs agunt, Macrobii; pars, [6] quia ex Aegypto advenere, dicti Automoloe: pulchri forma, [7] aequi corporis, [8] parumque venerati opes, veluti optimarum alias virtutum. In illis mos eſt, cui potiſſi-

1. *Aethiopes ultrà ſedent. Moeroëni habent terram quam Nilus*, &c.] Scribendum reor: *Aethiopes ultra ſunt Meroën habitantes, quam Nilus.* Mam à *Meroë* gentile nomen *Meroites* fit, non *Moeroënus*, Stephano, & Straboni. PINTIAN.

2. *Meroëni habent*] Minori audacia ex *Meroëni*, *Meroën* mutavi. Vulgata lectio aliter proba eſt: immò eleganter *habere*, pro *habitare*: quo Mela, Salluſt. & quis non? uſus eſt. SCHOTT.

3. *Habent terram*] Dele *terram*, & *habent*, pro *habitant*, venuſtè. Alii tentant, *qui Meroën habent quam Nilus*, &c. Naevius in *Tarentilla* apud Fl. Cariſium lib. II. *Gramm. Ubi iſti duo adoleſcentes habent, qui hîc antè parta patria peregre prodigunt?* IDEM.

4. *Primo ambitu*] Nam alios facit Nilus in Tachempſo, Elephantide, & Delta. OLIVAR.

5. *Pars quia vitae ſpatium*] Perturbata haec omnia. Fortè leg. alio ordine verbis in ſuum, unde exciderunt, locum tralatis, ex Herodoto *Euterpe* & *Thalia*: *Pars quia ex Aegypto advenere dicti Automoloe*: *pars quia vitae ſpatium dimidio ferè quam nos longius agunt, Macrobii*: *pulcri forma, proceri corporis*, &c. SCHOTT.

6. *Quia ex Aegypto advenere dicti Automolae*] Scribo per *oe* diphthongon in fine *Automoloe* ex Herodoto, & Stephano. PINTIAN.

7. *Aequi corpori*] Fortè leg. *proceri corporis*: vel, *pulcri forma corporis, aequi.* Aequitatem enim juſtitiamque tribuit *Polyhiſtor* Solini cap. 33. Vel ſic, *pulcri forma, aequo corpore.* Erudítus Lector arbitrabitur. SCHOTT.

8. *Parumque veneratiores veluti optimarum alii virtutum*] Hunc etiam locum peſſimè à Librariis, Correctoribusve, aut utrisque habitum, ſi non reſtitui, ſaltem in meliorem ſtatum redigi poſſe cenſeo, ſic ſcriptum: *Eorumque veneratione mollitus Aethiopum aliorum victus.* Habeo hujus caſtigationis auctorem Herodotum in *Euterpe*, tradentem adventu horum Automolorum factos eſſe Aethiopas meliores, ac manſuetio-

res;

potisſimum pareant, 9 ſpecie ac viribus legere. 10 Apud hos plus auri quàm aeris eſt: ideo quod minus eſt, pretioſius cenſent. Aere exornantur, auro vincula fontium fabricant. Eſt locus apparatis epulis ſemper refertus; 11 & quia ut libet veſci volentibus licet, 12 ἡλίου τράπεζαν appellant; & quae paſſim appoſita ſunt, affirmant innaſci ſubinde divinitus. Eſt lacus, quo perfuſa corpora quaſi uncta pernitent: bibitur idem; adeò eſt liquidus, & ad ſuſtinenda quae incidunt, aut immittuntur, infirmus, 13 ut folia etiam proximis deciſa frondibus, non innatantia ferat, ſed peſſum & penitus accipiat. Sunt & ſaeviſſimae ferae omni colore varii Lycaones, & quales accepimus, Sphinges. Sunt 14 mirae aves cor-

res: imbutos moribus & diſciplinis Aegyptiorum. PINTIAN.

9. *Specie ac viribus legere*] Dignitas enim formae in viris ad parendum invitat Virgil. IX. *Aeneid.*

Gratior eſt pulcro veniens de corpore virtus.

Et Euripides; Πρῶτον μὲν εἶδος ἀξίας τυραννίδος, apud Porphyrium *de quinq. vocibus*, & Stobaeum *Serm. de Pulcritudine*. Archidamum regem quòd exiguam duxiſſet uxorem, à Lacedaemoniis multatem auctor Plutarch. περὶ παίδων ἀγωγῆς, & Athenaeus lib. XIII. Διπνοσοφιστῶν. SCHOTT.

10. *Apud hos plus auri quàm Perſis eſt*] Caſtigo: *Apud hos plus auri quàm aeris eſt*, ex Herodoto, & his quae protinus ſequuntur. PINTIAN.

11. *Et quia ut libet veſci volentibus licet*] Lego, *& quibuslibet veſci volentibus licet*. Nam inepta erat ratio, ob id vocari *menſam Solis* quod volentibus vesci liceret: non enim ea ratione ſic dicta eſt, ſed quia, ut protinus ſubdit, ea quae paſſim apponerentur, videri vellent naſci ſubinde divinitus: quod ab Herodoto, ut pleraque omnia, deſumtum. Proinde quod ſequitur, *Et quae paſſim appoſita ſunt*, rectius legeretur, *quod quae paſſim appoſita*. IDEM.

12. Ἡλίου τράπεζαν] Solis menſam. OLIVAR.

13. *Ut folia etiam proximis deciſa frondibus*] Legendum exiſtimo, *ut folia etiam proximis decidua montibus*: poſſet etiam legi *decuſſa*. PINTIAN.

Ut folia etiam] Si Herodotum expreſſit, ſcripſit Mela, *ut ligna etiam aut lignis deciſa non innatantia ferat, ſed peſſum*, &c. De *Sphingibus* Diod. Sicul. lib. IV. & Plin. VIII. cap. 21. SCHOTT.

16. *Mirae aves cornutae Tragopanes*] Valde jactata fuit in edi-

15 cornutae 16 Tragopanes, 17 & equinis auribus

tionibus vox ultima. *Tragapomenes* olim lectum. Hermolaus citat *Tragopomenes*. & vel hoc retinet, vel ex Plinio reponit *Tragopanades*, nulla addita causa. Pintianus *Tragopogones*, respiciens Ptolemaei gallinas barbatas, quas nunc ne somniavit quidem Mela. Turnebus, Schottus & Salmasius *Tragopanes*, & non modò his se comitem dare potuit Vossius, sed etiam conatur probare. Dicit *Tragopanes* dictos ut Αἰγίπανες, & Ἐμπάνες. Quid ergo? an haec quoque monstra ex avium genere sunt? Non sane, (nisi forsan Vossius viderit, aut illis quoque ut hircis cornutis addat alas) non magis quàm Tertullianei *Cynopanes*, quos ait fuisse canes cornutos, non volucres. Quid ergo contumeliosius, quàm impingere Melae vocabulum tale, quod ad sententiam eius plane accommodari non potest? Ut enim per *Cynopanes* non nisi cornuti canes, sic per *Tragopanes* non nisi cornuti hirci intelligi possunt, quales sunt omnes ejus generis, nec tanquam monstra annotari vel possunt vel merentur; etiam certè in eo vocabulo nihil de aliis exprimitur: & tam boni sunt tragopanes, quam *cynopeinae*, quas ita explodit ipse in alio, vel maximè explodendus. Ne quae ram, an *Tragopanes* & *Aegipanes* non potuerint conjungi ab Mela. In MS. legi *tragopomenes*, nec aliter in Mediolanensi vidit Frater. Ut habeas aves cornutas, lege ex tanta haesitatione *tragopaones*. At Vossius ait me affirmare sine haesitatione sic legendum esse: quod vides multum discedere ab eo quod scripsi; quo nihil aliud nisi offam petulco isti Cynico objeci, satis gnarus cum impetu involaturum. Sed etiam addit, rogitans, si hircis cornutis accedant alae, an non etiam fiant aves. Ita Victoriam, Cupidinem & Deos Gentilium, quibus alas frequenter addebant, Vossius censuit esse, aves? Quod si Vossio adderentur alae, quid tandem monstri fieret? Avis quidem sine dubio. *Tragopaones* agitat apud se, utrùm haberet pro Graeco an Graeco Latinum diceret? Quid si dixero Alexandrinum? quid si Maecedonicum? Utique nuper docebat me, res novas vocabulis novis & inusitatis efferri solitas. Immo ut scias, Lector, hac me pila irritare voluisse furorem μυκῶντος Vossii; ego planè censeo & censui alia omnia ab MS. significari: in quibus quum sit *Tragapomenes* apparet simile id compositum esse illis Τραγέλαφος, Τραγάκανθα, ubi vocalem, quae sequitur litteras τραγ. patet non esse appendicem harum litterarum, sed primam partem sequentium. Ita hoc vocabulum compositum statuo fuisse ex τραγ & ἀποινης, quodcunque avium (aves enim denotari debent his litteris, ut in composita voce appareant aves cornutae) genus sub illa corrupta voce lateat. Quam ad rem ut te adjuvem, nec quid suspicer celem, vide an ex vicinia litterarum non fuerit Τραγατδαγῆνες, *Tragattagenes*. Ἀτταγῆνα nullus non eorum, qui operam istam sumserunt, vel apud antiquos vel nostros Interpretes tibi explicabit. GRONOV.

15. *Cornutae Tragopomenes equinis auribus*] Scribendum aut hic *Tragopanades*, ex Plinio lib. x. ubi hanc ipsam describit avem, aut

bus Pegasi. [18] Ceterum oras ad eurum sequen- 25
tibus nihil memorabile occurrit. Vasta omnia, vastis praecisa montibus, ripae potiùs sunt quàm litora. Inde ingens & sine cultoribus tractus. [19] Dubium aliquandiu fuit, essetne ultrà Pelagus; [20] caperetne Terra circuitum, [21] an ex- 30
hausto

aut lectio Pliniana corrigenda, *Tragopomenes*. Verbum autem, *equinis auribus*, jungendum cum sequenti, hoc modo, *Et equinis auribus Pegasi*. Plinius, *Pegasi equino*, inquit, *capite volucres*. Barbarus.

16. *Tragopomenee*] Plinius in decimo *Tragoponades*: Solinus *Tragopae*. Fortè scribendum non *Tragopomenes*, sed *Tragopones*, hoc est, praeter cornua, hircinam etiam barbam habentes. Nam Ptolemaeus in India, *Hîc*, inquit, *ferunt esse gallinas barbatas*: & Plinius inter aquilarum genera, *barbatas* etiam enumerat. Pintian.

Tragopomenes, equinis auribus & Pegasi] Malè. Plinius enim lib. x. cap. 49. *Pegasos equino capite volucres, & gryphas aurita aduncitate rostri fabulosos reor: illos in Scythia, hos in Aethiopia*, Ubi adverte *hos* referre antecedens remotius, contra Gram. praecepta: sup. enim gryphos in Scythia collocat Pomponius lib. II. cap. I. *Tragopomenes* verò mihi de mendo suspecta vox, & *Tragopanes* levi commutatione tentabam: aliter atque Pintianus *Tragopogones*. Solinus *Tragopas* cap. 33. vocat, & ibid. Plinius *Tragopanadem*; minus, quàm Mela, corrupte uterque: unde fort. veram lectionem erit eruere. Cum enim *Pan* Deus cornutus sit, ut Antiquitas credidit; ab eo avi cornutae nomen tributum conjicere licet. Quare in Plinio *Tragopana* legit doctiss. Turnebus lib. VI. *Advers.* cap. 19. prono sanè errore ex bis repetita voce *de*; aut priori dictioni addita. Sic igitur legit: *Equidem & Tragopana, de qua* (vulg. *Trago panadem de qua*) *plures affirmant majorem aquila, cornua in temporibus curvata habentem ferruginei coloris, tantùm capite phoenicio*. Idem mox *rupes*, pro *ripae* reponit. Non sequor. Mela enim in Antithesi ludit. Schott.

17. *Et equinis auribus Pegasi*] Plinius, & Solinus, *equinis capitibus*. Pintian.

18. *Ceterùm oras ad eurum sequentibus*] Legendum videtur, *corum*, non *eurum*. Monstrat enim oram Africae porrectam ab oriente in occidentem. Fiat autem corus ab occasu solstitiali inter favonium & septentrionem, Graecè Ἀργέστης, Plinio in secundo, & Vitruvio in primo. Fefellit haec menda Plinii doryphoros Solinum, & Marcianum. Emendationi nostrae favent verba Plinii lib. VI. cap. 29. *A Moselite*, inquit, *promontorio Atlanticum mare incipere vult Juba, praeter Mauritanias suas Gadeis usque navigandum coro*. Idem.

19. *Dubium aliquando fuit*] Nunc tota illa regio est explorata. Olivar.

20. *Caperetne terra circuitum, an exhausta fructu sine fine Africa se extenderet*] Lego, *an exusta: aestu sine fine Africa se extenderet*: ut suprà de sinu Caspio: *idem ne Oceanus an tellus infesta frigoribus, sine ambitu ac sine fine projecta*,

hausto fluctu sine fine se Africa extenderet ? [22] verùm & si [23] Hanno Carthaginiensis exploratum missus à suis, cùm per Oceani ostium exisset, magnam partem ejus circumvectus, [24] non se mari [25] sed commeatu defecisse memoratu retulerat : & Eudoxus quidam avorum nostrorum temporibus , [26] cùm Lathurum regem Alexandriae profugeret, Arabico sinu egressus , per hoc pelagus (ut Nepos affirmat) Gades usque pervectus est ; ideo ejus orae notae sunt aliquâ. Sunt

&c. PINTIAN.

21. *An exhausta fructu*] Pint. *an exusta aestu* : Turnebus verò, *an inexhausto tractu:* quòd in vet. exempl. repperisset, *an inexhausta fructu.* Idem mox, *verum & Hanno legit*, non pro adverbio *verùm :* & τὸ *memoratum*, quod in vulgatis legitur, delet : pro quo Franc. Sanctius *commentario* reponebat ; fortè quòd Plinius lib. II. cap. 67. navigationem eam in litteras misisse Hannonem scribat. Ego à vulgata lect. ne latum quidem unguem discedendum censeo : nec enim abhorret ab hoc dicendi genere Mela, pro *memorandum*, vel *memoria dignum :* quod quivis in ejus lectione non admodum hospes facile, vel me tacente, jam observavit. Plinii verba quia hinc tralata ob oculos ponam, ut conferri inter se queant : *Anno Karthaginis potentia florente, circumvectus à Gadibus ad finem Arabiae, navigationem eam prodidit scripto : sicut ad extra noscenda missus eodem tempore Himilco. Praeterea Nepos Corn. auctor est Eudoxum quendam sua aetate, cùm Lathyrum Regem fugeret, Arabico sinu egressum, Gades usque pervectum : multoque ante eum Caelius Antipater, vidisse se qui navigasset ex Hispania in Aethiopiam commercii gratia.* Haec ille. Vide suprà cap. 5. extremo. SCHOTT.

22. *Verum etsi Hanno Carthaginensis*] Particula *si* redundat : & *Anno* sine adspiratione cum duobus *n* scribunt Graeci. PINTIAN.

23. *Hanno exploratum missus*] Qui hìc *commentario*, pro *memoratum* reponunt, Plinii se auctoritate tueri possunt lib. V. cap. I. *Fuere & Hannonis Carthaginensis ducis Commentarii, Punicis rebus florentissimis explorare Africae ambitum jussi : quem secuti plerique è Graecis nostrisque ad alia quaedam fabulosa, & urbes multas ab eo conditas ibi prodidere, quarum nec memoria ulla nec vestigium exstat.* SCHOTT.

24. *Non se mari*] Malo, *non se mare, sed commeatum defecisse retulerat.* Sup. paullo *etsi* expungo. IDEM.

25. *Sed commeatu defecisse memoratum retulerat*] Verbum *memoratum*, ociosum mihi videtur : vel lege si placet, *memoratur retulisse.* Ipse Auctor paulò pòst, *Hoc Hanno retulit.* PINTIAN.

26. *Cùm Jachanum regem Alexandriae*] Scribo *Lathurum*, sive *Lathyrum*, ex Plinio, Strabone, ceteris, qui de hoc ipso *Eudoxo* & rege tradunt haec. BARBARUS.

27. *Alii*

Sunt autem trans ea, quae modò deserta diximus, muti populi, & quibus pro eloquio nutus est; alii sine sono linguae; alii sine linguis; [27] alii labris etiam cohaerentibus, nisi quòd [28] sub naribus etiam fistula est, [29] per quam bibere avenis, &, cùm incesit libido vescendi, grana singula frugum passim nascentium absorbere dicuntur. Sunt quibus ante adventum Eudoxi [30] adeò ignotus ignis fuit, adeóque visus mirum in modum placuit, ut amplecti etiam flammas, & ardentia sinu abdere, donec noceret, maximè libuerit. Super eos grandis litoris flexus grandem Insulam includit, in qua tantùm feminas esse narrant, toto corpore hirsutas, & sine coitu marium sua sponte fecundas; adeò asperis efferisque moribus, [31] ut quaedam contineri ne reluctentur vix vinculis possint. Hoc Hanno retulit, & quia detracta occisis coria pertulerat, fides habita est. Ultra hunc sinum mons altus [32] (ut Graeci vocant) [33] Θεῶν ὄχημα perpetuis

27. *Alii labris etiam cohaerentibus, nisi quòd sub naribus etiam fistula est*] Dictionum ordinem vitiatum esse puto, scribendumque: *Alii labiis etiam cohaerentibus, naribus etiam, nisi quòd sub est fistula*, ex Plinio, & Solino. PINTIAN.

28. *Sub naribus etiam fistula*] *Eis* malim quàm *etiam*. Et mox *per quam bibere avenis, & cùm incessit libido.* SCHOTT.

29. *Per quam bibere avent, sed cùm incessit libido vescendi, grana singula frugum passim nascentium absorbere dicuntur.*] Locus est mutilatus; Lego, *per quam bibere avenae calamis, & cùm incessit libido vescendi grana singula frugis ejus passim nascentis absorbere dicuntur*, ut *bibere* sit modi infiniti, ex Plinio, & Solino. PINTIAN.

30. *Adeò ignotus ignis*] Gemina de Satyro & Prometheo narrat Plutarchus lib. *de Utilitate ex inimicis capienda.* SCHOTT.

31. *Ut quaedam contineri ne reluctentur vix vinculis possint*] Cur quaedam poterant, quaedam non poterant, si omnes erant asperis efferisque moribus, ut paulo antè dixit? Rectior ergo lectio, *ut captae contineri*, &c. PINTIAN.

32. *Ut Graeci vocant Theon*] Addi potest, *Ochema*, ut legas, *Theon Ochema*, hoc est, deorum vehiculum, ex Plinio, Strabone, ceteris, id est, Θεῶν ὄχημα. BARBARUS.

33. Θεῶν ὄχημα] Deorum vehiculum. OLIVAR.

34. *Lon-*

COMISION ... GRANADA ... BIBLIOTECA

tuis ignibus flagrat. Ultra montem viret Collis 34 longo tractu longis litoribus obductus, unde visuntur patentes magis campi, quàm ut perspici possint, Panum Satyrorumque. 35 Hinc opi-
65 nio causae fidem cepit, quòd cùm in his nihil culti sit, nullae habitantium sedes, nulla vestigia, solitudo in diem vasta, & silentium vastius, nocte crebri ignes micant, & veluti castra latè jacentia ostenduntur, crepant cymbala &
70 tympana, audiunturque tibiae sonantes majus humanis. Tunc rursus Aethiopes, nec jam ditès ut hi, quos diximus, nec ita corporibus similes, sed minores incultique sunt, 36 & nomine Ἑσπερίων. 37 In horum finibus 38 fons est, quem
75 Nili esse aliquâ credibile est. 39 Nuchul ab incolis dicitur: & videri potest non alio nomine appel-

34. *Longo tractu longis litoribus*] Emendatius, ut puto, *longo tractu longi litoris*. PINTIAN.

35. *Hinc opinio ea fidem cepit*] Permutato ordine melius, *Opinio ea hinc fidem cepit*. Idem.

36. *Et nomine Hesperio*] Scribo *Hesperii*. Nihil *Hesperiis Aethiopibus* apud cunctos Geographos notius. IDEM.

37. *In horum finibus fons est*] Ut in fine Aethiopum Occidentalium. OLIVAR.

38. *Fons*] Nunc *Nigra*, palus & fluvius inde procedens, *Niger* fluvius à Lusitanis dictus: hunc eundem fontem nos in Charta nostra Africani Nili fontem fecimus, sequuti non modò Melam, sed eos, qui nostro seculo regionem illam viderunt. Lusitani primi ex nostris, per fluvium Asenagam & fluvium Gambre vecti, illuc venerunt, & cùm scisciterentur ex eis, qui ad mercatum *Hodeni* venirent, de progressu fluvii, responderunt Arabes, hunc eundem Nilum esse. IDEM.

39. *Nuchul ab incolis dicitur*] Hermolaus in *Plinianis Castigationibus* lib. v. *Nuluch* in Pomponio legit, non *Nuchul*. PINTIAN.

Nuluch ab incolis] *Nigrin* videtur Plin. appellare lib. v. cap. 9. & lib. VIII. cap. 21. ubi de *Catoblepis*. In Aethico, à quo Paullus Orosius lib. I. omnia est mutuatus, *Nuchul* scribitur, transpositis litteris. Vulgatam lect. libenter sequor, cum alii Scriptores auctoritatis pondere nutare non cogunt. Minus etiam à Nili nomine corruptum *Nuluch* à Barbaris, quàm *Nuchul*: sed haec arbitrarii juris sunto: non enim ex his pendent fortunae Graeciae, ut ille ait. *Melo* verò vett. Latinis dicebatur: auctor Festus & Servius in I. *Aen.* ut *Atlas*, etiam *Telamo*. *Melas* Eustathio, & Plutarcho *de fluminibus*. Hinc Sta-

tio

appellari, sed à barbaro ore corruptus. 40 Alit papyrum & minora quidem, ejusdem tamen generis animalia. 41 Aliis amnibus in Oceanum vergentibus, solus in mediam regionem & ad 80
orientem abit: & quonam exeat, incertum est. Inde colligitur, Nilum hoc fonte conceptum, actum-

tio Papinio, & Ovidio *binominis fluvius* dicitur; ni fortè propter *Affluſapen*, & *Aſtaboram:* de qua ad lib. I. cap. 9. dicere memini. SCHOTT.

40. *Alit & flumen & minora quidem ejusmodi tamen generis animalia*] Aldus & brevius & minus corruptè, *Alter purum & minora*, &c. Scribendum reor, *Aluntur minora quidem*, &c. PINTIAN. Lego, *alit & fl. minora.* Vel, *aluntur plura & minora quidem.* Aliter paullò Freden. Pintianus. SCHOTT.

Alit & flumen] Immenſum temere adminiſtratus locus, ſi quis Vadianum aut Pintianaea inſpexerit. Summa tamen eſt in MSS. plerisque legi *aliter pyrum*, vel *aliter pyrhum*, quorum hoc exſtare in Chiſiano ſcimus, quum Juntina exhiberet *purum.* Henr. Stephanus tamen teſtari potuit pro voce illa *flumen* ſe legiſſe in vet. *papyrum.* Itaque Vosſius quoque ex citatis modò lectionibus ſcriptis ait legendum videri *alit papyrum:* ſed tamen discedit ad rariſſimam vocem obtendens ſanè optimos & antiquiſſimos codices. Quid dicemus? Quare autem ex *aliter pyrum* videtur legendum *alit papyrum?* an *papyrus* vox fuit ignota Librariis, ut eam corruperint? an facilis eſt corruptela *ήν er* in *pa?* Mihi id nequaquam videtur; & poſthac ſpero aliis quoque. Certè enim adhuc firmi ſumus, ex ſcriptura, quae in tot ſcriptis codicibus inventa eſt, corrigendum eſſe, *alit & ſcirpum.* Hae litterae prorſus illuc dirigunt, tantùm transpoſitae, ut in hoc ſcripto ſaepius accidit. Adeantur modo, quae eximii Viri, Druſius & Grotius collegerunt ad *Geneſeos* cap. XLI. 2. & *hiſtoriam Jobi* cap. VIII. 11. in quorum ſauſta citatione finimus. Ut pateat nihil ab Vosſio in hac *Appendice* actum eſſe, niſi ut oſtenderet ſe à capite ad calcem φλυαζειν, vel maximè hac notula docemur. Illic enim ei vocatur *hic Mauritanias fons.* An Mela agit de fonte Mauritaniae? Planè ſic agunt mente commoti. Utique quum *ſcirpum* reſtitui, ſubintellexi quoque ejusdem generis, & qualis circa Nilum oriebatur, non circa alios fluvios & quidem Europae. Quid dixiſſet ad haec verba Plinii lib. VII. *Hiſt. Nat.* 56. ſcribentis naves eſſe *in Nilo ex papyro & ſcirpo & arundine.* An hic aliunde illuc fuit invectus? Sed ita ſolebat Vosſius quaerere σκινδαλάμους καὶ ἀκάνθας καὶ λαζὰς τῇ συκοφαντίᾳ. Nunc vero quum deſierit μωραίνειν, etiam nos illi commeatum hinc damus, gratiam facientes maledicae clauſulae, qua fruantur Vosſiocolaces. GRONOV.

41. *Aliis omnibus in Oceanum vergentibus*] Videtur deeſſe conjunctio, *que*, legendumque cum majore littera, *Aliisque omnibus in Oceanum vergentibus.* Poteſt etiam legi *amnibus*, non *omnibus:* ſicque habent Aldi exemplaria. Vitruvii verba lib. VIII. quo-

42 actumque aliquandiu per invia, & ideo ignotum, 43 iterum se, ubi 44 ad Eoa posit, ostendere: ceterùm spatio, quo absconditur, effici, ut hic aliò cedere, ille aliunde videatur exsurgere. Catoblepas, non grandis fera, 45 verùm grande & praegrave caput aegrè sustinens, atque ob id in terram plurimùm ore conversa, apud nos gignitur: ob vim singularem magis etiam referenda, quòd cùm impetu morsuque nihil unquam saeviat, oculos ejus vidisse mortiferum. 46 Contra eosdem sunt insulae 47 Gorgades, domus (ut ajunt) aliquando Gorgonum. Ipsae terrae

niam mirè eum his Pomponii congruunt, subjeci: *Ex Mauritania autem caput Nili fluere ex eo maximè cognoscitur, quod ex altera parte montis Atlantis sunt alia capita item profluentia ad occidentis Oceanum: ibique nascuntur ichneumones, crocodili, & aliae similes bestiarum, piscium que naturae, praeter Hippopotamos.* Et paulo antè: *Deinde ex lacu Heptabolo sub montes desertos subterfluens per meridiana loca manat & influit in paludem quae appellatur Coloë.* PINTIAN.

42. *Actum aliquandiu per invia*] A Garamantibus usque ad montes Lunae. OLIVAR.

43. *Iterum se ubi ad eos processerit*] Aldus: *iterum se ubi ad ea posit*, fortè, *iterum se ubi adiri posit.* Quid Pintianus reponat in promtu est. Fortè *ad Eoam cesserit*, vel *ad Auroram cesserit*: nam hoc verbo pòst paullò utitur. SCHOTT.

44. *Ubi ad eoa*] Id est, ad montes Lunae versus orientem. OLIVAR.

45. *Verum grave & pergrande caput*] Lego, *verùm praegrave caput:* reliqua supersluunt ex Plinio, & Solino. PINTIAN.

46. *Contra eosdem sunt insulae Gorgones*] Mariangelus *Gorgades* magis probat, cui ut subscribam sunt causae, quod in Plinio scripto totiens citato *Gorgades* legitur, & in Pomponio antè Correctores, *Dorcades* scriptum erat verò propius. Marcianus *Gorgones* nominat, sed error est, ut puto, Librarii, non Auctoris. IDEM.

47. *Dorcades domus, ut ajunt, aliquando Gorgonum*] Plinius lib. VI. *Gorgones*, inquit, *insulas narrantur, Gorgonum quondam domus.* BARBARUS.

48. *Cui Hesperu ceras nomen est*] Scribendum videtur, *cui Hesperion ceras nomen est*, ex Plinio, Solino, Marciano, Philostrato in *Vita Apollonii. Sunt*, inquit Marcianus, *Gorgones insulae adversae promontorio quod vocatur Hesperion ceras.* Ptolemaeus *Hesperiu ceras* appellat, ut subintelligatur *finus* nam *Hesperius finus* est etiam Ptolemaeo. Ceterùm in Pomponio nihil mutandum censeo, quia Plinius in quinto, promontorium hoc *Hesperu* etiam nominat, etsi in Plinianis exemplaribus tam scriptis, quàm impressis *Hesperum* falsò legatur, & Hanno in *Periplo*, magnum sinum

Hes-

terrae promontorio, [48] cui [49] Ἑσπέρᾳ Κέρας nomen est, finiuntur.

Hesperu ceras vocat, sicuti & alterum *Notu ceras*, cujus Ptolemaeus, ut super. cap. dixi, meminit. PINTIAN.

49. Ἑσπέρᾳ κέρας] Id est, Hesperi cornu. OLIVAR.

CAP. X.

ATLANTICUM MARE AC HUIC ADSITA AETHIOPIAE AC MAURITANIAE PARS.

[1] INDE incipit [2] frons illa, quae in occidentem vergens mari Atlantico alluitur. Prima ejus [3] Aethiopes tenent, media nulli; nam aut exusta sunt, arenis obducta, aut infesta serpentibus. Exustis insulae appositae sunt, quas [5] Hesperidas tenuisse memoratur. [4] In arenis [5] mons est Atlas, [6] densè consurgens, verùm incisis undique rupibus praeceps, invius, &, quò

1. *Inde*] Id est, à capite quod *Verde* Lusitani vocant. OLIVAR.

2. *Frons*] Africae usque ad Ampelusiam, id est, Caput Canteri. IDEM.

3. *Aethiopes*] Pars regni Nigritarum. IDEM.

4. *In arenis mons est*] Atlantem intelligit, dictum vulgo *Majuste*. IDEM.

In arenis mons est satis. &c.] Scribendum puto, *in arenis mons est Atlas*. Nam omni ratione caret, Melam, cùm aliis montibus non ita celebribus nomina reddiderit, innominatum reliquisse montem totius Occidentis clarissimum, fabulis memorandum, quique Oceano occidentali nomen dederit, denique ab omnibus decantatissimum. De Atlante autem loqui hîc Melam evidentius est, quàm ut monstrari egeat. PINTIAN.

5. *Mons Atlas*] Leg. Augustinus lib. XVIII. *de Civitate Dei*, cap. 8. & Vitruvius lib. VI. cap. 10. SCHOTT.

6. *De se consurgens*] Scribo, *dense consurgens*, sicque habent Aldi exemplaria. Confirmat hanc lectionem Herodotus, qui Atlantem densum esse presumque, hoc est, succinctum & minimè in lacinias, ramentave diffusum scribit. PINTIAN.

Satis

quò magis surgit, exilior: qui quòd altiùs quàm
10 conspici potest, usque in nubila erigitur, caelum & sidera non tangere modò vertice, sed sustinere quoque dictus est. Contrà [7] Fortunatae insulae abundant sua sponte genitis, & subinde aliis super aliis innascentibus nihil sollicitos alunt,
15 beatiùs [8] quàm aliae urbes excultae: una singulari duorum fontium ingenio maximè insignis: alterum qui gustavere risu solvuntur in mortem; ita affectis remedium est ex altero bibere. Ab eo tractu, quem ferae infestant, proximi sunt
20 [9] Himantopodes inflexi lentis cruribus, quos serpere potiùs quàm ingredi referunt: deinde



10 Pharusii, aliquando tendente ad Hesperidas Hercule

Satis de se] Fort. *spatiose*. Pintianus, *satis dense*. Non improbo. SCHOTT.

7. *Fortunatae*] Nunc dictae *Canariae*. OLIVAR.

Fortunatae insulae] Straboni lib. III. ex Hom in Mauritaniae finibus; & Gadibus oppositae. SCHOTT.

8. *Quum aliae*] Rectius *alios*. Et mox, *inflexis lenti cruribus*, libentius legerim, si per S. P. Q. litterarum liceat. IDEM.

9. *Synaptodes inflexi lentis cruribus*] Scribendum *Himantopodes*, ex Plinio, Solino, ceteris, qui eos à *loro* vocant *Loripedes*, id enim ἱμὰς significat: ob id adjecit Pomponius, *lentis cruribus*, quasi loreis diceret: nam & genus avium ex eodem argumento ita nominatur Plinio. BARBARUS.

Himantopodes] Quasi loripedes. De his Plin. lib. V. cap. 8. SCHOTTUS.

10. *Pharusii*] Nunc *Asenagi*. OLI-

Hercule [11] dites; nunc inculti, & nisi quòd pecore aluntur, admodum inopes. [12] Hinc jam laetiores agri amoenique saltus ebeno, terebintho & ebore abundant. [13] Nigritarum Gaetulorumque passim vagantium ne litora quidem infecunda sunt, purpura & murice efficacissimis ad tingendum; [14] & ubique quae tinxere clarissima. Reliqua est ora [15] Mauritaniae exterior, & in finem

OLIVAR.

11. *Dites, nunc inculti*] Fuit cùm *comites* leg. pro *dites* putarem, & ex compendiis litterarum natum mendum: quod Plinius v. cap. 7. Solinus cap. 34. & Marcianus Capella Pharusios Herculis ad Hesperidas tendentis comites faciant. Atqui itineris taedio si hîc in Libya resederunt, quomodo subito dites? Nisi fortè Mela alios Auctores secutus est: quare nihil immuto: mox enim *inopes* opponit. Pòst paullò *terebintho arbore* germana lectio, quod quivis non praefractus facile dabit: reliquae enim voces nihili. SCHOTT.

12. *Hinc jam laetiores agri amoenique saltus. Terotae & Berini ebore abundant*] Turpis etiam haec est, & impudens verborum depravatio. Nemo enim è toto Geographorum Historicorumve coetu Auctorem dabit, qui referat non modò populos *Terotas & Berinos*, sed ne tenuem quidem illorum similitudinem aut vestigium aliquod. Quapropter sic corrigendum censeo: *Hinc jam laetiores amoenique saltus Terebintho arbore abundant.* Nam praeter Syriam & alia loca, in quibus nascitur *Terebinthus* arbor, nasci etiam in Africa Dioscorides auctor est lib. 1. Item amoenam esse arborem, nec frondiperdam idem Dioscorides prodit. Plinius quoque inter arbores enumerat quae montes amant, quibusque folia nunquam decidant: quae qualitas praecipua est amoenitatis arborum causa. PINTIAN.

13. *Nigritarum*] Lata est regio Nigritarum à fluvio Asenaga usque ad Aequinoctialem, totum illum tractum possident: ab occidente, terminantur ostio Asenagae fluvii; à meridie, parte Oceani, quae est inter ostium Asenagae usque ad Caput Sancti Joannis; ab oriente, tractu fluvii Nigri, à Garamantibus usque ad Aequinoctialem; à septentrione, ejusdem fluvii tractu: à Nigra palude usque ad vallem Garamanticam, ut ex nostra Charta Africana facilè cuivis manifestum erit. Haec regio nunc divisa est in regnum Mellis, & regnum Guineae: pars fertilis, ea videlicet, quae est à fluvio Asenaga usque ad Caput Manti: sed ab hoc Capite usque ad Caput Sancti Joannis arida & sterilis. OLIVAR.

14. *Et ubique quae tinxere clarissima*] Haec verba puto falsò esse adjecta: tum quod non videantur necessaria, quia statim antè dixit, *efficacissimis ad tingendum*; tum etiam quod Plinius lib. IX. cap. 36. ubi Getulicae purpurae meminit, non tribuit ei hanc palmam. PINTIAN.

Et ubique quae tinxere] Fortè, *ubi quaeque tetigere clarissima*, absque conjunctione, &c. SCHOTT.

15. *Mauritaniae*] Exterioris, quae olim dicta est Tingitana, nunc divisa in provinciam Tanger regnum Fez, & provinciam Marrucecos

finem sui fastigantis se Africae novissimus angulus; iisdem opibus, sed minùs dives. Ceterùm solo etiam ditior [16] & adeo [17] fertilis est, ut frugum genera non cùm serantur modò benignissimè procreet, [18] sed quaedam [19] profundat etiam non sata. Hîc Antaeus regnasse dicitur, [20] & [21] (signum quod fabulae clarum prorsus) ostenditur collis modicus resupini hominis imagine jacentis, illius, ut incolae ferunt, tumulus: [22] unde ubi aliqua pars eruta est, solent imbres spargi, [23] &, donec effossa repleantur, eveniunt. Hominum pars silvas frequentant, minùs, quàm quos modò diximus, vagi: pars in urbibus agunt; quarum, ut inter parvas, opulentissimae habentur, [24] procul à mari Gilda, Volu-

ruecos: quanquam sunt qui addant provinciam Asaphi, ubi est Asamor. OLIVAR.

16. *Et adeo fertilis etiam*] Verbum *etiam* redundat, praecessit enim mox antè, *ceterùm solo etiam ditior*. PINTIAN.

17. *Fertilis etiam*] Lego commutato ordine, *adeo fertilis, ut frugum etiam genera*, &c. Mox, *profundat ex se nata*, malim: sup. enim *sua sponte genita* vocat. SCHOTT.

18. *Sed quaedam profundat etiam nata*] Scribo, *sed quaedam profundat sponte nata*: ut non multò antè: *Contrà Fortunatae insulae abundant sponte sua genitis*. PINTIAN.

19. *Profundat sponte nata*] Dehis, ni fallor, Sallustius lib. v. *Histor.* quantum ex reliquis fragmentis tanquam naufragii tabulis ab amicisf. Lud. Carrione J. C. collectis intelligere licet, cirante: *Cujus duas insulas propinquas inter se*, &c. x. *stadium procul à Gadibus sitas, constabat suopte ingenio alimenta mortalibus gignere*. Vide sup. cap. 6. de insulis, quae juxta *Cassiteridas*. SCHOTT.

20. *Et signum quod fabulae clarum prorsus ostenditur*] Aut verbum *quod* superfluum est, aut legendum *quoddam*. PINTIAN.

21. *Signum quod fabulae*] Provocabulum *quod* abundat: aut *quondam* scriptum Mela reliquit. SCHOTT.

22. *Unde ubi aliqua*] Portenti simile. Legendus Strabo lib. ult. *Geographiae*, Plutarch. in *Sertorio*, & Jo. Goropius Becanus, vir doctisf. lib. 11. *Originum Antuerpiensium*, de Gigantomachia: quod opus, licet aemulos aliquot repererit, plures tamen admiratores habet, qui utilissimum praedicant. IDEM.

23. *Et donec effossa repleantur eveniunt*] Melius *deveniunt*, ut de Imera Siciliae fluvio: *alio ore in Libycum, alio in Thuscum devenit*. PINTIAN.

24. *Procul à mari*] Constat nunc Babam, hoc est, Fez, esse mediterraneam & opulentissimam. Haec & alia, quorum meminit Pom-

Volubilis, Prisciana: propius autem Sala 25 & 26 Lixo flumini Lynxo proxima. Ultrà est 27 colonia & fluvius Zilia, & unde initium fecimus,

Pomponius, in Charta nostra Africana aperta sunt; ad quam mittimus Geographiae studiosum. Olivar.

Procul à mari Gildano, Dulbritania] Scribendum fortasse *Silda, Volubilis, Prisciana.* ex Ptolemaeo & Plinio. Pintian.

25. *Et Lyxo flumini Lunxo proxima*] *Lynxo* civitas in recto & cum *y* in prima nominatur Artemidoro, referente Stephano; *Lynx* ipsi Stephano est etiam cum *y*, à Barbaris Strabone auctore appellata *Tinga.* Artemidoro, eodem teste, *Linga* dicitur. Eratostheni *Lexon* cum *e* longo, modò Strabonis exemplar non sit vitiosum. Plinio *Lixos* nominatur & urbs, & fluvius tam scriptae, quàm impressae lectionis. Romana etiam exemplaria non aliter legunt. A Ptolemaeo *Lix* appellatur fluvius, civitas autem *Lixa.* Idem.

26. *Lixio flumini Juno proxima*] Scribendum, *Lyxo flumini Junxo proxima*, id est, Λύξῳ. ut lib. v. Plinii docui. Barbarus.

27. *Colonia & fluvius Gna*] Legendum, *Colonia & fluvius Zilia*, evidentissimè ex Plinio lib. v. Ptolemaeo quarto, & Strabone ultimo. Plinius *Zili* vocat, Strabo *Zeline* longo, Ptolemaeus *Ziliam.* Plinii vetus exemplar *Zulil* habet; Romana impressio *Zubil.* Habetur tamen fluvius *Agna*, sed procul ab hoc tractu à Ptolemaeo redditus, & à Castigatoribus tum corruptus, tum imprudenter huc tralatus. Ceterùm antequam finis opusculo imponeretur; admonere Lectorem libuit, in eo quod lib. 11, in *Italia* dixi pro *Fanestris colonia* legi posse, *Fanum Fortunae* ex Strabone, Ptolemaeo, Plinio, sic eam nominantibus: magisque ex Analogia fieri à *fano Fanensis* quàm *Fanestris*, addubitare me nunc an prior lectio mutanda sit. Tum quod eodem jure quo à *campus campestris* & multa hujusmodi, eodem & à *fano* deduci possit *fanestris*, & *fanensis*, magis esse gentile nomen, quàm possessivum videatur. Tum etiam quod Plinius in tertio *Fanum* coloniam esse tradat, & *coloniae Juliae Fanestris* mentio habeatur à Vitruvio lib. v. Itaque rem in medium relinquo. Haec sunt, humanissime Lector, quae mihi homini duplici professione, & aliis occupationibus, tum publicis, tum domesticis distento, digna visa sunt, quae in Pomponium, ejusdem mecum nationis Scriptorem, annotarem. Non tantum mihi assumo, ut putem Auctorem, praeter ceteros, qui ad tempora nostra descenderunt, miserabiliter depravatum, pristino statui repositisse: Nec enim opus undique absolutum, & ut dici solet, sartum tectum promitto. Erunt procul dubio non pauca, quae nos subterfugerint: ea viri doctrinis excellentes, quorum, ubi studia liberalium disciplinarum sunt in honore, magnus est hac tempestate proventus, in lucem eruent. Ego in postremo terrarum orbe propè dixerim relegatus, omnibus litterarum praesidiis destitutus, ocio ad scribendum, copia emendatorum codicum, consuetudinè vel mediocriter doctorum. spe omni aut emolumenti aut honoris, aut obscurae saltem grati animi significationis; multis insuper solicitudinibus & anxietatibus vexatus, quae mihi ab invidis, ingratis, perfidis,

mus, [28] Ampelusia in Nostrum jam fretum ver-
50 gens promontorium, Operis hujus atque Atlantici litoris terminus.

dis. & sceleratissimis hominibus conflatae sunt; quod tamen inter tot difficultates mediocri diligentia, ingenio, lectione, consequi potui. ad communem studiosorum utilitatem in medium protuli. Idque quàm paucissimis verbis fieri potuit. Ne (quod plerique omnes Auctorum expositores libenter factitare solent) ego quoque in Pomponium (brevissimum alioqui Scriptorem) longas conderem Iliadas. Jam vero genus orationis ad haec musitanda placuit neglectum, humile, ac planè rusticanum, ad vulgarem, popularemque sensum accommodatum ficos, ficos, & scapham, ut Comicus ait, scapham vocans: Vel pro materia, *Ornari* enim *res ipsa negat, contenta doceri*; vel quòd non ut gloriam aliquam aucuparer, susceptus est à me hic labor; sed eo duntaxat animo, ut quod patriae, pietati officium deberem, quoquo possem modo dissolverem. Quamobrem si quam mihi laudem ex emissis operibus comparari posse sperem, aliunde quaesita si contigerit, non erit ingrata: ex praesenti Commentariolo nullam mihi depoſco,

Sed veniam pro laude peto, laudatus abundè,
Non fastiditus si tibi, Lector, ero.

PINTIAN.

28. *Ampelusia in nostrum jam fretum vergens promontorium, Operis hujus atque Atlantici litoris terminus.*] Convenientior, & Auctoris elegantiae & Operis calci lectio, permutatis ultimis verbis; *Atlantici litoris, atque Operis hujus terminus.* IDEM.

JOAN-

JOANNIS OLIVARII

DEFINITIONES ALIQUOT GEOGRAPHICAE.

URBS & OPPIDUM aedificia continent; } ex Nonio Marcello.
CIVITAS verò cives; }
FLUVIUS, quòd fluat. }

AMNIS, quòd ambiendo fluat; ex Varrone.

FRETUM, angustum est mare inter duas terras.

ISTHMOS, arcta terra inter duo maria.

PROMONTORIUM, à prominendo, pars montis, quae mari prominet.

CHERSONESUS lingua communi, & CHERRONESUS lingua Laconica, terra est ferè insula: Latini vocant PENINSULAM.

INSULA, est terra aquis circumdata.

CONTINENS, terra est alteri ita continua, ut inde absque marina navigatione omnes tres partes terrae peragrare possimus.

SINUS, metaphoricῶς dicitur à sinu corporis, quae pars est inter pectus & complexum brachiorum: hinc quia litora curva complectuntur maria, vocantur sinus.

LACUS est, qui perpetuam habet aquam;

STAGNUM, quod temporariam, hoc est, hyeme collectam ex pluvia.

PALUS, est aqua nimis profunda, & latissimè diffusa.

REGIO, provincia dicitur; quae quoniam à Regibus regebatur, dicta est regio.

MONS, pars terrae alta & prominens.

RAMENTUM MONTIS, mons est ex alio ortus monte.

PORTUS, à portando, locus juxta mare conclusus, quò importantur merces & exportantur; ubi naves tutò hyemare possunt: & hoc differt ab STATIONE, in qua ad tempus solùm breve.

APERTUM MARE, vulgò *Playa* dicitur, quòd nullum habeat secessum tutum à tempestate.

PONS, in portu *Molle* dicitur.

VICUS, pars est urbis, sive, quae aliquando fuit pars urbis.

VILLA, domus est rusticana.

PAGUS, plures domus rusticanae conjunctae, non clausae moenibus.

CASTELLUM, domus rusticanae clausae moenibus.

GEO-

GEOGRAPHICA

ET

HISTORICA

HERODOTI,

QUAE LATINÈ MELA *EXSCRIPSIT,*

παραλλήλως concinnata

AB

ANDREA SCHOTTO,

Antverpiano,

Graecarum litterarum in Academia
Toletana doctore.

CL. V.

JACOBO SCHOTTO

FRANC. F.

PATRICIO ANTVERPIANO

D. DE BOUTERSEM ET R. P. ANTVERP. AB ELEEMOSYNIS,

FRATRI SUO CARISS.

AND. SCHOTTUS

LIB. MER. DD.

RECTE *M. Porcius Cato, in Originibus, non minus otii, quàm negotii dandam esse rationem censuit: & Scipionem illum, qui primus Africanus est appellatus, dicere solitum accepimus, numquam se minus otiosum, solumque esse, quàm cùm solus esse videretur. Ea est enim ingenii vis, ea agitatio, in hominibus* μερμέροις, *& eruditis, nullum ut sine fruge tempus transigant, quin vel secum ipsi commententur, vel cum libris litteratisque hominibus colloquantur. Nec dubito, mi frater, quin plurimi, quòd tamquam ad mercatum bonarum artium profectus sim, hanc studiorum meorum peregrinationem; more institutoque majorum inchoatam, otium interpretentur. Ego verò vel* ἀσχολίην, *vel* λέσχην *dici facilè patior, dum hinc prudentiam ad omnem Reipub. usum parari, eruditionemque augeri mihi vicissim concedant: qualis in Ulysse* πολυτρόπῳ *laudatur, qui* Πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον

ἐγὼ νῦν ἔγνω: *Equidem ut meae peregrinationis fructus aliquando exſtet, dabo operam, ſi vita ſuppeditabit: jam enim Bibliotheca, apud te depoſita, careo. Quoniam verò te abſentiam mei moleſtè ferre crebris litteris amicè ſignificaſti, ut hoc deſiderium ſi non tollere, mitigare ſaltem aliqua ex parte queam; mitto ad te Pomponium Melam, ſcriptorem Hiſpanum (quem in ipſo itinere Hiſpanienſi Itinerarii vice fungentem magnam partem fecimus meliorem & Commentario explicavimus) recens cum Herodoto comparatum. Id enim optimum commentandi genus ſemper exiſtimavi, quo digiti ad fontes intenduntur, & Latina cum Graecis, unde illa fluxerunt, committuntur. Hinc certè magna ad Lectorem utilitas redit: partim ut cum Graecis Latina conjungens, par ſit in utriusque orationis facultate; partim ut non ſemper antiquos verba appendere ſolitos, ſaepius etiam liberius evagatos intelligat. Aliud eſt enim Interpretem agere, alienisque veſtigiis perpetuò inſiſtere; aliud hinc inde mutuari, quaſique uſucapionis jure facere ſuum, & in ſuccum nervosque convertere. Tu verò, mi frater, tanquam ex me natum partum amplectere, qui mihi ad ſtudia excolenda auctor ſemper, hortatorque exſtitiſti: re conſilioque jam inde à puero humaniter juviſti, Franc. parentem optimum, ut largè ſuppeditaret, animando: & ſortem meam, ut omnium praeſtantiſſimam laudando, quam aſſiduè cum tua commutare velle diceres: quòd procul à negotiis, ambitione, ſtrepitu forenſi, à tumultu, & factionibus abhorrens in otio litterario verſer, immortalitatis ſtudio flagrans. Gentem adhaec* SCHOTTORUM, *non ignobilem, litteris etiam inclareſcere, & cum omni poſteritate adaequari ſaepe gaviſus es. Ego verò ſingularem prudentiam tuam Naturae beneficio compara-*

paratam, numquam satis admirari soleo; qualis haud scio an in alio cive reperiri possit: ut si de Rep. quaeque in disputationem cadere solet, re omni, ponere quis velit, ita disertè, ita copiosè sine omni perturbatione disseras, ut ab ore pendentes obstupescant, semperque prudentiores discedant: verumque esse exemplo tuo confirmes, in eloquentia, tametsi dux certior ars esse existimetur, plurimum valere Naturam. Quae res facit, ut cives omnes tui te admirentur, & ament: exteri etiam, qui te libenter utuntur, plures hujusmodi Zophyros in Rep. egregiis ceteroquin viris opibusque refertissima, exoptent. Te igitur in omni sermone absentem praedicare, in ore & oculis ferre; te suspicere consueverunt. Sed mihi tempero, ne mutuum muli. Jure enim illud Comici Adelphis usurpavero:

Nunquam ita magnificè quidquam dicam: id virtus quin superet tua.
Itaque unam hanc rem me habere praeter alios praecipuam arbitror:
Fratrem homini neminem esse primarum artium magis principem.

Hoc tantum in praesens: prudenter judicasse S. P. Q. Antverpianum, qui Te, laborante, & tantum non afflicta patria, in IV. *Virûm ordinem, qui ab Eleemosynis sunt, adoptarunt: quo nullus major in florentissima illa civitate honor, Senatorio etiam & Consulari honorificentior, utilior certè. Hic enim vulgi studio, & ambitu, prensandoque paratur ab iis, qui fumosis majorum imaginibus se jactant, Vestri verò ordinis dignitas non nisi O. B. de R. P. meritis tribuitur, & longo usu experimentisque probatis; ac potentioribus, qui inopes sublevent, &*

foveant. Qua una virtute urbs hactenus salva permansit, post pestilentem illam stragem, qua olim paenè exhausta interierat (quo tempore & parens noster eandem dignitatem, summa cum laude, & bono publico gesit) postque unam alteramve direptionem militarem, & conflagrationem: quae, ut norunt omnes, maximam partem ad nostram familiam pertinuit, quòd civium nemo majorem jacturam bonorum fecerit; incensis, soloque aequatis quaternis turritis aedibus omnium augustissimis. Sed quid vulnus, cui jam dies ipsa cicatricem obduxit, refrico? Certè in summa calamitate, singularis illa tua constantia eluxit, an praeluxit potius? qua animum praeceptis Christianae Philosophiae ad quemvis fortunae impetum obfirmasti Taceo prudentiam, qua jure optimo familiam ducis. In quem tota domus inclinata recumbit; ita rerum nostrarum satagis, ac si pater sis: quaque R. P. in summo discrimine minimè deserendam putasti. Sed omnium suffragiis, tametsi repugnares diu, renunciatus, laboranti patriae succurris: quum nunquam major pauperum copia, vastatis agris, exspoliatis finitimis, iterumque direptis; agricolis fame, ferro, peste, frigore, & moerore contabescentibus, civibus etiam nuper quàm plurimis febri ardentissima absumptis. Piè igitur bona fortunasque impenaisti, magno licet incommodo rei familiaris, negociorum, temporisque biennii, quo rebus prolatis à negociatione cessandum. Sed tu adversa juxtà atque secunda fers excelso animo, cum eâdem navi jacteris: & Eleemosynis, ex praecepto divino, redimis peccata tua. Utrumque verò fratrem Franc. & Henricum, in causis agendis diu multumque cum laude versatos, ab administratione Reipub. omnino abstinere audio; cùm alter Orator civitatis renunciaretur; alter in Senatum esse

esset adscitus: nunc enim, si aliàs unquam, utile praeceptum, λάθε βιώσας.

Nec vixit malè, qui vivus, moriensque fefellit.

Deum O. M. precor, ut pace compositâ, bellum civile crudelissimum à finibus nostris averruncet, & in Turcas potius convertat: ut instaurata R. P. & Ecclesia Dei à persecutionibus respirante, studiis suus honos redeat, Academiae nostrae vigeant, consilioque, qua possint adjuvent. Claudam Lucretianis:

Nam neque nos agere hoc patriai tempore iniquo
Possumus aequo animo; neque Schotti clara propago,
Omnibus in rebus communi deesse saluti.

Vale, & mea, ut soles, tuere. Ex a. d. IV. *Non Majas.* CIↃ. IↃ. XXCI.

ΗΡΟΔΟΤΟΣ ΚΛΕΙΩ.

Cap. 171. Οὐ μέντοι αὐτοί γε ὁμολογέουσι τούτοισι [Κρῆσιν] οἱ Κᾶρες, ἀλλὰ νομίζουσιν αὐτοὶ ἑωυτοὺς εἶναι αὐτόχθονας ἠπειρώτας, καὶ τῷ ἀνόμαλι τῷ αὐτῷ ἀεὶ ΔΔχρεωμένους τῷ περ νῦν.

ΕΥΤΕΡΠΗ.

Cap. 20. Ἑλλήνων μέν τινες ἐπίσημοι βουλόμενοι γενέσθαι σοφήν, ἔλεξαν ὡδὶ τὸ ὕδωρ τοῦτο τελφασίας ὁδός. τὸ τὰς μὲν δύο τὸ ὁδῶν ὁ σὶ ἀξιῶ μνησθῆναι, εἰμὴ ὅσον σημῆναι βουλόμενον μοῦνον. τὸ ἡ ἑτέρη μὲν λέγει τὰς ἐτησίας ἀνέμους εἶναι αἰτίους πληθύειν τὸν ποταμὸν, κωλύοντας ἐς θάλασσαν ἐκρέειν τὸν Νεῖλον.

Cap. 21. Ἡ δὲ ἑτέρη ἀνεπιστημονεστέρη μέν ἐστι τῆς λελεγμένης, λέγω δὲ εἰπεῖν, θωϋμασιωτέρη· ἡ λέγει ὡς ἔστι ὠκεανὸς ῥέων αὐτὸν ταῦτα μηχανᾶσθαι· τὸ σὶ Ὠκεανὸν γῆν ὡδὶ πᾶσαν ῥέειν.

Cap. 22. Ἡ δὲ τρίτη τὸ ὁδῶν, πολλὸν ἀπιστεομένη ἐστὶ, μάλιστα ἔψευσται λέγει γὰρ δὴ σὶ αὐτὴ ὑδὲν, φαμένη τὸν Νεῖλον ῥέειν ἐκ τηκομένης χιόνος· ὃς ῥέῃ μὲν ἐκ Λιβύης ΔΔιὰ μέσων Αἰθιόπων, ἐκδιδοῖ δὲ ἐς Αἴγυπτον· κῶς ἂν δῆτα ῥέοι ἂν ἐκ χιόνος, ἐκ τῶν θερμοτάτων ῥεόντων ἐς τὰ ψυχρότατα;

Cap. 24. Εἰ δὲ δεῖ μεμψάμενον γνώμας τὰς προκειμένας, αὐτέων ὡδὶ τὰ ἀφανέα γνώμῃσι ἐκδεξάσθαι, φράσω δίκη μοι δοκέει πληθύνεσθαι ὁ Νεῖλος ἐκ θέρεος. τῇ χειμερινῇ ὥρῃσι ἀπελαυνόμενος ὁ ἥλιος ἐκ τῆς ἀρχαίης διεξόδου ὑπὸ τὰ χειμερινά, ἔρχεται τὰ Λιβύης ἐς τὰ ἄνω ὡς μὲν νῦν ἐν ἐλαχίστῳ δηλώσω, πᾶν εἰρήσω. τὰ δὲ αἰχματάτω γε χώρης ἔστιν ὁ θεὸς, καὶ καὶ ἤνπερ, ταύτῃσι εἰκὸς διψῆν τε ὑδάτων μάλιστα, καὶ τὰ ἐγχώρια ῥεύματα μαραίνεσθαι τὰ ποταμῶν.

Cap.

POMPONIUS MELA

Lib. I. *Cap.* 16.

CARIA ſequitur. Habitatur incertae originis: Alii indigenas; ſunt qui Pelasgos, quidam Cretas exiſtimant.

* Freden. Pintianus in Retractationibus legit, *habitatores incerti Aborigines.* Quid ſi, *habitatorum incertae originis*, vel *aborigi-nis*, ut Plinius lib. IV. cap. 22.

Lib. I. *Cap.* 9.

I. Creſcit porrò Nilus, ſive quòd ſolutae magnis aeſtibus nives ex immanibus Aethiopiae jugis largiùs quàm ripis accipi queant, defluunt.

II. Sive quòd Sol hieme terris propior, & ob id fontem ejus minuens, in aeſtate tunc altiùs abit, ſinitque integrum, & ut eſt plenisſimus, ſurgere.

III. Sive quòd per ea tempora flantes Eteſiae, aut auctas à Septentrione in meridiem nubes ſuper principia ejus imbre praecipitant, aut venienti obvii adverſo ſpiritu curſum deſcendentis impediunt: aut harenis quas cum fluctibus littori applicant, oſtia obducunt: ſitque major, [vel quòd nihil ex ſemet emittit, vel quòd plus, quàm ſolet, accipit: vel quòd minus quàm debet, emittit.]

Ae-

Cap. 46. Γράφεσι δὴ καὶ γλύφεσιν οἱ ζωγράφοι, καὶ οἱ ἀγαλματοποιοὶ ξ Πανὸς, κατάπερ Ἕλληνες, τὼγαλμα, αἰγοπρόσωπον, καὶ τραγοσκελέα ἔτι πιθανὸν νομίζοντες εἶναί μιν, ἀλλ' ὅμοιον τοῖσιν ἄλλοισι θεοῖσι.

Cap. 75. Λόγος δέ ἐστι, ἅμα τῷ ἔαρι πλεῶτὰς ὄρνις ἐκ τῆ Ἀραβίης πέτεσθαι ἐπ' Αἴγυπτον· τὰς δὲ ἱέρας τὰς ὄρνιθας ἀπαντώσας ἐς τὴν ἐσβολὴν ταύτης τῆς χώρης, καὶ πολεμέειν τὰς ὄρνις, ἀλλὰ καταμύνειν· καὶ τὸ ἱέρεον ἀμὰ τοῦτο τὸ ἔργον τετιμῆσθαι λέγεσι Ἀράβιοι μεγάλως πρὸς Αἰγυπτίων. ὁμολογέουσι δὲ καὶ Αἰγύπτιοι ἀμὰ ταῦτα τιμᾶν τὰς ὄρνιθας ταύτας.

Cap. 85. Θρῆικοί δὲ καὶ τοιάδε σφέων εἰσὶν αὖδε. τοῖσι ἂν ἀποθνήσκῃ ἐν τῇ οἰκηίῃ ἀνθρώπου, ἢ τις καὶ λόγου ἦν, τὸ θῆλυ γένος πᾶν τὸ ἐν τῇ οἰκηίῃ τούτου, κατ' ὧν ἐπλάσκετο πολὺ κεφαλῇσι πηλῷ καὶ τὸ πρόσωπον. κάπειτα ἐν τοῖσι οἰκηίοισι λιπόντα τὸν νεκρὸν, αὖτις ἀνὰ πολὺ πόλιν τροφώμενοι, τύπτονται ἐπιζωσμένοι, καὶ φαίνεσθαι τὰς μαζοὺς σφι δὲ οἱ προσήκοντες πάντες ἑτέρωθι οἱ ἄνδρες τύπτονται, ἐπιζωσμένοι καὶ ἕτοι ἐπειὰν ταῦτα ποιήσωσι, ἔτω ἐς τὰ ταφήϊα κομίζουσι εἰσὶ δὲ οἱ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ κατεστεῶτες, καὶ τέχνην ἔχουσι ταύτην.

Cap. 100. Μετὰ δὲ τοῦτον, (τὸν Μῆνα πρῶτον βασιλεύσαντα Αἰγύπτου) κατέλεγον οἱ ἱρέες ἐκ βίβλων ἄλλων βασιλέων τριηκοσίων τε καὶ τριήκοντα ὀνόματα· ἐν τοσούτοισι γενεῇσι ἀνθρώπων, ἐκτωκαίδεκα μοῦνοι Αἰθίοπες ἦσαν, μία δὲ γυνὴ ἐπιχωρίη.

Cap. 142. Οὕτω ἐν μυρίοισί τε ἔτεσι * καὶ χιλίοισι, καὶ τριηκοσίοισι τε καὶ τεσσαρήκοντα, ἔλεγον (ἱρέες)

θεὸς

Lib. I. *Cap.* 8.

Aegipanum, quae celebratur, ea forma eſt.

De *Pſammeticho* & *Automolis* Herodotus *Euterpe* cap. 2. 28. 30. & 151. & Mela lib. III. cap. 9.

Lib. III. *Cap.* 8.

De ſerpentibus memorandi maximè, quos parvos & veneni praeſentis certo anni tempore ex limo concretarum paludum emergere magno examine volantes in Aegyptum tendere, atque in ipſo introitu finium ab avibus quas Ibidas appellant, adverſo agmine excipi, pugnaque confici traditum eſt.

Lib. I. *Cap.* 9. *de Aegyptiis.*

Cultores regionum multo aliter à ceteris agunt. Mortuos fimo obliti plangunt, nec cremare, aut fodere, fas putant: verùm arte medicatos intra penetralia collocant ſui. Literis perverſè utuntur.

* Ego pro *fimo*, *limo* legi malim parva commutatione. πηλὸς enim lutum eſt & terra aqua macerata. Mox, *ſuis litteris perverſè utuntur*, putavi provocabulum redundare, & ad priora interpunctione referendum. Herodoti enim Muſa apertè, non viros ipſos ſed conductitios ſervos id facere. Fortè *collocant ſuis*, id eſt, per ſuos ferri queat. Herodot. ταρίχευσιν *condituram* vocat: Mela, *arte medicatos* reddidit.

Lib. I. *Cap.* 9.

Ipſi vetuſtiſſimi, ut praedicant, hominum, trecentos & triginta reges ante Amaſim, & ſupra tredecim millium annorum aetates certis Annalibus referunt: mandatumque literis ſervant, dum Aegyptii ſunt, quater curſus ſuos vertiſſe

θεὸν ἀνθρωποειδέα οὐδένα νομίσαι. ἐμοὶ μὲν τοι οὐδὲ πρότερον, οὐδὲ ὕστερον ἐν τοῖσι ὑπολοίποισι Αἰγύπτιοι βασιλεῦσι γενομένοισι, ἔλεγον πιθέσθαι οὐδέν. ἐν τοίνυν τούτῳ τῷ χρόνῳ τετράκις ἔλεγον ἐξ αἰθέων τὸν ἥλιον ἀνατεῖλαι. ἐνθά τε νῦν καταδύνει, ἐνθεῦτεν δὶς ἐπαντεῖλαι, καὶ ἔνθεν νῦν ἀνατέλλει, ἐνθαῦτα δὶς καταδῆναι, καὶ οὐδὲν τι κατ' Αἴγυπτον ὑπὸ ταῦτα ἐτεροιωθῆναι.

Αἰγύπτιοί τε καὶ οἱ ἱρέες ἔλεγον ἀποδεικνύντες ἀπὸ τοῦ πρώτου βασιλέος, ἐς τοῦ Ἡφαίστου τὸν ἱρέα τοῦτον τελευταῖον βασιλεύσαντα, μίνην τε καὶ τεσσερήκοντα, καὶ τριηκοσίας ἀνθρώπων γενεὰς γινομένας, καὶ ἐν ταύτῃσι ἀρχιερέας, καὶ βασιλέας ἑκατέρους τοσούτους γινομένους. καί τοι τριηκόσιαι μὲν ἀνδρῶν γενεαὶ δυνέαται μύριαι ἔτεα. γενεαὶ γὰρ τρεῖς ἀνδρῶν, ἑκατὸν ἔτεα ἐστί. μιῇ δὲ καὶ τεσσερήκοντα ἔτι τοῦ ἀπιλοίπων γενεῶν, αἳ ἐπῆσαν τῇσι τριηκοσίῃσι, ἔστι τεσσερήκοντα καὶ τριηκόσιοι καὶ χίλιοι ἔτεα.

Cap. 124. Τῇ δὲ πυραμίδι αὐτῇ χρόνον γενέσθαι ἔκπαγλον ἕτερα πλείω λέγουσι, τὸ ἐστὶ παντακῇ μέτωπον ἑκάστου ἐκτὸς πλέθρου, ἐούσης τετραγώνου καὶ ὕψος ἴσον· λίθου δὲ ξεστοῦ τε καὶ ἁρμοσμένου τὰ μάλιστα. ἐόντες τε λίθων τετμημένων πόδων ἑλάσσων.

Cap. 148. Ὁ δὲ λαβύρινθος, καὶ τὰς πυραμίδας ὑπερβάλλει. ἐστὶ γὰρ δυώδεκα μὲν εἰσὶ αὐλαὶ κατεστεγμένοι, ἀντίπυλοι ἀλλήλῃσι· ἓξ μὲν πρὸς βορέην, ἓξ δὲ πρὸς νότον τετραμμέναι συνεχέες. τοῖχος δὲ ἔξωθεν ὁ αὐτὸς σφέας περιέργει. οἰκήματα δὴ ἔνεστι διπλᾶ, τὰ μὲν ὑπόγαια, τὰ δὲ μετέωρα ὑπ' ἐκείνοισι τετρήλια, ἀριθμὸν πεντακοσίων καὶ χιλίων ἑκάτερα.

Cap. 149. Τὰ δὲ λαβυρίνθου τούτου ἐόντος τοιούτου θώυμα ἔτι μέζον παρέχεται ἡ Μοίριος καλεομένη λίμνη, παρ' ἣν ὁ λαβύρινθος ἔστος οἰκοδόμηται. τὸ περίμετρον

se sidera; ac Solem bis jam occidisse, unde nunc oritur.

* Καὶ χιλίοισι καὶ τριηκοσίοισι] Laur. Valla, vir ceteroquin doctissimus & linguae Latinae instaurator, vertit: *Ita intra decem millia trecentosque & quadraginta annos, negabant ullum Deum forma humana exstitisse.* Male: Vertendum enim: *Ita intra undecim millia, trecentosque & quadraginta annos &c.* Nihilominus tamen adhuc error calculi manet, sive Herodoto imputandus is est, sive librariis. Si enim probè à me subducta ratio est, legendum ἐν μυρίοισί τε ἔτεσι καὶ χιλίοισι, καὶ τριηκοσίοισί τε καὶ ἑξήκοντα ἔφη ἄλλον ἰρέας. &c. Excurrunt enim 11366. anni, menses octo: & Melam *supra decem millium annorum* scripsisse praestare ausim, si, ut solet, Herodotum fide bona exscripsit.

Lib. 1. Cap. 9. emendante Pintiano.

Pyramides: quarum maxima (tres namque sunt) tricenum pedum lapidibus exstructae quatuor frontibus octona soli jugera sua sede occupat.

vel, *quae sedet, occupat.*

Ibidem.

Psammetichi opus Labyrinthus, domos ter mille, & regias duodecim perpetuo parietis ambitu complexus, marmore exstructus ac tectus, unum in se descensum habet, intus paene innumerabiles vias. &c.

* In numero discrepat Mela ab Herodoto, Strabone, & Plinio lib. XXXVI. cap. 12.

Lib.

δ περιόδε εἰσὶ σάδιοι ἑξακόσιοι καὶ τετρακισχίλιοι, σχοίνων ἑξήκοντα ἐόντων, ἴσοι καὶ αὐτῆς Αἰγύπτε τὸ ΔΔ Θαλασσαν. κεῖ) ἡ μακρὴ ἡ λίμνη πρὸς βορέην τε καὶ νότον, ἔσσα βάθ⊖, τῇ βαθυτάτη αὐτὴ ἑωυτῆς πεντηκοντόργυιός⊖. ὅπ ἡ χειροποίητός ἐστι καὶ ὀρυκτὴ, αὐτὴ δηλοῖ. ἐν γὰ μέσῃ τῇ λίμνῃ μάλιστά κη ἑκάτερ δύο πυραμίδες, ⊖ ὕδατ⊖ ὑπερέχουσαι πεντήκοντα ὀργυιὰς ἑκατέρη· ⊖ῦς.

Cap. 107. Ἐπὶ Ἀμάσι⊖ ἡ βασιλῆ⊖ λέγε) Αἴγυπτ⊖, μάλιστα δὴ τότε εὐδαιμονῆσαι καὶ τὰ ὑπὸ ⊖ ποταμὸ τῇ χώρῃ γινόμενα, καὶ τὰ ὑπὸ τ χώρης τοῖσι ἀνθρώποισι. καὶ πόλις ἐν αὐτῇ ἠρέθη τὰς ἀπάσας τότε δισμυρίας τὰς οἰκεομένας.

ΘΑΛΕΙΑ.

Cap. 23. Ἐπὶ κρωίλω σφι ἤρξαθ, ἀπ' ἧς λεόμενοι, λιπαρώτεροι ἐγίνοντο, κατάπερ εἰ ἔλαίκ εἴη. ὄζειν ἡ ἀπ' αὐτῆς, ὡσεὶ ἴων. ἀσθενὲς ἡ τὸ ὕδωρ τ κρήνης ταύτης ἔτω δή τι ἔλεγον εἶναι οἱ κατάσκοποι, ὥστε μηδὲν οἷόν⊖ εἶναι ἀπ' αὐτὲ ὠφελέειν, μήτε ξύλον, μήτε τ ὅσα ξύλα ἐστ ἐλαφρότερα, ἀλλὰ παντὰ σφεα χωρέειν ἐς βυσσόν. τὸ ἡ ὕδωρ τῦτο εἰ σφί ἐστ ἀληθέως οἷόντι λέγε). Δι' τῦτο ἂν εἶεν τύτῳ τὰ πάντα χρεώμενοι, Μακρόβιοι ὑπὸ τ κρήνης ἡ ἀπαλλασσομένων, ἀγαγεῖν σφέας ἐς δεσμωτήριον ἀνδρῶν, ἔνθα τὲς πάντας ἐν πέδῃσι χρυσέῃσι δεδέαθαι· ἔστ ἡ ἐν τύτοισι τοῖσι Λιβίκλι πάντων ὁ χαλκὸς σπανιώταλον καὶ τιμιώταλον ⊖ησαύρισμα ἡ καὶ τὸ δεσμωτήριον, ἐθηήσαν⊖ καὶ τὴν ⊖ ἡλίε λεγομένην τράπεζαν.

Cap. 28. Ὁ ἡ Ἆπις ἔτ⊖ ὁ Ἐπαφ⊖ γινε) μόσχ⊖ ἐκ βοὸς, ἧπις ἐκέτι οἵη τε γινε) ἐς γαστέρα ἄλλον βάλλεσθ γόνον. Αἰγύπτιοι ἡ λέγυσι στέλας ὀπὶ ἡ βοιῆ ἐκ ⊖ ἐσα-

ἐσα-

Lib. I. *Cap.* 9.

Moeris, aliquando campus, nunc lacus, viginti millia passuum in circuitu patens, alterior quàm ad navigandum magnis onustisque navibus satis est.

Ibidem.

Viginti millia urbium Amasi regnante habitarunt, & nunc multas habitant.

* *In quarum nominibus recensendis diversus abit ab Herodoto, nescio quos auctores secutus.*

Lib. III. *Cap.* 16.

Apud Aethiopes plus auri quàm aeris (*malè hactenus*, Persis) est, ideo quod minus est, pretiosius censent. Aere exornantur; auro vincula fontium fabricant. Est lacus, quo perfusa corpora quasi uncta pernitent. Bibitur idem: adeò est liquidus, & ad sustinenda quae incidunt, aut immittuntur, infirmus, ut folia etiam proximis decisa frondibus, non innatantia ferat, sed pessum & penitus accipiat. Est locus, apparatis epulis semper refertus, & quibuslibet vesci volentibus, licet: ἡλίου τράπεζαν appellant, & quae passim apposita sunt, affirmant innasci subinde divinitus.

Lib. I. *Cap.* 9. *de Aegypto.*

Apis populorum omnium numen est: bos niger, certis maculis insignis & cauda linguaque dissimilis aliorum: rarò nascitur, nec

ἐρανὸν κατέχειν. καὶ μιν ὐκ τότε πλεῖν τὸν Ἄσπιν. ἔχει δὲ ὁ μέγας ὄτος ὁ Ἄσπις καλεόμενος σημήϊα τοιάδε. ἐὼν μέγας ὅλος μὲν τῷ μετώπῳ λευκὸν περιέγωνον φορέει. Ἐπὶ δὲ ἕκατε νώτε αἰεπὴν εἰκασμένον. ἐν δὲ τῇ ἀρῇ τὰς τείχας διπλᾶς· ὅλη δὲ τῇ γλώσσῃ, κάνθαρον.

Cap. 102. Ἐν δὴ ὧν τῇ ἐρημίῃ ταύτῃ καὶ τῇ ψάμμῳ, γίνονται μύρμηκες, μεγάθεα ἔχοντες κυνῶν μὲν ἐλάσσονα, ἀλωπέκων δὲ μείζονα. εἰσὶ γὰρ ἐξ αὐτέων καὶ θηρευθέντες ὑπὸ βασιλέι τὸ Περσέων ἐνθεῦτεν θηρευθέντες. ὅτι ὧν οἱ μύρμηκες πτεύμενοι οἴκησιν ὑπὸ γῆν, ἀναφορέουσι τὴν ψάμμον, κατάπερ οἱ ἐν τοῖσι Ἕλλησι μύρμηκες, καὶ τὸ αὐτὸν τρόπον. εἰσὶ δὲ καὶ τὸ εἶδος ὁμοιότατοι ὅτοι. ἡ δὲ ψάμμος ἡ ἀναφερομένη, ἐστὶ χρυσῖτις. ὅλη δὲ ταύτην τὴν ψάμμον φέρονται ἐς τὴν ἔρημον οἱ Ἰνδοὶ, ζευξάμενοι ἕκαστος καμήλους τρεῖς. &c.

MELPOMENH.

Cap. 7. Τὰ δὲ κατύπερθε τοῦ Βορέω λέγουσι ἄνεμόν τε ὑπερόπτην τε χάρης, ὐκ οἷά τε εἶναι ἔτι τοῦτο τὸ ὀρᾶν, ὅτε διεξιέναι, ὑπὸ πτερῶν κεχυμένων.

Cap. 31. Περὶ δὲ τῶν πτερωτῶν, τοὺς Σκύθαι λέγουσι ἀναπλέων εἶναι τὴν ἤπειρον. καὶ τούτων εἵνεκα ὐκ οἷόντε εἶναι ὅτε ἰδεῖν τὸ πρόσω τῆς ἠπείρε, ὅτε διεξιέναι τήνδε ἔχω τοῦ αὐτέων τὴν γνώμην· τὰ κατύπερθε ταύτης τῆς χώρης αἰεὶ νίφει, ἐλάσσονι δὲ ἢ δὲ θέρεος ἢ δὲ χειμῶνος, ὥσπερ καὶ εἰκός. ἤδη ὧν ὅστις ἀγχόθεν χιόνα ἀδρὴν πεπτωκυῖαν εἶδε, οἶδε τὸ λέγω· ἔοικε γὰρ ἡ χιὼν πτεροῖσι, καὶ διὰ τὴν χειμῶνα τῶν ἐόντα τοιῶτον, ἀοίκητα τὰ πρὸς βορέω ἐστὶ τῆς ἠπείρε ταύτης. τοὺς ὧν πτεροὺς, εἰκάζοντας τὴν χιόνα, τοὺς Σκύθας τε καὶ τοὺς περιοίκους δοκέω λέγειν.

Cap.

coitu pecoris, ut ajunt, sed divinitus & caelesti igne conceptus: diesque quo gignitur, genti maximè festus.

Lib. III. *Cap.* 7. *de India.*

Alit formicas non minores maximis canibus; quas more Gryphorum aurum penitus egestum cum summa pernicie attingentium custodire commemorant.

Lib. II. *Cap.* I. *de Scythia Europaea.*

Rhiphaeis montibus (nam & huc illi pertinent) proxima cadentes assiduè nives adeò invia efficiunt, ut ultra ne visum quidem intendentium admittant.

* Ubi fort. legend. *incedentium.*

Et Lib. III. *Cap.* 5.

In Asiatico littore primi Hyperborei super aquilonem Rhiphaeosque montes, sub ipso syderum cardine jacent.

Cap. 9. Ἐνθαῦτα ἡ αὐτὴν (τὴν Ἡρακλέα) εὑρεῖν ἐν ἄντρῳ μιξοπάρθενόν τινα ἔχιδναν διφυέα. τὰ μὲν ἄνω ἀπὸ τῶν γλουτέων, εἶναι γυναικός. τὰ δ' ἔνερθεν, ὄφιος.

Cap. 10. Τὴν δ' ἐπεὶ οἱ γηρομένης τοὺς παῖδας ἀνδρωθῆναι, τοῦτο μὲν σφι ὀνόμαζε θέσθαι. τῷ μὲν, Ἀγάθυρσον. αὐτέων· τῷ δ' ἐπομβρίῳ, Γελωνόν. Σκύθην δὲ τῷ νεωτάτῳ. *Infra:* Καὶ ἀπὸ μὲν Σκύθεω ἔφη Ἡρακλέης γένεσθαι τοὺς αἰεὶ βασιλῆας γινομένους Σκυθέων.

Cap. 18. Ἀπὸ δὲ (Ὑλαίης) τούτης ἄνθρωποι οἰκέουσι Σκύθαι γεωργοὶ τοὺς Ἕλληνες οἱ οἰκέοντες ὑπὲρ τοῦ Ὑπάνι ποταμοῦ καλέουσι Βορυσθενείτας. σφέας δὲ αὐτοὺς, Ὀλβιοπολίτας. ἔτι ὦν οἱ γεωργοὶ Σκύθαι νέμουσι τὰ μὲν πρὸς ἠῶ, ὑπὲρ τρεῖς ἡμέρας ὁδοῦ κατικόντες ὑπὲρ ποταμὸν τὸν οὔνομα κεῖται Παντικάπης. Μετὰ δὲ τὴν ἔρημον Ἀνδροφάγοι οἰκέουσι, ἔθνος ἴδιον, καὶ οὐδαμῶς Σκυθικόν.

Cap. 19. Τὸ δὲ πρὸς τοῦ ἠῶ τῶν Γεωργῶν τούτων Σκυθέων, Ἀραβάνη τὸν Παντικάπην ποταμὸν, Νομάδες ἤδη Σκύθαι νέμουσι, ἔτε σπείροντες οὐδὲν, οὔτε ἀρῶντες. ψιλὴ δὲ δενδρέων ἡ πᾶσα αὕτη γῆ, πλὴν τῆς Ὑλαίης. οἱ δὲ Νομάδες ἔτι τὸ πρὸς τοῦ ἠῶ, ἡμερέων τεσσέρων καὶ δέκα ὁδὸν νέμουσι χώρην, κατατείνασαν ὑπὲρ ποταμὸν Γέρρον.

Cap. 21. Ὑπερικέασι δὲ τούτοισι δευτέρην λαξὶν ἔχοντες Βουδῖνοι, γῆν νεμόμενοι πᾶσαν δασείην ὕλῃ παντοίῃ. Βουδίνων δὲ κατύπερθε πρὸς βορέω, ἐστὶ πρώτη μὲν ἔρημος,

Lib. II. *Cap.* I.

Basilidis ab Hercule & Echidna generis principia sunt.

* Ergo malè pro *Echidna* Laur. Valla *serpentinae naturae*, reddidit: Mela βασιλῆας *Basilidas* gentem convertit, aut alium auctorem secutus est. Strabo lib. VII. inter Sarmatas & Basileorum meminit: Ptolemaeus quoque βασιλισκείους Σαρμάτας nominat, qui & à Graecis Ρηγῖνες dicti, fortè de latino *Regis* nomine facta voce. Josephus lib. I. *Judaic. Antiquitatum* cap. 7. Ἀσχανάζης Ἀσχανάζας φύσιν, οἳ νῦν Ρηγῖνες ὑπ' Ἑλλήνων καλοῦνται. D. quoque Heironym. in Genesim: *Aschanaz Graeci Reginos vocant, Sarmatae sunt.*

Lib. II. *Cap.* I.

Colunt Georgi, exercentque terras. Silvae deinde sunt, quas maximas hae terrae ferunt, & Panticapes, qui Nomadas Georgosque disterminat. Tum Borysthenes gentem sui nominis abluit, inter Scythiae amnes amoenissimus, turbidis aliis, liquidissimus defluit: placidior quàm caeteri, potari pulcherrimus *&c.* quadraginta dierum spacio navigabilis, secundùm Borysthenida & Olbida Graeca oppida egreditur.

Lib. III. *Cap.* 6. *Contra.*

Scythae sunt Androphagoi & * Sagae, distincti regione, quia feris scatet, inhabitabili.

* Fortè *Sacae* leg. ut infr.

Lib. II. *Cap.* I.

Silvae deinde sunt; quas maximas hae terrae ferunt: & Panticapes, qui Nomadas Georgosque disterminat. *Infrà*: Vagi Nomades, pecorum

ἔρημος, ἐπ' ἡμερέων ἑπτὰ ὁδόν. μετὰ δὲ τὴν ἔρημον ἀποκλίνοντι μᾶλλον πρὸς ἀπηλιώτην ἄνεμον, νέμονται Θυσσαγέται, ἔθνος πολλὸν καὶ ἴδιον· ζώουσι δὲ ἀπὸ θήρης. συνεχέες δὲ τούτοισι ἐν τοῖσι αὐτοῖσι τόποισι κατοικημένοισι εἰσὶ, τοῖσι οὔνομα κεῖται Ἰύρκαι, καὶ ἔστι ἀπὸ θήρης ζώοντες.

Cap. 23. Οἰκέουσι ὑπώρεαν ὀρέων ὑψηλῶν ἄνθρωποι λεγόμενοι εἶναι πάντες φαλακροὶ ἐκ γενετῆς γινόμενοι, καὶ ἔρσενες καὶ θήλεαι ὁμοίως, καὶ σιμοὶ, καὶ γνάθους ἔχοντες μεγάλας· φωνὴν δὲ ἰδίην ἱέντες. ἐσθῆτι δὲ χρεώμενοι Σκυθικῇ· ζῶντες δὲ ἀπὸ δενδρέων. ποντικὸν μὲν οὔνομα τῷ δενδρέῳ ἐστὶ· ἔδεσμα δὲ ζῶσι. Πρόβατα γὰρ σφι ἐστὶ πολλά· ἐκ γάρ τοι σπανδάων αἱ νομαὶ αὐτόθι εἰσί. ἀπὸ δενδρέου δὲ ἑκάστου κατοικημένη, τὸ μὲν χειμῶνα, ἐπεὰν τὸ δένδρεον περικαλύψῃ πίλῳ σταγόνι λευκῷ· τὸ δὲ θέρος ἄνευ πίλου. τούτους ἀδικέειν ἀνθρώπων· ἱροὶ γὰρ λέγονται εἶναι. ἀδέ τι ἀρήϊον ὅπλον ἐκτέαται. καὶ τοῦτο μὲν, τοῖσι περιοικέουσι ἔστι οἱ τοὺς Ἀργιφαίους Ἀργιπαίους· τοῦτο δὲ, ὃς ἂν καταφεύγων καταφύγῃ ἐς τούτους, ὑπ' ἑκάστων ἀδικέεται· οὔνομα δέ σφι ἐστὶ Ἀργιπαῖοι.

Cap. 25. Τὸ μὲν πρὸς τὴν φαλακρῶν γινώσκεται ἀτρεκέως ἀπὸ Ἰατροδόνων οἰκεόμενον.

Cap. 27. Τὸ δὲ τούτων τὸ κατύπερθε Ἰατροδόνες εἰσὶ οἱ λέγουσι μονοφθάλμους ἀνθρώπους, καὶ χρυσοφύλακας γρύπας εἶναι· καὶ νομάζομεν αὐτοὺς Σκυθιστὶ Ἀριμασπούς. ἄριμα γὰρ ἓν καλέουσι Σκύθαι, σποῦ δὲ τὸν ὀφθαλμόν.

Cap.

rum pabula sequuntur: atque ut illa pecori durant; ita hi statam sedem agunt.

Et Lib. III. *Cap.* 5.

Ad introëuntium dexteram Scythae Nomades freti littoribus insident.

Lib. I. *Cap.* 19.

Fecundos pabulo, ad alia steriles nudosque campos tenent Budini: Geloni urbem ligneam habitant. Juxtà Thysagetae Iurcaeque vastas silvas occupant alunturque venando.

Lib. I. *Cap.* 21.

Tum continuis rupibus latè aspera & deserta regio ad Argippaeos usque promittitur. [* His justissimi mores.] Pro domibus nemora, alimenta baccae. Et maribus & feminis nuda sunt capita. Sacri itaque habentur, adeóque ipsos nemo de tam feris gentibus violat, ut aliis quoque ad eos confugisse pro asylo sit.

* Puto verba transposita, legendum: *His justissimi mores. Sacri itaque habentur.* Vel potius, cùm praeposterè collocata verba viderem, in eam conjecturam veni; ut credam reponendum, *His simignares:* unde factum ab imperitis, *His justissimi mores.* Herodotus enim disertè σίμας hoc loco vocat eodem narrandi ordine. Sed cur *Sacri itaque?* an quia calvitium ob raritatem divinum quid putabant? Vide Synesium. Sed vulgata non temere muto: nam de Issedonibus Herodot. pòst: ἄλλως δὲ δίκαιοι καὶ ὅτου λίγονται εἶναι.

Lib. II. *Cap.* 1.

Deinde est regio, ditis admodum soli, inhabitabilis tamen, quia Gryphi saevum & pertinax ferarum genus aurum terra penitus egestum mirè amant, mirèque custodiunt: & sunt infesti attingentibus. Hominum primi sunt Scythae, Scytharum queis singuli oculi esse dicuntur, Arimaspi. Ab iis Issedones usque ad Mocotida.

Cap. 26. Νόμοισι δὲ Ἰσηδόνες τοῖσιδε λέγουσι· ἐπεὰν ἀνδρὶ ἀποθάνοι πατήρ, οἱ προσήκοντες πάντες προσάγουσι πρόβατα, καὶ ἔπειτα ταῦτα θύσαντες, καὶ κατακερματίσαντες τὰ κρέα, κατατάμνουσι καὶ τὸ τοῦ δεκομένου τεθνεῶτα γονέα, ἀναμίξαντες δὲ πάντα τὰ κρέα, δαῖτα προτίθενται. τὴν δὲ κεφαλὴν αὐτοῦ ψιλώσαντες καὶ ἐκκαθήραντες, ἀποχρυσοῦσι, καὶ ἔπειτα ἄγαλμα αὐτὴν ἀγάλλουσι μεγάλαις ἐπετείοις θυσίαις τελέουντες. παῖς δὲ παρὰ τοῦτο πίπτει, κατάπερ οἱ Ἕλληνες τὰ ἡρῷα.

Cap. 33. Πρῶτον δὲ τοὺς Ὑπερβορέους πέμψαι φερούσας τὰ ἱρὰ δύο κόρας, τὰς ὀνομάζουσι Δήλιοι εἶναι Ὑπερόχην τε καὶ Λαοδίκην. ἅμα δὲ αὐτοῖσι ἀσφαλείης ἕνεκεν πέμψαι τοὺς Ὑπερβορέους τῶν ἀστῶν ἄνδρας πέντε πομπούς, τούτους δὲ νῦν Περιφερέες καλέουσι, πομπὰς μεγάλας ἐν Δήλῳ ἔχοντες. ἐπεὶ δὲ τοῖσι Ὑπερβορέοισι τοὺς ἀποπεμφθέντας ὀπίσω οὐκ ἀπονοστέειν, δεινὰ ποιευμένους, εἰ σφέας αἰεὶ καταλάμψει, ἀποστέλλοντας μὴ ἀποδέκεσθαι. ἔτω δὴ φέροντας ἐς τοὺς ὅρους τὰ ἱρὰ ἐνδεδυμένα ἐν πυροῖσι καλάμου, τοὺς πλησιοχώρους ἀποσκήπτειν, κελεύοντας προπέμπειν σφέας ἀπ' ἑωυτῶν ἐς ἄλλο ἔθνος. καὶ ταῦτα μὲν ἔτω προπεμπόμενα ἀπικνέεσθαι λέγουσι ἐς Δῆλον.

Cap. 47. Ἴστρος μὲν πεντάστομος· μετὰ δὲ Τύρης τε, καὶ Ὕπανις, καὶ Βορυσθένης, καὶ Παντικάπης, καὶ Ὑπάκυρις, καὶ Γέρρος, καὶ Τάναϊς· ῥέουσι γὰρ οὕτω τάδε. Ἴστρος μὲν ἐὼν μέγιστος ποταμῶν πάντων, τῷ ἡμεῖς ἴσμεν, ἴσος αἰεὶ αὐτὸς ἑωυτῷ ῥέει καὶ θέρεος καὶ χειμῶνος

Ibidem.

Isſedones funera parentum laeti & victimis ac feſto coitu familiarium celebrant. Corpora ipſa laniata, & caeſis pecorum viſceribus immiſta epulando conſumunt. Capita ubi fabrè expolivêre, pro poculis gerunt. Haec ſunt apud eos ipſos pietatis ultima officia.

Statim de Axiacis.

Pocula ut Isſedones parentum, ita inimicisſimorum capitibus expoliunt.

Lib. III. *Cap.* 5.

Hyperborei ſacris operati, maximè Apollinis, quorum primitias Delon miſisſe initio per virgines ſuas; deinde per populos ſubinde tradentes ulterioribus: moremque eum diu, & donec vitio gentium temeratus eſt, ſervasſe referuntur.

Plinius Lib. IV. *Cap.* 12.

Nec libet dubitare de gente Hyperborea, cum tot auctores prodant, frugum primitias ſolitos Delon mittere Apollini, quem praecipuè colunt. Virgines ferebant eas, hoſpitiis gentium per annos aliquot venerabiles; donec violata fide in proximis accolarum finibus deponere ſacra ea inſtituêre, hique ad conterminos deferre, atque ita Delon usque. Mox & hoc ipſum exolevit.

Lib. II. *Cap.* 1.

Callipidas Axiacasque ab Iſtricis Tyra ſeparat: ſurgit in Neuris. Qua exit, ſui nominis oppidum attingit. At ille qui Scythiae populos à ſequentibus dirimit, apertis in Germania fontibus, alio quàm deſinit nomine, exoritur. Nam per

μῶν. πρῶτος δὲ τὸ ἀπ' ἑσπέρης τ ἐν τῇ Σκυθικῇ ῥέων, καὶ τοιόνδε μέγιστος γέγονε, ποταμῶν καὶ ἄλλων ἐς αὐτὸν ἐκδιδόντων. εἰσὶ δὲ οἵδε οἱ μέγαν αὐτὸν ποιεῦντες· Δρὰ μέν γε τ Σκυθικῆς χώρης, πέντε μὲν οἱ ῥέοντες. *Paullò pòst:* ῥέει γὰρ δὴ Δρὰ πάσης τ Εὐρώπης ὁ Ἴστρος, ἀρξάμενος ἐκ Κελτῶν, οἳ ἔσχατοι πρὸς ἡλίου δυσμέων μετὰ Κύνητας οἰκέουσι τ ἐν τῇ Εὐρώπῃ, ῥέων δὲ Δρὰ πάσης τ Εὐρώπης, ἐς τὰ πλάγια τ Σκυθέων ἐσβάλλει. τούτῳ ὦν τ καταλεχθέντων καὶ ἄλλων πολλῶν συμβαλλομένων τὸ σφέτερον ὕδωρ, γίνεται ὁ Ἴστρος ποταμῶν μέγιστος· ἐπεὶ ὕδωρ γε ἓν πρὸς ἓν συμβάλλειν ὁ Νεῖλος πλήθει οὐκ ἀποκρατέει. ἐς γὰρ δὴ τοῦτον, ἔτε ποταμὸς ἔτε κρήνη ὐδεμίη ἐσδιδοῦσα, ἐς πλῆθός οἱ συμβάλλεται.

Cap. 52. Τελευτᾷ δὲ Ὕπανις ποταμὸς ὁρμώμενος μὲν ἐκ τ Σκυθικῆς. ῥέει δὲ ἐκ λίμνης μεγάλης, τὴν περιοικέουσι νέμονται ἵπποι ἄγριοι λευκοί. καλέεται δ' ἡ λίμνη αὕτη ὀρθῶς, μήτηρ Ὑπάνιος. ἐκ ταύτης ὦν ἀναπέλλων ὁ Ὕπανις ποταμὸς ῥέει. ὑπὶ μὲν πέντε ἡμερέων πλόον βραχὺς καὶ γλυκύς ἐστι. ἀπὸ δὲ τούτου πρὸς θαλάσσης τεσσέρων ἡμερέων πλόον, πικρὸς δεινῶς. ἐκδιδοῖ γὰρ ἐς αὐτὸν κρήνη πικρὴ, ἥτις δή τις ἐοῦσα πικρὴ, ἣ μεγέθει σμικρὴ ἐοῦσα, κιρνᾷ τ Ὕπανιν, ἐοῦσα ποταμὸν ἐν ὀλίγοισι μέγαν. ἔστι δὲ ἡ κρήνη αὕτη ἐν ὅροισι χώρης τ τε ἀροτήρων Σκυθέων καὶ Ἀλαζόνων. ὄνομα δὲ τῇ κρήνῃ, καὶ ὅθεν ῥέει τῷ χώρῳ, Σκυθιστὶ μὲν Ἀμαξάμπης· καὶ δὲ τῇ Ἑλλήνων γλώσσαν, ἱραὶ ὁδοί.

Cap. 46. Τοῖσι Σκύθαις μήτε ἄστεα, μήτε τείχεα ἢ ἐκπεπτωμένα, ἀλλὰ φερέοικοι ἐόντες πάντες, ἕωσι ἱπ-

πατο-

immania magnarum gentium diu Danubius eſt. Deinde aliter appellantibus accolis, Iſter fit: acceptisque aliquot amnibus ingens jam, & eorum qui in noſtrum mare decidunt tantum Nilo minor: totidem quot ille oſtiis, ſed tribus tenuibus, reliquis navigabilibus effluit.

Lib. II. *Cap.* I.

Callipidas Hypanis includit: ex grandi palude oritur, quam Matrem ejus accolae appellant: & diu qualis natus eſt defluit. Tandem non longè à mari ex parvo fonte, cui Exampeo cognomen eſt, adeò amaras aquas accipit, ut ipſe quoque jam ſui diſſimilis & non dulcis hinc defluat.

Lib. I. *Cap.* 9.

Proximis nullae quidem urbes: ſtata tamen domicilia ſunt quae mapalia appellantur: victus aſper & immunditiis carens.

Et

ποτεξόται, ζώοντές τε μὴ ἀπ' ἀρότρου, ἀλλ' ἀπὸ κτηνέων, οἰκήματά τέ σφι ἢ ἐπὶ ζεύγεων.

Cap. 53. Τῶν δὲ λοιπῶν Βορυσθένης ἐστὶ πλυναρχέστατος, ὃς νομάς τε καλλίστας καὶ εὐνομιδεστάτας κλήνεσι παρέχει, ἰχθύας τε ἀρίστους Δρακηλδὸν καὶ πλείστους· πίνεται δέ τε ἡδιστός ἐστι· ῥεῖ τε καθαρὸς ἄλλοις ἀπὸ θολεροῖσι, σπόρος τε παρ' αὐτὸν ἄριστος γίνεται, πόιη τε, τῇ ἀ σπείρεται ἡ χώρη, βαθυτάτη. ἄλσεα τε ἔστι τῷ ξύμπαντι αὐτῷ αὐτομάτοι πήγνυται ἄπλετοι· κήτεά τε μεγάλα ἀνάκανθα, τὰ ἀντακαίους καλέουσι, παρέχεται ἐς ταρίχευσιν· ἄλλα τε πολλὰ θωϋμάσαι ἄξια. μέχρι μὲν νῦν Γερρέων χώρης, ἐς ἃς τεσσεράκοντα ἡμερέων πλόος ἐστὶ, γινώσκεται ῥέων ἀπὸ βορέω ἀνέμου· τὰ δὲ κατύπερθε δι' ὧν ῥεῖ ἀνθρώπων οὐδεὶς ἔχει φράσαι. φαίνεται δὲ ῥέων δι' ἐρήμου ἐς τῶν γεωργῶν τῶν Σκυθέων τὴν χώρην. *Post paulò:* πέρην δὲ ἱρὸς Δήμητρος ἵδρυται τῷ Ὑπάνι Βορυσθενίτῃ κατοίκην.

Cap. 59. Ἀγάλματα δὲ καὶ βωμοὺς καὶ νηοὺς οὐ νομίζουσι ποιέειν πλὴν Ἄρηϊ.

Cap. 61. Τῆς δὲ γῆς τῆς Σκυθικῆς αἰνῶς ἀξύλου ἐούσης, ὧδέ σφι ἐς τὴν ἕψησιν τῶν κρεῶν ἐξεύρηται· ἐπεὰν ἀποδείρωσι τὰ ἱρήϊα γυμνοῦσι τὰ ὀστέα τῶν κρεῶν. ἔπειτα δὲ ἐσβάλλουσι, ἢν μὲν τύχωσι ἔχοντες λέβητας ἐπιχωρίους, μάλιστα Λεσβίοισι κρητῆρι παραπλησίους, χαλεοὺς ἢ ὅτι πολλῷ μείζονας· ἐς τούτους ἐσβάλλοντες, ἕψουσι τὰ ὀστέα τῶν ἱρηίων. καὶ ἢν βοὸς τε ἐωυτὸν ἐξέψῃ καὶ πάντα ἱρήϊα ἐωυτὸ ἕλκουσι.

Cap.

Et Lib. II. *Cap.* I.

Agathyrsi & Sauromatae ambiunt, qui pro sedibus plaustra habent, dicti ἁμαξόβιοι.

* Seneca *Hercule Furente*, de Fortuna:
Intravit Scythiae multivagas domos,
Et gentes patriis sedibus hospitas.

Lib. II. *Cap.* I.

Tum Borysthenes gentem sui nominis abluit: inter Scythiae amnes amoenissimus, turbidis aliis liquidissimus defluit: placidior quàm ceteri, potarique * pulcherrimus. Alit laetissima pabula magnosque pisces, quibus & optimus sapor, & nulla ossa sunt. Longè venit, ignotisque ortus è fontibus, quadraginta dierum iter alveo stringit, tantoque spacio navigabilis, secundùm Borysthenida & Olbida, Graeca oppida egreditur.

* *Potarique pulcherrimus*] *Potarique dulcissimus* Melam scripsisse ut credam, adducor Herodoti auctoritate. Sic enim ille; πινόθαι τε ἥδιστός ἐστι.

Ibidem.

Mars omnium Deus.

Lib. II. *Cap.* I. *de Scythis.*

Pro simulachris enses & tentoria dedicant, hominesque pro victimis feriunt. Terrae latè patent, & ob excedentia ripas suas plerumque flumina, nusquam non ad pabula fertiles. Alicubi usque adeò steriles ad cetera, ut qui * habitant, lignorum egentes ignes ossibus alant.

* *Qui habitant*] Si Herodotum sequitur, scripsit, *ut qui sacrificant.* Eruditus Lector arbitrabitur.

Lib.

Cap. 62. Ἐπὶ τούτῳ δὴ ᾧ ὄγκῳ ἀκινάκης σιδήρεος ἱδρυ) ἀρχαίῳ ἑκάστοισι· καὶ τοῦτ' ἐστὶ ᾧ Ἄρηος τὸ ἄγαλμα. τούτῳ ᾗ τῷ ἀκινάκῃ θυσίας ἐπετείους πομπάγουσι πρόβατων καὶ ἵππων. καὶ δὴ καὶ τοῖσδ' ἔπι πλέω θύουσι ἢ τοῖσι ἄλλοισι θεοῖσι. ὅσους δ' ἂν τῶν πολεμίων ζωγρήσωσι, ἀπὸ τῶν ἑκατὸν ἀνδρῶν ἄνδρα ἕνα θύουσι τρόπῳ ἀπὸ τῷ αὐτῷ, ᾧ καὶ τὰ πρόβατα, ἀλλ' ἑτεροίῳ.

Cap. 64. Ἐπεὰν τὸν πρῶτον ἄνδρα καταβάλῃ ἀνὴρ Σκύθης, ᾧ αἵματος ἐμπίνει. ὅσους δ' ἂν φονεύσῃ ἐν τῇ μαχῇ, τούτων τὰς κεφαλὰς ἀποφέρει τῷ βασιλεῖ. ἀπενείκας μὲν γὰρ κεφαλὴν, τῆς λείης μεταλαμβάνει τὴν ἂν λάβωσι· μὴ ἐνείκας δὲ, οὔ. *Mox, de pelle humana detracta.* Ὅσοι γὰρ ἂν πλείστα δέρματα χειρόμακτρα ἔχωσι, ἀνὴρ ἄριστος ἔστος κέκριται. πολλοὶ δὴ αὐτέων συρράπτοντες ἀποδερμάτων τὰ χλαίνας ἐπείνυσθαι ποιεῦσι, συρράπτοντες κατάπερ βαίτας.

Cap. 65. Πολλοὶ δὴ καὶ ὅλους ἀνδρὰς ἐκδείραντες, καὶ μαστείναντες ἀπὸ ξύλων, ἐπ' ἵππων περιφέρουσι. τοῦτα μὲν δὴ ἅτα σφι νενόμισται. αὐτὰς δὲ τὰς κεφαλὰς, ἅτοι πάντων, ἀλλὰ τῶν ἐχθίστων, ποιεῦσι τάδε· ἀποπρίσας ἕκαστος πᾶν τὸ ὑπερθεν τῶν ὀφρύων, ἐκκαθαίρει.

Cap. 66. Ἀπαξ δὲ τὸ ἐνιαυτὸ ἑκάστῳ ἐνομάρχῃ ἕκαστος ἐν τῷ ἑωυτῷ νομῷ κίρνᾷ κρητῆρα οἴνου, ἀπ' οὗ πίνουσι τῶν Σκυθέων ὅσοις δὴ ἄνδρες πολέμιοι * ἀραιρημένοι ἔωσι· τοῖσι δ' ἂν μὴ κατεργασμένον ᾖ τοῦτο, ἀγεύστου ᾗ οἴνου τούτου, ἀλλ' ἠπιμωμένοι ἀποκατέαται. Ὄνειδος δέ σφι ἐστὶ μέγιστον τοῦτο· ὅσοι δὲ ἂν αὐτῶν καὶ καρτα πολλοὺς ἄνδρας ἀνῃρημένοι ἔωσι, ἅτοι δὲ σὺν δύο κύλικας ἔχοντες, πίνουσι ὁμοῦ.

Cap.

* Pro ἀραιρημένοι, quod in Aldino eſt, quo uſus ſum, leg. cenſeo ἀναιρημένοι.

Lib. II. *Cap.* I.

Bella caedesque amant: mosque est bellantibus, cruorem ejus, quem primum interemerint, ipsis è vulneribus ebibere. Ut quisque plures interemerit, ita apud eos habetur eximius. Ceterùm expertem esse caedis inter opprobria vel maximum. Inter epulas, quot quisque interfecerit referre, laetissima & frequentissima mentio: binisque poculis, qui plurimos * retulere perpotatis, interlocantur: is honos praecipuus est. Pocula ut Issedones parentum, ita inimicissimorum capitibus expoliunt. Apud Anthropophagos ipsae etiam epulae viscеribus humanis apparantur. Geloni hostium cutibus equos, seque velant: illos, reliqui corporis; se, capitum.

* Fortè in Mela leg. *qui plurimos retulere, perpotant.* ut τὸ *interlocantur* redundet, pro quo Pintianus, *interjungunt:* qua voce & Martialem usum nunc didici: & *interjunctas dextras* dixit Livius, quod Maro, *& dextram jungere dextrae.* Sed tamen vereor ut hic quadret. Herodotus *Erato:* Σπαρτιῆται ἐπεὰν ζωρότερον βέλωνται πίνειν, ἐπισανύζειν λέγεσι.

Ibidem

Cap. 70. Ὅρκια δὲ πιεῖν Σκύθαι ὧδε, ὡς τὰς ἂν πίωσι· ἐς κύλικα μεγάλην κεραμίνην οἶνον ἐγχέαντες, αἷμα συμμίσγουσι τῶν τὰ ὅρκια ταμνομένων, τύψαντες ὑπέρδια, ἢ ὀλίγον μάχαιρα σμικρὸν τοῦ σώματος· καὶ ἔπειτα ἀποβάψαντες ἐς τὴν κύλικα ἀκινάκεα, καὶ ὀϊστούς, καὶ σάγαριν, καὶ ἀκόντιον. ἐπὰν δὲ ταῦτα ποιήσωσι, κατεύχονται πολλὰ, καὶ ἔπειτα ἀποπίνουσι αὐτοί τε οἱ τὸ ὅρκιον ποιεύμενοι, καὶ τῶν ἑπομένων οἱ πλείστου ἄξιοι.

Cap. 78. Οἱ δὲ Βορυσθενεῖται λέγουσι σφέας αὐτοὺς εἶναι Μιλησίους.

Cap. 81. Ἔστι μεταξὺ Βορυσθενείτεω τε ποταμοῦ, καὶ Ὑπάνιος χώρος· ἔνορμος δ' ἔστι οἰκὶ Ἐξαμπαῖος, ὃ καὶ ὀλίγον τι πρότερον τούτων μνήμιον εἶχον, Φάμενος ἐν αὐτῷ κρήνην ὕδατος πικροῦ εἶναι, ἀπ' ἧς τὸ ὕδωρ ἀποῤῥέον τοῦ Ὑπάνιος ἄπολον ποιέει.

Cap. 103. Θύουσι Ταῦροι μὲν τῇ παρθένῳ τοὺς τε ναυηγοὺς, καὶ τοὺς ἂν λάβωσι Ἑλλήνων ἐπαναχθέντας. Τὴν δὲ δαίμονα ταύτην τῇ θύουσι, λέγουσι αὐτοὶ Ταῦροι Ἰφιγένειαν τὴν Ἀγαμέμνονος εἶναι.

Cap. 105. Κινδυνεύουσι δὲ οἱ ἄνθρωποι ἔτοι (Νόμοι) γόητες εἶναι. λέγουσι γὰρ ὑπὸ Σκυθέων καὶ Ἑλλήνων τοὺς ἐν τῇ Σκυθικῇ κατοικημένους, ὡς ἕτεος ἑκάστου ἅπαξ τοῦ Νευρῶν ἕκαστος, λύκος γίνεται ἡμέρας ὀλίγας, καὶ αὖτις ὀπίσω ἐς τὠὐτὸ κατίστατο. ἐμὲ μὲν νυν ταῦτα λέγοντες οὐ πείθουσι. λέγουσι δὲ οὐδὲν ἧσσον, καὶ ὀμνύουσι δὲ λέγοντες.

Cap.

Ibidem Mela de iisdem.

Ne foedera quidem incruenta sunt. Sauciant se qui paciscuntur, exemptumque sanguinem, * ubi permiscuere, degustant. Id putant mansurae fidei pignus certissimum.

* *Ubi permiscuere*] Credo scripsisse Melam, *ubi vino permiscuere* Herodoti auctoritatem secutus.

Lib. II. *Cap.* I. *de Borysthene fluvio.*

Secundum Borysthenida & Olbida Graeca oppida egreditur.

Lib. II. *Cap.* I.

Callipidas Hypanis includit: ex grandi palude oritur, quam Matrem ejus accolae appellant, & diu qualis natus est defluit. Tandem non longè à mari ex parvo fonte, cui * Exampeo cognomen est, adeò amaras aquas accipit, ut ipse quoque jam sui dissimilis, & non dulcis hinc defluat.

* Suprà Herodotus, corruptè fortasse Ἀμαξάμπιον vocavit.

Ibidem.

Tauri Iphigeniae & Orestis adventu maxime memorati: immanes sunt moribus, immanemque famam habent solere pro victimis advenas caedere.

Lib. II. *Cap.* I.

Apud Anthropophagos ipsae etiam epulae visceribus humanis apparantur. Melanchlaenis atra vestis, & ex ea nomen. Neuris statum * singulis tempus est, quo, si velint, in lupos, iterumque in eos qui fuere, mutentur.

Cap. 106. Ἀνδροφάγοι δὲ ἀγελώταις πάντων ἀνθρώπων ἔχουσι ἦθεα, ὅτε οἰκὴν νομίζοντες, ὅτε νόμῳ ὁδενὶ χρεώμενοι. νομάδες δὲ εἰσί· ἐσθῆτα δὲ φορέουσι τὴν Σκυθικὴν ὁμοίην· γλῶσσαν δὲ ἰδίην.

Cap. 107. Μελάγχλαινοι δὲ εἵματα μὲν μέλανα φορέουσι πάντες, ἀπ' ὧν καὶ τὰς ἐπωνυμίας ἔχουσι. ἀνδροφαγέουσι δὲ μοῦνοι τέτων· νόμοισι δὲ Σκυθικοῖσι χρέωνται.

Cap. 108. Οὔνεμα δὲ τῇ πόλι ἐστὶ Γελωνός. ἔστι δὲ τεῖχος μέγα θῶμα κῶλον ἕκαστον, τειήκοντα σταδίων ἐστί. ὑφηλὸν δὲ καὶ πᾶν ξύλινον· καὶ οἰκίαι αὐτῶν ξύλιναι, καὶ τὰ ἱερά· ἔστι γὰρ δὴ καὶ αὐτόθι Ἑλληνικῶν θεῶν ἱερά, Ἑλληνικῶς κατεσκευασμένα ἀγάλμασί τε καὶ βωμοῖσι, καὶ ναοῖσι ξυλίνοισι.

Cap. 109. Ὑπὸ μέντοι Ἑλλήνων καλέονται καὶ οἱ Βουδῖνοι, Γελωνοί, ἐκ ὀρθῶς καλεόμενοι· ἡ δὲ χώρη σφέων πᾶσά ἐστι δασέη ἰδῃσι παντοίῃσι. ἐν δὲ τῇ ἴδῃ τῇ πλείστῃ ἐστὶ λίμνη μεγάλη τε καὶ πολλὴ, καὶ ἕλος, καὶ κάλαμος περὶ αὐτήν.

Cap. 117. Τὰ περὶ γάμων (τῶν Ἀμαζόνων) ὧδέ σφι διακέεται. ἐς γαμέτας παρθένος ἐδεμία, πρὶν ἂν τῶν πολεμίων ἄνδρα ἕλπτείνῃ. αἱ δέ τινες αὐτέων καὶ τελευτῶσι γηραιαὶ πρὶν γήμασθαι, ἐς δυνάμιαν τὸν νόμον ἐκπλῆσαι.

Cap. 172. Γυναῖκας δὲ νομίζοντες πολλὰς ἔχειν (Νασαμώνων) ἕκαστος, ἐπίκοινον αὐτέων τὴν μίξιν ποιεῦνται, τρόπῳ τοιῷδε ἐπιτελέσι, τῷ καὶ Μασσαγέται, ἐπὰν σιμπώσω τὸ πρῶτον), μίσγονται. πρῶτον δὲ γαμέοντος Νασάμωνος ἀνδρὸς νόμος ἐστὶ τὴν νύμφην κυκὶ τῇ πρώτῃ πάντων διεξελθεῖν τῶν δαιτυμόνων μισγομένην· τῶν δὲ ὡς ἕκαστος δὴ μιχθῇ, δίδοῖ δῶρον τὸ ἂν ἔχῃ φερόμενος ἐξ οἴκου.

* Credo leg. *ſtatum ſingulis annis tempus eſt.* Graece, ὡς ἐτῶν ἑκάστῳ.

Lib. I. *Cap.* 21.

Regna Amazonum, fecundos pabulo, ad alia ſteriles, nudosque campos tenent Budini, Geloni urbem ligneam habitant.

Ibidem.

Feminae nubunt; verùm ut nubiles habeantur, non in aetate modus eſt. Niſi quae hoſtem interemere, virgines manent.

Lib. I. *Cap.* 8.

Quod ſingulis aliquot ſimul conjuges: & plures ob id liberi agnatique ſunt, nusquam pauci degunt. *Poſt:* Apud Auſenſes nulli certa uxor eſt. Ex his qui tam confuſo parentum coitu paſſim incertique naſcuntur, quos pro ſuis alant, formae ſimilitudine agnoſcunt. Augilae Manes tantum Deos putant, per eos dejerant: eos ut ora-

οἴκασι. Ὀρκωσι δὲ καὶ μαντικῇ χρεῶν) τοιῇδε. ὀμνύουσι μὲν τοὺς σφίσι ἄνδρας δικαιοτατους καὶ ἀρίστους λεγομένους γενέσθαι τούτους, τῶν τύμβων ἀπτόμενοι. μαντεύονται δὲ ὑπὸ τῶν προγόνων φοιτέοντες τὰ σήματα· καὶ κατευξάμενοι ὑπικατακοιμέονται. τὸ δ' ἂν ἴδοιεν τῇ ὄψει ἐνύπνιον, τούτῳ χρῶνται.

Herodotus haec omnia citra exceptionem tribuit Naſamonibus populis Αὐσχισίων: nihil Augilis. Ubi fortè Αὐσχιλίων leg. ex Stephano περὶ πολίων Mela Αὐσίων videtur legisſe: vertit enim *Auſenſes*: niſi fortè *Auſchiſenſes* vel *Auſchilenſes* leg. cuiquam videatur. Quem Αὔγιλα χῶρον vocat Halicarn. puto ex Pomponio Αὔγιλα ſcrib. ut ex ambiguitate litterarum ι. & υ. in corrupta linguae Graecae pronunciatione natum mendum appareat. De his inf. Quos vero τοὺς προγόνους Herod. *Manes* Mela reddidit. Plinius lib. v. cap. 8. *inferos* exſcripſit: non rectè mea ſententia. Mortuos enim intelligit majores & Parentes Augylarum, ἄνδρας δικαιοτάτους καὶ ἀρίστους λεγομένους γένεσθαι. Aeſculapio ſic incubabant antiqui. vide Strabonem, & Plautum *Curcul.*

Cap. 174. Τετέων δὲ κατύπερθε πρὸς νότον ἄνεμον, ἐν τῇ ψαμώδεϊ οἰκέουσι * Γαραμάντες, οἳ πάντα ἄνθρωπον φεύγουσι, καὶ παντὸς ὁμιλίαν. καὶ ἔτε ὅπλων ἐκτέαται ἀρίζηλον ἔδεν, ἔτε ἀμύνεσθαι ἐπιστέαται. Οὗτοι μὲν δὴ κατύπερθε οἰκέουσι Νασαμώνων.

Cap. 175. Ἐς δὲ † πόλεμον, ἁρμάτων κατοχαίων ὁρμὰς φορέουσι πολεμήματα [Μάκαι †.] Διὰ δὲ αὐτῶν Κίνυψ ποταμὸς ῥέων ἐκ λόφου καλεομένου Χαλίτων, ἐς θάλασσαν ἐκδίδοι.

Cap. 180. Οὗτοι δὲ καὶ οἱ Μάχλυες πέλας τὴν τέλ-

τω-

* Equidem in Herod. Γαμφάσαντες non Γαράμαντες leg. contenderim, & locum ab indoctis librariis corruptum, qui Garamantes eſſe audierant: De Gamphaſantibus verò nunquam in mentem ne per ſomnium quidem venerat. Eadem enim Mela & ex eo Plinius lib. VI. cap. 8. Martianus Capella lib. VI.

† Julius Pollux lib. I. *Onomaſt.* Ἅρμασι καὶ τροχοῖς ἀντὶ θαλάμων καὶ ἀσπίδων ἐπράττοντο.

cula consulunt, precatique quae volunt, ubi tumulis incubuere, pro responsis ferunt somnia.

Feminis eorum solemne est, nocte, qua nubunt, omnium stupro patere, qui cum munere advenerint: & tum cum plurimis concubuisse maximum decus: in reliquum pudicitia insignis est.

Lib. 1. *Cap.* 8.

Nudi sunt Gamphasantes, armorumque omnium ignari: nec vitare sciunt tela nec jacere: ideoque obvios fugiunt, neque aliarum quàm quibus idem ingenii est, aut congressus, aut colloquia patiuntur.

Ibidem.

Primores sagis velantur: vulgus bestiarum pecudumque pellibus.

Lib. 1. *Cap.* 7.

Ultrà est Oea oppidum, & Cinyps fluvius per uberrima arva decidens.

Lib. 1. *Cap.* 7.

Super hunc Syrtis ingens palus amnem Tritona recipit: ipsa Tritonis: unde & Minervae cognomen inditum est, ut incolae arbitrantur ibi genitae; faciuntque ei fabulae aliquam fidem, quòd quem natalem ejus putant, ludicris virginum inter se decertantium celebrant.

τωνίδος λίμνῃ οἰκέσι. τὸ μέσον δὲ σφι ἐρίζῃ ὁ Τρίτων. καὶ οἱ μὲν Μάχλυες τὰ ὀπίσω κομέσι τῆς κεφαλῆς· οἱ δὲ Αὐσῆς τὰ ἔμπροσθεν. ὁρτῇ δὲ ἐνιαυσίῃ Ἀθηναίης οἱ παρθένοι αὐτῶν δίχα διχῇ μάχονται πρὸς ἀλλήλας λίθοισί τε καὶ ξύλοισι, τῇ αὐθιγενέϊ θεῷ λέγοντες τὰ πάτρια ἀποτελέειν, τὴν Ἀθηναίην καλέσι. τὰς δὲ ἀποθνησκέσας παρθένους ἐπὶ τῶν τρωυμάτων ψευδοπαρθένους καλέσι. Τὴν δὲ Ἀθηναίην φασὶ Ποσειδέωνος εἶναι θυγατέρα καὶ τῆς Τριτωνίδος λίμνης· καί μιν μεμφθεῖσάν τι τῷ πατρὶ δόναι ἑωυτὴν τῷ Διΐ. τὸν δὲ Δία ἑωυτῆς μιν ποιήσασθαι θυγατέρα. ταῦτα μὲν λέγεσι. Μίξιν δὲ ἐπίηνιον τῶν γυναικῶν ποιέονται, ἔστε σιωσικέοντες, κληνηδόν τε μισγόμενοι. ἐπεὰν δὲ γυναικὶ τὸ παιδίον ἀνδρὸν γένηται, συμφοιτέσι ἐς τὠυτὸ οἱ ἄνδρες τρίτῃ μηνὸς, καὶ * τῷ ἂν ἥκῃ τῶν ἀνδρῶν τὸ παιδίον, τούτου παῖς νομίζεται.

Cap. 181. Πρῶτοι μὲν ἀπὸ Θηβέων ἁμὰ δέκα ἡμερέων ὁδῷ Ἀμμώνιοι, ἔχοντες τὸ ἱρὸν ἀπὸ τοῦ Θηβαιέος Διὸς καὶ γὰρ τὸ ἐν Θήβῃσι, ὡς καὶ πρότερον εἴρηταί μοι, κεκορυθώσωται ἐκ Διὸς τὸ ἄγαλμά ἐστι. συχνὰ δὲ καὶ ἄλλα σφι ὕδωρ κρηναῖον ἐόν· τὸ τὲ μὲν ὄρθρου γίνεται χλιαρὸν, ἀγορῆς δὲ πληθυούσης ψυχρότερον. μεσαμβρίη τέ ἐστι, καὶ τὸ κάρτα γίνεται ψυχρόν. τηνικαῦτα δὲ ἄρδουσι τοὺς κήπους. ἀποκλινομένης δὲ τῆς ἡμέρης, ὑπίεται μὲν ψυχρὸν, ἐς δὲ δύσιν τε ὁ ἥλιος, καὶ τὸ ὕδωρ γίνεται χλιαρόν. ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἰὸν ἐς τὸ θερμὸν, ἐς μέσας νύκτας πελαγίζει. τηνικαῦτα δὲ ζέει ἀμβολάδην. παρέχονταί τε μέσαι νύκτες, καὶ ψύχεται μέχρι ἐς ἠῶ. ἐπίκλησιν δὲ αὐτῇ κρήνῃ καλέεται ἡλίου.

Cap.

* Laur. Valla reddidit: *apud quem virum habitare sustinet.* Malè. Ex Mela discere poterat vertendum, *cui forma similis fuerit.* Mox in Herod. Aldino: παρατείνεσι ὑπὸ Θηβαίων τῶν Αἰγυπτίων ἐπὶ Ἡρακλείας φύλας: puto mendosum esse, legendumque ἀπὸ Θηβαίων.

Lib. I. *Cap.* 8.

Apud Auſenſes nulli certa uxor eſt. Ex his qui tam confuſo parentum coitu paſſim incertique naſcuntur, quos pro ſuis alant, formae ſimilitudine agnoſcunt. *Et ſup.* Quod ſingulis aliquot ſimul conjuges, & plures ob id liberi aguatique ſunt, nusquam pauci degunt.

Ibidem.

Ad Catabathmon Cyrenaica provincia eſt, in eaque ſunt Ammonis oraculum*, fidei inclytae: & fons quem Solis appellant. Fons media nocte fervet, mox & paullatim tepeſcens, fit luce frigidus: tunc ut Sol ſurgit ita frigidior: ſubinde per Meridiem maximè riget. Sumit deinde tepores iterum, & prima nocte calidus, atque ut illa procedit, ita calidior. Rurſus cùm eſt media, perfervet.

* De Ammonis oraculo Plinius lib. v. cap. 5. & lib. vi. cap. 29. De fonte Solis ibidem lib. & cap. 5. & lib. II. cap. 103. & Arrianus *de geſtis Alexandri* initio: Lucretius lib. vi. & Strabo lib. xvii. *Geograph.*

Cap. 183. Ἕτερος ἁλὸς κολωνὸς, καὶ ἄνθρωποι οἰκέουσι ἐν αὐτῷ, τοῖσι ὄνομα Γαραμάντες ἐσι, ἔθνος μέγα ἰσχυρῶς. ἐν τοῖσι καὶ οἱ ὀπισθονόμοι βόες γίνονται. ὀπισθονόμοι δὲ διὰ τόδε εἰσί· τὰ κέρεα ἔχουσι κεκυφότα ἐς τὸ ἔμπροσθεν. διὰ τοῦτο ὀπίσω ἀναχωρέοντες, νέμονται, ἐς γὰρ τὸ ἔμπροσθεν ἐκ οἷοί τε εἰσὶ, προσεμβάλλοντων ἐς τὴν γῆν τῶν κεράων. ἄλλο δὲ οὐδὲν διαφέρουσι τῶν ἄλλων βοῶν, ὅτι μὴ τοῦτο, καὶ τὸ δέρμα ἐς παχύτητά τε, καὶ τέλμα. *Mox:* Σιτέονται δὲ οἱ Τρωγλοδύται ὄφις, καὶ σαύρας, καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ἑρπετῶν. γλῶσσαν δὲ οὐδεμιὴν ἄλλῃ παρομοίην νενομίκασι, ἀλλὰ τετρύγασι, κατάπερ αἱ νυκτερίδες.

Cap. 184. Ἀπὸ δὲ Γαραμάντων δι' ἀλλέων δέκα ἡμερέων ὁδὸς, ἄλλος τε κολωνὸς, καὶ ὕδωρ, καὶ ἄνθρωποι περὶ αὐτὸν οἰκέουσι, τοῖσι ὄνομά ἐστι Ἄτλαντες, οἳ ἀνώνυμοί εἰσι μέντοι ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν ἁλέσι μὲν γὰρ σφι ἐστὶ Ἄτλαντες ὄνομα, ἑνὶ δὲ ἑκάστῳ αὐτέων ὄνομα οὐδὲν κέεται. ἔτοι τῷ ἡλίῳ ὑπερβάλλοντι καταρᾶνται, καὶ σφέας τούτοισι πάντα τὰ αἰσχρὰ λοιδορέονται, ὅτι σφέας καίων διαπτρέθει, αὐτούς τε τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὴν χώρην αὐτέων.

Ibid. Ἔχεται δὲ τούτων ἕρος, τὸ οὔνομα Ἄτλας. ἔστι δὲ στεινὸν καὶ κυκλοτερὲς πάντη. ὑψηλὸν δὲ ἔτω δή τι λέγεται, ὡς τὰς κορυφὰς αὐτοῦ οὐκ οἷά τε εἶναι εἰδέσθαι. ἀπέχει γὰρ αὐτὰς ἀπολείπει νέφεα ἔτε θέρεος, ἔτε χειμῶνος. τοῦτο κίονα τοῦ οὐρανοῦ λέγουσιν οἱ ἐπιχώριοι εἶναι. ἐπὶ τούτοις δὲ ἐρέεται οἱ ἄνθρωποι ἔτοι ἐπώνυμοι ἐκ ὀνόματος καλέονται γὰρ δὴ Ἄτλαντες. λέγονται δὲ οὔτε ἔμψυχον ἐδὲν σιτέεσθαι, οὔτε ἐνύπνια ὁρᾶν.

De

Lib. I. *Cap.* 8.

Ex his; qui ultra deserta esse memorantur, Atlantes Solem execrantur, & dum oritur & dum occidit, ut ipsis agrisque pestiferum. * Nomina singuli non habent. Troglodytae nullarum opum domini, strident magis quàm loquuntur. Specus subeunt, alunturque serpentibus. Apud * Garamantas etiam armenta sunt, eaque obliqua cervice pascuntur. Nam pronis directa in humum cornua officiunt.

* *Nomina singuli non habent*] Herodot. ἀλίσι μὲν γάρ σφι ἐστὶ Ἄτλαντες ὄνομα. id est, *universis enim*, vel *confertis*, *nomen est Atlantes*. Valla solemne illud suum servat, & pro ἀλίσι ἅλοι legit, & *sales* insulsè reddidit: quo nihil alsius.

* Pintianus totum hunc locum ex Herodoto & Plinio lib. XI. cap. 37. & lib IIX. cap. de bubus, restituit auxitque: *Specus subeunt alunturque serpentibus. Armenta habent, quae obliqua cervice pascuntur: nam pronis directa in humum cornua officiunt. Apud Garamantas etiam armenta sunt, quae retrò ambulantia pascuntur. Apud Ausenses nulli certa uxor*, &c.

Lib. III. *Cap.* 11.

In arenis mons est Atlas, dense consurgens: verùm incisis undique rupibus praeceps, invius, & quo magis surgit, exilior. Qui, quòd altius quàm conspici potest, * usque in nubila erigitur, caelum & sidera non tangere modò vertice, sed sustinere quoque dictus est.

* *Usque in nubila erigitur*] Fortè *erigi* ex Herodoto leg. non nemo existimabit.

De Zygantibus loquens.

Cap. 194. Μιλτουῆται δ' ὧν πάντες ἔτοι, καὶ σιθηροφαγέουσι· οἱ δὲ σφι ἄφθονοι ὅσοι ἐν τοῖσι ἕρεσι γινονται.

ΤΕΡΨΙΧΟΡΗ.

Cap. 58. Οἱ Φοίνικες ἔτοι οἱ σὺν Κάδμῳ ἀπικόμενοι, ἐς ἔσαν οἱ Γεφυραῖοι, ἄλλα τε πολλὰ, οἰκήσαντες ταύτην τὴν χώρην, ἐσήγαγον διδασκάλια ἐς τοὺς Ἕλληνας, καὶ δὴ καὶ γράμματα, οὐκ ἐόντα πρὶν Ἕλλησι, ὡς ἐμοὶ δοκέειν, πρῶτα μὲν, τοῖσι καὶ ἅπαντες χρέωνται Φοίνικες.

ΠΟΛΥΜΝΙΑ.

Cap. 58. Ὁ δὲ καλ' ἤπειρον τρηχὺς πρὸς ἠῶ τε καὶ ἠλίου ἀνατολὰς ἐποιήσατο τὴν ὁδὸν διὰ τοῦ Χερσονήσου, ἐν δεξιῇ μὲν ἔχων τὸν Ἕλλησποντον τὸν Ἀθαμαντίδα, ἐν ἀριστερῇ δὲ Καρδίην πόλιν. Διὰ μέσης δὲ παρεύμενος πόλι-

Et Lib. I. *Cap.* 8.

Atlantes nomina ſinguli non habent: Non veſcuntur animalibus, neque illis in quiete qualia caeteris mortalibus viſere datur.

Lib. II. *Cap.* I. *de Agathyrſis.*

Ora artusque pingunt: ut quique majoribus praeſtant, ita magis vel minus: Caeterùm iisdem omnes notis, & ſic ut ablui nequeant.

Et Lib. III. *Cap.* 6. *de Britannis.*

Incertum ob decorem, an quid aliud, vitro corpora infecti.

Lib. I. *Cap.* 12.

Phoenicem illuſtravere Phoenices, ſolers hominum genus, & ad belli pacisque munia eximium. Literas & literarum operas, aliasque etiam artes; maria navibus adire, claſſe confligere, imperitare gentibus: regnum praeliumque commenti.

Lib. I. *Cap.* 2.

Ex fluvio quem accipit Melas dictus: duas urbes amplectitur, Alopeconeſum & in altero Iſthmi littore ſitam Cardiam. Eximia eſt Aenos, ab Aenea profugo condita. Circa Hebrum Ci-

cones.

πόλις, τῇ ἔνομα τυγχάνει ἐὸν Ἀγορὴ, ἐνθεῦτεν ἡ κάμπτων τὴν κόλπον τὸν Μέλανα καλεόμενον καὶ Μέλανα ποταμὸν, οὐκ ἀνταρόνζα πότε τῇ στρατιῇ τὸ ῥέεθρον, ἀλλ' ὑπολιπόνζα· τοῦτον τὸν ποταμὸν Δρμβὰς, ἀπ' οὗ καὶ ὁ κόλπος οὗτος τὴν ἐπωνυμίλιν ἔχει, ἡίε ποιὸς ἐσπέρλιν, Αἶνόν τε πόλιν Αἰολίδα καὶ Στεντορίδα λίμνλιν παρεξιὼν, ἐς ὃ ἀπίκεται ἐς Δορίσκον. Ὁ δὲ Δορίσκος ἔστι τὸ Θρηϊκης αἰγιαλός τε καὶ πεδίον μέγα. Δρμα δὲ αὐτῷ ῥέει ποταμὸς μέγας Ἕβρος, ἐν τῷ τεῖχός τε ἐδέδμηλο βασιληϊον, τοῦτο τε δὴ Δορίσκος κέκλητ), καὶ Περσέων φρυρὴ ἐν αὐτῷ κατεσήκεε ὑπὸ Δαρείε ἐξ ἐκείνε δὲ χρόνε ἐπεί τε ὑπὸ Σκύθας ἐγράτευέλο. ἔδοξε ὧν τῷ Ξέρξῃ ὁ χῶρος εἶναι ὑπίτηδες ἐνδρατύξαι τε καὶ ἐξαελθμῆσαι τὴν στρατιν· καὶ ἐποίεε ταῦτα. τὰς μὲν δὴ νέας τὰς πάσας ἀπικομένας ἐς Δορίσκον, οἱ ναυάρχοι, κελεύσανλος Ξέρξεω, ἐς τὸ αἰγιαλὸν τὸ προσεχέα Δορίσκῳ ἐκόμισαν. ἐν τῷ Σάλη τε Σαμοθρηϊκη πεπόλιαζ πόλις, καὶ Ζώνη τελευταίοι ἡ αὐτὸ Σέρρειον, ἄκρη ὀνομαζή. ὁ δὲ χῶρος οὗτος τὸ παλαιὸν ἦν Κικόνων. ἐς τοῦτον τὸν αἰγιαλὸν καταχάνλες τὰς νέας ἀνέψυχον ἀνελκύσανλες. ὁ δὲ ἐν τῷ Δορίσκῳ τοῦτον τὸν χρόνον τὸν στρατιῆς ἀριθμὸν ἐποίεελο. ὅσον μὲν νυῶ ἕκαστοι παρεῖχον πλήθος ἀριθμὸν, οὐκ ἔχω ἐπαμ τὸ ἀτρεκὲς· οὐ γὰρ λέγε) πρὸς ἑδαμῶν ἀνθρώπων. σύμπανλος δὲ δὴ στρατὸς τὸ πλῆθος, ἑβδομήκονζα καὶ ἑκατὸν μυριάδες. ἐξηελθμήθησαν δὲ τόνδε τὸν τρόπον. συναγάγοντο ἐς ἕνα χῶραν μυριάδα ἀνθρώπων, καὶ συνάψαντες ταύτῃ ὡς μάλιστα εἶχον, περιέγραψαν ἔσωθεν κύκλον. περιγράψανλες δὲ καὶ ἀπέντες τὰς μυριάς, αἱμασιὴν περιέβαλλον κατὰ τὸν κύκλον, ὕψος ἀνήκουσαν ἀνδρὶ ἐς τὸ ὀμφαλόν. ταύτῃ δὲ ποιήσανλες, ἄλλους ἐσεβίβαζον ἐς τὸ περιοικοδομημένον, μεχρὶς οὗ πάντας τούτῳ τῷ τρόπῳ ἐξηελίθμησαν.

Re-

cones. Trans eundem Doriscos, ubi Xerxem copias suas, quia numero non poterat, * spacio mensum ferunt. Deinde promontorium Serrium, ex quo canentem Orphea, secuta narrantur nemora, & Zone.

* *Spacio mensum ferunt*] Sic & Plinius lib. IV. cap. II. *Natur. Historiae.* In numero immane quantum discrepant Historici. Valla in Herodoto vertit, centum & septuaginta myriades, id est, decies septies centena millia. 1700000. Vide Diodorum Siculum lib. XI. *Biblioth.* Isocratem *Panathenaico*, & Plinium lib. XXXIII. cap. 19. Justinus lib. II. *Historiarum Philippicarum Epitomae. Xerxes septingenta millia de regno armaverat, & trecenta millia de auxiliis: ut non immerito proditum sit, flumina ab exercitu ejus siccata, Graeciamque omnem vix capere exercitum potuisse: Naves quoque decies centum millia numero habuisse dicitur.* Ceterum de *Sala* Mela extremo lib. III.

Recensens exercitum Xerxis.

Cap. 64. Τάτας ἦν ἑσπόμενος Σκύθας Ἀμυργίους, Σάκας ἐκάλεον. οἱ δὲ Πέρσαι πάντας τοὺς Σκύθας καλέουσι Σάκας.

OTPANIAI.

De Athenienſium claſſe ad Salaminem contra Xerxem.

Cap. 42. Ἐς Πώγωνα τὴν Τροιζηνίων λιμένα συνέλεξαν.

Lib. III. *Cap.* 5.

Scythici populi, fere omnes in unum Sacae (*sic. leg.*) appellati. Et *cap.* 6. Scythae sunt Androphagoi, & Sacae, definiti regione, quà feris scatet, inhabitabili.

Lib. II. *Cap.* 3.

Troezenii fide societatis Atticae illustres: portus Saronicus & Schenitas & * Pagonus.

* Leg. igitur *Pogonus* per quartam vocalem, ut Graecis Πώγων. Dici sanè non potest, quàm multa in auctoribus antiquis loca in integrum restitui possent, si ad Graecos fontes longè uberrimos, unde fluxerunt, referantur. Vellem idem in Cicerone & Plinio alii absolvissent, alterum quorum; ab H. Stephano inchoatum alterum à Joach. Perionio promissum tantùm; laboris fortasse magnitudine utrisque deterritis, imperfectum jacet.

EPI-

EPISTOLA
JO. CHRISTOPHORI CALVETI STELLAE AD ANDREAM SCHOTTUM.

JO. CHRISTOPHORUS CALVETUS STELLA ANDREAE SCHOTTO S. P. D.

LEGI, doctissime Schotte, summa cum animi mei voluptate, quae de Fredinandi Nunesii Pintiani praeceptoris mei vita, doctè simul & eleganter scripsisti. Vivet per te in hominum memoria Pintianus, cujus nomen, quod jam penè exstinctum erat, deinceps durabit. Ceterùm quod de insula *Antro* petis, cujus unus tantum Pomponius Mela, quod sciam, meminit lib. III. cap. 2. Etsi hunc nodum dilucidè atque perspicuè per te ipse expedire potes; tamen ut existimationi, quam de me concepisti, satisfaciam, sic habe. Mela enim de Garumna fluvio agens: *In eo*, inquit, *est insula Antros nomine, quam pendere, & attolli aquis increscentibus ideo incolae existimant, quia cùm videatur editior, aquis objacet; ubi se fluctus implevit, illam operit, nec, ut priùs, tantùm ambit: & quòd ea, quibus antè ripae collesque, ne cernerentur, obstiterant, tunc velut ex loco superiore perspicua sunt.* Pulchrè quidem Mela. Satis enim constat ripas fluminum plerumque ipsis fluviis altiores esse: ideo nihil ferè de continenti navigantibus apparere, nisi ea tantùm, quae litoribus sunt expositа. At cum navis impetu fluctuum in altum subvehitur, jam conspicua erunt in continenti, quae priùs in imo videri non poterant: idem in *Antro* insula fieri existimandum est. Nam cùm videatur editior, id est, altior, objacet undis,

dis, id est, circumjacet aquis, nempe fluctibus retro fluentibus: unde ejus tantùm latera & ripae cernuntur. At quoties fluctus se implevit, id est, maximè intumuit, quod fit ipso pelagi in eam fluctu, ac incremento aquae, operitur insula, non aquis, sed increscente fluctu propter ejus tumorem tegi videtur; & tanto fit depressior, quanto antea refluente unda videbatur altior: & propterea pendêre ab incolis existimatur. Nec ut priùs tantùm ambit, id est, fluctus non undique eam aequè circumdat, ac priùs: tunc enim refluente fluctu omni ex parte non secus atque alia quaevis insula, in quam nullus fiat aestus pelagi, aquis ambitur retro cedentibus tunc fluctibus, & in mare tranquilliùs redeuntibus: at contrà fit ferente se in eam fluctu magno impetu. Neque enim ut priùs tantùm insulam ambit, sed eam dumtaxat partem, ubi aestus furit. Siquidem tantus est fluctus tumor, ut ea pars, in quam Oceani accessus fertur, ambita tantùm censeatur: reliqua verò, etiamsi verè ambita sit quietioribus ibi undis existentibus, non videatur. Et ideo sunt perspicua, quae insunt in insula ex loco superiore, id est, ex fluctibus increscentibus, cùm antea, remeantibus, quo minus cernerentur, favebant ripae & colles. Ergo altior apparet, cùm aquis circumdatur fluctibus refluentibus, & tunc ejus tantùm ripae & colles cernuntur. Pendet, cùm fluctus intumuit, & ubi fertur, ibi maximè eam ambit: & ideo cùm altior ipsa insula sit fluctus, omnia ejus plena & manifesta videri, tanquam si ex superiori loco, id est, ex intumescente fluctu, ea contemplaretur aliquis navi vectus, cùm antea ripae & colles impedimento essent fluctibus jam refluentibus, & Oceano tranquilliori. Sed quid tam accuratè hac de re apud te differo? qui ingenio, doctrina, litteris, & Linguarum peritia adeò excellis, nihil ut in Mela tam sit obscurum, tamque difficile, quod exquisito judicio tuo non expendas: mirificè atque expeditè non explices, quo Pomponium Melam nitori suo, ut facis, restituas. Vale, mi Schotte. Salmanticae, Idibus Februarii, Anno M. IↃ. LXXXI.

EPISTOLA
ANDREAE SCHOTTI
AD
ABRAHAMUM ORTELIUM.

ABRAHAMO ORTELIO

Antverpiano v. c. Philippi II. Hisp. Regis Geographo,

Civi suo carissimo,

ANDREAS SCHOTTUS, S. P. D.

PROMISERAM, memini, doctissime Orteli, nostras olim Observationes, jam tum penè affectas in *Pomponium Melam*, compositum à me Lutetiae ad Divi Victoris cum vetustissimo exemplari calamo exarato, &, unde hausit, Auctoribus Graecis, praesertim Herodoto. En tibi fidem meam libero: quare, qui meas esse aliquid putare nugas soles, ut accuratè recenseas, & culpas damnes, obeloque fodias, oro obtestorque: cùm patriae communis amore, tum quia ceteris in hoc studiorum genere antistas; ideoque de his optimè judicare & possis & soles. Tu enim mihi inter doctissimos, quia civis meus, & inter cives, quia doctissimus, unus (ut Plato Antimacho) instar es omnium,

Descripsti radio totum qui gentibus orbem.

& Universum hoc in Theatro, tanquam in illustri loco & ore omnium, spectandum proposuisti; in ea Urbe, quae (ut olim à Polemone *Roma*) τῆς οἰκουμένης ἐπιτομὴ jure optimo & censeatur, & appelletur: nec enim praestantibus ingeniis, quàm exoticis mercibus & opibus se venditat. Ego verò cùm rei gerundae causa iter in Hispaniam haberem, & turbante Belgio, flagranteque bello civili, Bibliotheca & patria aliquandiu carendum viderem,

rem, *Melam* Hispanum Scriptorem Itinerarii vice tanquam fidum comitem asſumſi: & cum illo, re ex ſententia geſta, in hac ſtudiorum meorum peregrinatione more inſtitutoque majorum inchoata horis ſubſecivis collocutus, hoc *Specilegium* feci, poſt Pintianum, cujus ad te Caſtigationes mitto, ut olim in integrum Plinium Obſervationes ejusdem: ſed vereor ne in tanta loci intercapedine perierint. Uterque liber ſpisſe ſane hîc reperiri potuit, & tantùm non interciderat: adeò verum eſt Chriſti illud oraculum, οὐκ ἔστι προφήτης ἄτιμος, εἰ μὴ ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ. Obſervationes ejusdem in Plinium utinam te hortante Plantinus noſter, typographus omnium, quot ſunt, quot erunt, maximè induſtrius, in vulgus edat, cum Jac. Suſii & Brugenſium Notis: eſſet cur R. P. litterariae, patriae, & Plinio ipſi jam penè in integrum reſtituto, gratularemur. Nos Toletanum codicem MS. quo uſus eſt Pintianus, inſpeximus: non pauca relicta collegimus: Solinum quoque & Capellam cum MSS. compoſitos recenſuimus: ſed matureſcere ſinam: cupio enim, Deo favente, peregrinationis meae fructum aliquando exſtare & in patriam redundare, ne planè ceſsaſſe videamur. Interea ſi haec tibi probavero, benè operam poſitam exiſtimabo, nec calumniatores metuam: ſin minus, in ſpongiam tuam incumbere cum Ajace Auguſti facilè patiar. Vale, mi Orteli. Salutem à me illis non de vulgo amicis, Corn. Pruenio, Viviano, Lipſio, Carrioni, Papio, Levineio, Pulmanno, Plantino, Raphelengio, ceteris. Toleti a. d. x. Kal. Januar. Ann. partus virginei CIↃ. IↃ. LXXX.

COMISION PROVINCIAL DE GRANADA BIBLIOTECA

EPISTOLA
ANDREAE SCHOTTI
AD
CHRISTOPHORUM PLANTINUM.

ANDREAS SCHOTTUS,
CHRISTOPHORO PLANTINO,

Omni bono de R. P. merito, εὐπράττειν.

AIN' verò, Plantine, Corn. Valerium, & Theod. Langium fuisse? Nuper etiam Theod. Pulmannum? O tristem nuncium! quo ita percusus sum, vix ut apud me sim. Illis enim Lovanii Grudiorum in Graecis Latinisque totum biennium publicè privatimque operam dedi: hoc verò Antverpiae meae jucundissimè sum usus, homine in illustrandis & ad vetera exemplaria comparandis Poëtis antiquis diu multumque versato. Quantum enim otii ab aliis rei domesticae negotiis suppeditare poterat, omne id ad vitam legendo, scribendoque ex Varronis praecepto, procudendam conferebat. Langius omnem in Graecis litteris aetatem consumserat, quas Burdigalae apud Gallos, annos ferè decem professus est; reliquo tempore in Gymnasio trilingui Busleidano, collega Petri Nannii viri doctissimi, qui Latinae Eloquentiae & Philosophiae doctor erat; huic Corn. Valerius succenturiatus, ita fideliter provinciam subivit, nihil ut purius aut tersius dici, quàm ab illo, posse videretur. Disciplinarum eum orbem, quem Graeci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant, Latinis litteris conscripsit: quo nihil sanè in eo genere hactenus prodiit accuratius, nec aliud puerorum manibus teritur, apud omnes ferè nationes, aut frequentius, aut utilius. Jam Comment. Linguae Latinae in manibus habebat affectos, & inibi ut abs te, qui reliqua elegantissimis typis saepenumero beasti, excuderentur. Sed hinc scena rerum inversa, factiones secessionesque exor-

exortae; hinc finitimarum urbium odia, strages, direptiones, vastitas agrorum, belli calamitas nata, quae, ut ille ait,

Postquam pluris annos arva calvitur;

ingens fames & inedia subsecuta: ex qua, ut fieri amat, pestilitas, interneciones, caedes, doctorum hominum, quorum semper Lovanii frequens concursus erat, fuga. Quae quidem senem quotidie spectantem mirificè angebant, ut jam ad caelestem patriam commigrare seriò optaret, ubi beati sempiterno aevo fruantur. Videbat enim R. P. faciem commutatam; Galliae Belgicae (quod Deus ne siverit) ruinam animo praeceperat: studiorumque exsilium impendere, quod omen & Deus avertat, divina mente cygneaque cantione praesagiebat: quod omnium totius orbis Academiarum amoenissimum Musarum fuerat domicilium, nunc militibus refertum, nihil praeter tympana & tubas sonare ex animo dolebat. Equidem de me affirmare hoc possum, non mediocriter affici me (ἄνθρωπος γάρ εἰμι) cùm illorum obitu, tum loci illius interitu; quibus quantum id est, quod discendo, docendoque sumus consecuti, acceptum referimus. Nec interim injucunda recordatio Genii illius soli, caelique Lovanienses: ut facilè augurer fore, ut nusquam gentium studiis aptiorem locum videam: quod & exteri ipsi non invitè agnoscunt: ii praesertim, qui Galliae, Italiae, Hispaniae, Germaniae, & Britanniae Academias lustrarunt, verum id esse vi veritatis ingenuè confitentur. Alibi quidem Collegiis opes affluentiores; alibi fortasse studiosorum frequentior numerus, sed otiosorum. Est ubi singulae disciplinae uberiùs doceantur; at nusquam, credo, gentis humanitas major, vel civium in Litteratos vehementior affectus. Nusquam caeli clementia salubrior: nusquam omnes simul disciplinae tanta diligentia fideque, rejectis quae ad inanem ostentationem & Sophisticen pertinent, docentur, quam Lovanii. Jam verò moestus recolo illas non de vulgo animas, vita, doctrinaque Theologos, Latomum, Dorpium, Tapperum, Driedonem, Hesselium, Alardum, mitraque insignes, Sonnium, Jansenium, Lindanum, Curtium: & è familia DD. Francisci & Dominici, Sasboudum;

Titelmanum, & Backerium: quosque ipse audivi, Bayum, Hunnaeum, Molanum, Baliolanum, & Gravium. Recordor Juris legumque peritos, Damhouderios, Vanderanos, Molinaeos, Leoninos, Wamesios, Ramos, Zuerios: Mathematicorum memini, Gemmae, Beausardi, & Zeelstii. Occurrunt Medici, Gemma filius, Tremelius, Biesius, Dodonaeus, Pantinus, Bruhelius: Philosophi verò acutissimi, Beveri, Crocardi, Othones, Lyrani. Obversantur & Eloquentiae Professores, Linguarumque, And. Balenus, Goclenius, Nannius, Barlandus, Ceratinus, Paludanus, Leopardus, Olivarius, ceteri: nam hi ferè libris editis, in vulgus noti sunt. Omitto praestantissima ingenia eorum, qui è Grudiis, ut olim ex equo Trojano meri heroës, doctissimi prodierunt; Lipsium, Carrionem, Canteros, Giselinum, Fruterium, Gifanium, Duzam, Torrentium, Livineium, Papium, Modium, ceteros: qui rem litterariam mirificè exornant, & Belgii decus gnaviter tuentur, nec, ut spero, intermori sinent, quin potius aliò migrantes Musas, tamquam è fuga, obtorto collo retrahent. Aliorum igitur interitum eo fero constantius: cùm,

Quòd sciam nihil in vita proprium mortali datum,

ut ait Lucilius: eaque nobis lege vitae usuram datam, non mancupi; sed ut depositum nihil cunctando reddamus: tum quòd illorum laudibus hi succrescant; qui si Reip. tranquillitas & secunda aura afflabit, nomen illorum facilè obscurabunt. Accedit ad haec; te etiam, Plantine, ita studia libris, elegantissimis formulis, & emendatissimè edendis provehere, pomoeriaque quàm latissimè proferre, ut barbaries sequioris seculi minimè metuenda sit, & publicum dumtaxat bonum respicere ipse, & privato commodo longè anteponere videaris. Tot enim labores pro R. P. litteraria exantlasti, ut, quod ex M. Tullii Oratione *pro M. Aemilio Scauro* laudat Asconius, *flagrantes studio laudis, in spem impuleris, posse virtutem sine praesidio Fortunae, quò contendisset* LABORE ET CONSTANTIA *pervenire.* Macte igitur, & perge litterarum studiosis facem industria tua diligentiaque accendere: nec te à benemerendi officio, rebusque geren-

gerundis abduci quorundam improbitate aut calumnia patiaris. De me si fortè scire aves; non omnino cessa. mus: *Serimus arbores, quae alteri seculo prosint:* conamur saltem. Observationum libros è Graecis Latinisque Auctoribus cudimus: ubi maturuerint, ad te mittam, ut si genio ipsi suo, vel nulla re alia, industria saltem tua in excudendo commendentur, & in apertum referantur. Senecae quoque Controversias cum antiquissimo MS. ex Bibliotheca Ant. Covarruviae v. c. comparavi: unde & Graeca omnia, hactenus à doctis efflagitata, & incredibili studio quaesita, quòd in editis nec vola, nec vestigium appareat, quantum de characteribus semi-Latinis conjectando fieri poterit, reponemus. Reliqua praetereo: adhuc enim messis in herba est. Interim Deum O. M. *precor, veniam petens ut quae egi, ago, axim, verruncet benè*, ut ille ait. In hac tamen studiorum peregrinatione, more majorum suscepta, cum Varronis illo Sesquiulysse: *Metuo ne me quoque, cùm domum jam ab Ilio cessim revertero, praeter canem cognoscat nemo.* Juvat tamen,

Neptunum procul è terra spectare furentem,

aliorumque naufragia intueri, quàm eadem navi jactari malo: & ut ait Sophocles, κἂν ὑπὸ στέγῃ Πυκνᾶς ἀκούειν ψεκάδος εὐδούσῃ φρενί. Sed de Repub. ut nunc tempora sunt, pax. Studia tractemus, & rectum clavum teneamus, ut nos aliquando vixisse posteris testemur. Vale, vir optime, & me amare perge. Salutem à me Raphelengio, & Moreto, generis: Abr. quoque Ortelio & Corn. Pruenio civibus meis carissimis. A. D. III. Nonas Majas, Ann. CIↃ. IↃ LXXXI.

PETRI CIACCONII
NOTAE
IN
POMPONIUM
MELAM.

PETRI CIACCONII, TOLETANI, NOTAE IN POMPONIUM MELAM.

PROOEMIUM.

l. 1. Orbis *situm dicere aggredior*] *Situs* frequenter *positionem* significat: Cicero *in Verrem* de Syracusis: *Nam & situ est cùm munito, tum ex omni aditu, vel terra*, vel *mari, praeclaro ad adspectum.* Aliquando *formam:* Plinius lib. VI. cap. 26. *Necessarium est Modorum situm, terrarumque faciem circumscribere:* & Livius lib. I. *Albam ab situ Longam fuisse appellatam* scribit, & Dionysius ab altera Alba distinctam τοῦ σχήματος ἐπικατηγορήσει. Nonnunquam verò *regionem* significat: Plinius lib. III. *Prooem. Quoniam commune omnibus fuit*, inquit, *ut eos quisque diligentissimè situs diceret, in quibus ipse prodebat.* Et cap. 17. *In hoc situ interiit opidum Orobiorum Berrae.* Et lib. VI. cap. 8. *Nunc reddatur ingens in mediterraneo sinus, rebus nuper in eo situ gestis à Domitio Corbulone.* Quandoque *habitationem*, ut ipse Pomponius lib. II. cap. I. *Asiae in nostrum mare Tanaimque vergentis, quem dixi, finis ac situs est.* Verùm hoc loco *situs* haec omnia complectitur atque comprehendit: idque ita esse Mela paulò inferius docet, cum quid *situs* nomine intelligeret declarans ait: *Et primum quidem, quae sit forma totius, quae maximae partes, quo singulae modo quaeque sint, utque habitentur, expediam.* Nam quod ad positionem attinet, terram scribit eminentem è mari, esse in medio mundi universi sitam. De ejus forma quatuor primis capitibus agit. De regionibus earumque habitatione, toto deinceps Opere. Inferius etiam cap. I. *Illius*, inquit, *situ ob ardorem intercedentis plagae incognito, hujus dicendus est.* Videndus Seneca *Natural. Quaest.* lib. VI. cap. 6. (1).

l. 2.

(1) De terra ex aquis emergente & eminente.

l. 2. *Et facundiae minimè capax*] Deterruit ea res Ciceronem totius facundiae eloquentiaeque Parentem, & ab instituto opere Geographiae revocavit; sic enim scribit ad Atticum: Γεωγραφικὰ, *quae constitueram, magnum opus est: ita valde Eratosthenes. quem mihi proposueram, à Serapione & Hipparcho reprehenditur. Quid censes, si Tyrannio accesserit? Et hercule, sunt res difficiles ad explicandum, &* ὁμοειδεῖς; *nec tam possunt* ἀνθηρογραφεῖσθαι *quàm videbantur.*

l. 4. *Perplexo satis ordine*] Atque ita Mela in tradendis gentium locorumque nominibus, aliquando facundiae & numeri orationis potius rationem habet, quam ordinis, quo sita sunt, ut suis locis annotabimus, ut initio cap. 2.

l. 9. *Pretium operae*] Sic Seneca lib. *Natural. Quaestionum* VI. cap. 4. *Quod erit*, inquit, *pretium operae? quo nullum majus est, nosse naturam. Neque enim quidquam habet in se hujus materiae tractatio pulchrius, cùm multa habeat futura usui, quam quod hominem magnificentia sui detinet; nec mercede, sed miraculo colitur.* Haec ille.

l. 10. *Nunc autem, ut quaeque erunt clarissima, & strictim*] Sallustius, ut quidem citatur à Nonio Marcello. *Strictim, ut quaeque memoria digna videbuntur, perscriberem.* Et rectè quidam particulam *autem* hic abundare existimant.

l. 12. *Quae sit forma totius*] Cùm inferius terram universam in quinque Zonas distinguat, earumque unam tantùm à nobis habitari tradat, tamen eam nunc partem, *totum orbem* appellat, inferius verò *universum*; cum scribit: *Hoc mari, & duobus inclytis amnibus, Tanai & Nilo, in tres partes universum dividitur.* Et superius *orbem. Orbis*, inquit, *situm dicere aggredior.* Et cap. 4. *Donec cursus incoepti Operis intra extraque circumvectus orbem.* Plinius etiam lib. III. initio, *Terrarum*, inquit, *orbis universus in tres dividitur partes.* Seneca verò eam terrae portionem appellat, *omnia*, in *Declamationibus: Ita*, inquit, *est natura rerum, post omnia Oceanus; post Oceanum, nihil*: & *universa* in *Quaestionibus Natural.* Sed adhuc angustius Plinius, *Terrarum orbem, Asiam* vocat, lib. VI. cap. 11. *Ibi loci terrarum orbe portis excluso.* & cap. 1. ejusdem libri de Bosporis; *Ali-*

Alitum quippe cantus, canumque latratus invicem audiuntur: vocis etiam commercia inter duos orbes manent, nisi cùm ipsum auferunt venti. Lucanus verò etiam *orbem Hiberum, Hispaniam* appellat.

l. 13. *Quo singulae modo quaeque sint, utque habitentur*] Hoc est, qua forma singulae partes sint, & quae eas gentes inhabitent: infr. cap. 4. *Haec summa nostri orbis, hae maximae partes, hae formae, gentesque partium.*

l. 14. *Oras omnium & litora*] Sic Seneca: *Urbes, oraeque terrarum, ac litora, & ipsum mare in servitutem fati venit.* Sed id inferiùs cap. 4. *oras* dixit *ac situs. Nunc*, inquit, *exactiùs oras situsque dicturo.* & lib. II. cap. 1. *Asiae in nostrum mare Tanainque vergentis, quem dixi, finis ac situs est.* Nisi quis ex hoc loco utrobique *litus* pro *situs* legere velit.

l. 15. *Ut intrà extràque sunt*] *Intrà* ad mare mediterraneum, quod *internum* etiam vocant, retulit. Graeci τὴν εἴσω θάλασσαν; *extrà* verò ad Oceanum, quem τὴν ἔξω θάλασσαν iidem appellant: sic Latini *externum*. Inf. cap. 4. *Intrà extràque circumvectus orbem.* & Plin. lib. VI. cap. 31. *Abundè orbe terrarum extrà, intrà indicato.*

l. 16. *Atque ut ea subit*] Liber MS. rectiùs, *utque ea subit.* Est autem superiorum expositio: mare enim nostrum subit atque intrat terras, Oceanus circumluit.

l. 17. *Quae in natura regionum incolarumque memoranda sunt*] Cicero *Epist. ad Q. Fratrem* extremo secundo libro: *Te verò ὑπόθεσιν scribendi egregiam habere video: quos tu situs, quas naturas rerum & locorum, quos mores, quas gentes, quas pugnas, quem verò ipsum imperatorem habes?* (Libentiùs legerem, *memoranda sint.*)

l. 19. *Paulò altiùs summa repetetur*] Cùm promisisset, se orbis situm esse dicturum, necesarium illi fuit rem paullo altius repetere, & à caelo exordiri, in cujus medio terrarum orbis situs est. Cic. lib. I. *Epist. ad Famil.* 9. *Quod tibi ut planiùs exponam, altiùs paulò rationem consiliorum meorum repetam necesse est.*

LIB.

LIB. I. CAP. I.

l. 1. *Omne igitur hoc*] Graeci auctores caelum hoc, cujus complexu cuncta teguntur & continentur, τὸ πᾶν, τὰ πάντα, sive τὰ ὅλα, frequenter vocant; & eorum imitatione Latini id ipsum, *omne*, *totum*, *universum*, *omnia*, *universa*, universumque etiam mundum appellarunt; sed exemplis, quae multa sanè collegi, brevitatis causa superfedendum duxi, uno tantùm Senecae loco contentus ero ex epist. CIII. *Illi*, inquit, *patria est, quodcunque universa circuitu suo cingunt, hoc omne, intra quod jacent maria cum terris, intra quod aër humanis divina secernens; intra quod disposita tot numina in aditus suos excubant*, &c.

l. ead. *Quidquid id est*] Sic quidem in rebus dubiis Antiqui loquebantur. Lucret. lib. v.

Lunaque sive notho fertur loca lumine lustrans,
Sive suam proprio jactat de corpore lucem,
Quidquid id est, nihilo fertur majore figura,
Quam, nostris oculis (1) *quam cernimus, esse videtur.*

Et Seneca in *Thyeste* vers. 825.

Sed quidquid id est, utinam non sit!
Trepidant nostra pectora magno
Concussa metu.

Dubitat sanè Mela, quid ipsum *caelum* sit; cùm de eo tot summi Philosophi dissentirent, neque inter eos, qui illud numen esse affirmabant, quis planè Deus esset, omnino conveniret. Euripides enim *Jovem* esse ait, cùm scribit:

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα,
Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις·
Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα· τόνδ' ἡγοῦ Θεόν.

Quos versus ita transtulit Ennius, ut est apud Ciceronem lib. II. *de Natura Deorum*:

Vides

(1) Leg. *quum cernimus.*

Vides sublime fusum, immoderatum aethera,
Qui tenero terram circumvectu amplectitur:
Hunc summum habeto Divûm: hunc perhibeto Jovem.

Alii verò *Saturnum*. Varro lib. IV. *de Ling. Lat. Principes*, inquit, *Dei, Caelum & Terra; ii Dei, iidem, qui in Aegypto Serapis & Isis: ut iidem Principes in Latio Saturnus & Ops.* Denique alii alium. Mela igitur aut incertus, quid Caelum esset, aut ne illud ipsum Numen offenderet, alieno & non grato nomine appellans, *quidquid id est*, dixit. Solebant enim veniam à Diis petere, si eos fortè non suo, aut eo, quo non gauderent, nomine nuncupassent. Sic Horatius:

Matutine Pater, seu Jane libentius audis.

Euripides: Ζεῦς, εἴτ' Ἀΐδης ὀνομαζόμενος στέργεις. & Macrobius: (1) *Dis Pater, sive Jovis manes, sive vos quo alio nomine fas est nominare.* Sed appositissimè omnium ad id, quo de agitur, Plato in *Timaeo*: ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς, ἢ κόσμος ἢ καὶ ἄλλο ὅ, τι ποτὲ ὀνομαζόμενος, μάλιστ' ἂν δέχοιτο, TOTTO ἡμῖν ὀνομάσθω, hoc est, ut Cicero transtulit, *omne igitur hoc, sive caelum, sive mundus, sive quovis alio vocabulo gaudet*, HOC *à nobis nuncupatus sit.* Atque hic quidem videtur non ineptus sensus hujus loci. Sed quoniam in MSS. libris, vulgatisque etiam aliquot, pronomen *id* non legitur, si eam lectionem sequamur; *omne hoc quidquid est*, nihil amplius valebit, quàm, *omne hoc*. Plinius lib. II. cap. 68. *Nam cùm sint ejus quinque partes, quas vocant Zonas, infesto rigore & aeterno gelu premitur omne quidquid est subjectum duabus extremis, utrinque circa vertices.* Et cap. 67. de orbe terrarum: *Quae contemplatio, apta detegendae mortalium vanitati, poscere videtur, ut totum hoc, quidquid est, in quo singulis nihil satis est, ceu subjectum oculis, quantum sit, ostendam.* Et lib. VII. cap. 6. *adeóque incessus, atque omne, quidquid dici potest, in gravida refert.* Macrobius quoque in *Somn. Scipionis* lib. I. cap. 19. de stellis, *Quod illae supra solem locatae in ipso purissimo aethere sunt, in quo omne, quidquid est, lux naturalis & sua est.*

I. cad.

(1) Lib. III. *Saturn.* cap. 8.

l. ead. *Cui mundi caelique nomen indidimus*] Sic Plinius lib. II. cap. 1. *Mundum, & hoc, quod nomine alio caelum appellare libuit.* Graeci eadem ratione οὐρανὸν & κόσμον nominarunt. Plato in *Politico:* ὃν δὴ οὐρανὸν καὶ κόσμον ὀνομάζομεν. Cicero in *Timaeo: Quumque eum similem universi natura efficere vellet, ad volubilitatem rotundavit, comiteque eum sapientia quam optimae mentis effecit, circumque omne caelum aequaliter distribuit, ut hunc varietate distinctum, benè Graeci κόσμον, nos lucentem mundum nominaremus.* Varro in *Satyra*, cui nomen fecit *Dolium*, sive *Seria:*

Mundus domus est maxima homulli;
Quam quinque altitonae fragmine Zonae
Cingunt; per quam limbus pictus bis sex signis
Stellimicantibus, altus in obliquo aethere,
Lunae Bigas Solisque acceptat, & appellatur à caelatura
Caelum, Graecè ab ornatu κόσμος,
Latinè à puritie mundus. (1)

l. 2. *Unum est*] Hoc loco decepti quidam docti Viri scripsere, Melam hic de universo mundo agere, non de caelo, idque adeo, quia unum esse caelum nullus planè Philosophorum, plures vero esse mundos, quidam, atque hi non obscuri, scripserint: sed ii nimirum meminisse debuerunt, Aristotelem lib. II. *de Caelo* cap. 6. hoc ad verbum tradidisse: Ὅτι μὲν οὖν εἷς καὶ μόνος ἐστὶν οὐρανὸς, καὶ οὗτος ἀγέννητος, καὶ ἀΐδιος, ἔτι δὲ κινούμενος ὁμαλῶς, ἐπὶ τοσοῦτον ἡμῖν εἰρήσθω: hoc est, *unicum igitur esse caelum, atque hoc ingenerabile, & sempiternum, & uniformi semper motu cieri, ex iis, quae diximus, satis patuit.* Quem locum enarrans Simplicius ait, Aristotelem unum esse caelum dixisse, non quod Planetarum globos sphaerasque non nosset, cum eos ipse & in Libris *de Caelo*, & in *Metaphysicis* satis diligenter enumeret, sed quod unius mundi una esset caelestis regio.

Idem

(1) Duo diversa haec sunt fragmenta, & ex diversis Auctoribus hausta. Posterius incipit ab * *Et appellatur*, vel *vocatur*, ut in Editis exhibetur.

* Non credo esse fragmentum vetusti scriptoris. Legitur inter fragmenta Varronis pag. 96. nescio à quo è Plinio lib. II. cap. 4. sed non illius verbis descriptum. DUKER.

Idemque sensit illo loco lib. II. ubi Aristoteles scribit: πᾶς οὐρανὸς εἷς ἐστι καὶ ἄἰδιος, hoc est, *omne caelum unum est, & aeternum.* Nam de caelo, non de mundo, ibi Aristotelem agere planè confirmat.

l. 3. *Se cunctaque amplectitur*] Legendum *complectitur*, ex antiquo Libro: & haec verba satis ostendunt Melam de caelo hîc solum sermonem instituisse, cùm dicat, illud extremitate suprema se cunctaque alia complecti: declarant id quoque & ea quae sequuntur.

Ibid. *Partibus differt*] Manilius lib. IV. has etiam caeli partes enumerat, cum ait:

Quatuor in partes caeli describitur orbis,
Nascentem, lapsumque diem, mediosque calores,
Teque Helice.

Verùm eae partes in horizonte cujusque loci collocandae potiùs constituendaeque sunt, quàm in ipso caelo: cùm enim id assiduè continenterque versetur, necesse est aliquas ex iis partes frequenter mutari, atque in aliarum locum alias subinde succedere.

l. 6. *Quâ decurrit, Meridies*] Hoc ideo dixit, quòd cùm nostrum orbem citra Zodiacum existimaret esse situm, necesse erat omnem solis cursum illi à Meridie esse. Sic Macrobius in *Somn. Scip.* lib. II. cap. 7. *Omne*, inquit, *iter Solis in nostro Meridie est.* Et Vitruvius lib. VIII. cap. 2. *Auster verò & venti reliqui, qui à Solis cursu impetum faciunt.* (1) *à Solis cursu* pro *à Meridie* dixit.

l. 7. *Hujus medio terra sublimis*] Contra Cicero, *infimam in mundi medio terram esse* ait, non *sublimem*, sexto de Rep. libro, (2) *Terra*, inquit, (3) *complexa medium mundi locum.* Et iterum: *Nam ea, quae est media* (4), *& nona tellus, neque movetur & infima est.* Sed nimirum id est, quod Idem *prima Tusculana* (5) scribit, *tum globum terrae eminentem è mari, fixum* (6) *è medio mundi universi loco.* Est ergo *sublimis* hîc, *eminens è mari, atque exstans.* Licet idem lib. *de natura*

(1) *Ubi à Solis.* (2) Sive in Somnio Scipionis cap. 5. (3) *Immobilis, ima sede semper haeret complexa m. m.* l. (4) Scilicet Omnium mundi. (5) cap. 28. (6) *in medio.*

tura Deorum II. aquam terra esse altiorem tradat his verbis: *eademque ratione mare, cùm supra terram sit, medium tamen terrae locum expetens, conglobatur undique aequabiliter, neque redundat unquam, neque effunditur.* Et Virgilius lib. III. *Aeneid.*

Cùm procul obscuros colles, humilemque videmus Italiam.

Ejus Interpres Servius, *rem*, dicit, *Physicam exprimit: quia omne quod continet, altius est eo quod continetur:* nam quomodo haec intelligenda sint, alibi latius diximus.

l. 8. *Eademque in duo latera ab oriente divisa*] *Latera* mox *partes* appellat, ut lib. II. cap. 5. cùm ait, *Galliae Lemanno lacu & Gebennicis montibus in duo latera divisae.* Antiqui enim jam inde ab (1) Niceta Pythagoreo terrarum orbem in duas oras longè inter se distantes, rursusque in quinque Zonas, divisum esse dixerunt: & sic complexus est Cicero I. *Tuscul. Tum globum terrae è mari eminentem, fixum in medio mundi universi loco, duabus oris distantibus habitabilem & cultum: quarum altera, quàm nos incolimus, sub axe posita ad stellas septem, unde*

Horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur nives.

Altera Australis, ignota nobis, quam vocant Graeci ἀντάξονα, sive, ut ego legendum existimo, *ἀντίχθονα*: scribit enim Plutarchus lib. III. *de Placitis Philosoph.* cap. 9. Nicetam Pythagoreum existimasse duplicem esse terram, *ταύτην, καὶ τὴν ἀντίχθονα*; ceteras partes incultas, quòd aut frigore rigeant, aut urantur calore. Ceterùm hujus loci non magna perversio in magnos errores Viros alioqui doctos induxit, quos facilè vitare poterant, si pro *eademque*, legerent, *eodemque.* Terra; inquit, undique Oceano cingitur, atque eodem in duas partes divi-

(1) Plutarcho quidem est Ὀκίτης. sed credo Ciacconium scripsisse *Niceta* & *Nicetam*, quanquam fortasse verius est, *Iceta* & *Icetam*, sive *Hiceta* & *Hicetam*. Vide Xylandrum ad Plutarchum, Gruterum ad Cicer. lib. IV. Academ. cap. 39. Menagium ad Laërtium VIII. 85. Davisium ad Ciceronem. DUKER.

dividitur: eam autem hujus loci germanam esse lectionem, tum ex omni Antiquitate, tum ex ipso Mela facile ostendam. Et primùm quidem M. Manilius de duobus Hemisphaeriis loquens, sic scribit:

Pontus utrosque suis distinguit & alligat undis.

Alligat & distinguit, dixit quod Mela, *cingit & dividit*. Praeterea Cic. in *Scipionis Somn. Duo*, inquit, *sunt habitabiles: quorum Australis ille, in quo qui insistunt, adversa vobis urgent vestigia, nihil ad vestrum genus. Hic autem alter subjectus Aquiloni, quem incolitis, cerne, quàm vos tenui parte contingat. Omnis enim terra, quae colitur à vobis, parva quaedam est insula; circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum; quod Oceanum appellatis in terris.* Omnem hanc terram, quae à nobis incolitur, circumfundi ait Oceano, & ab altero, quem Antichthones habent, dividi. Videndus eum in locum Macrobius lib. II. cap. 9. & lib. *Saturn.* I. cap. 23. *Unde Oceani soli velut dapes ministrat, ideo enim, sicut & Posidonius & Cleanthes affirmant, solis meatus à plaga, quae usta dicitur, non recedit, quia sub ipsa currit Oceanus, qui terram & ambit & dividit.* Haec ille. Sed plura Strabo lib. II. Plinius, Cleomedes, Marcianus, & alii. Ipse tamen Mela sui optimus interpres, hoc eodem libro cap. 9. *Quòd si est alter orbis, suntque oppositi nobis à meridie Antichthones, neque illud quidem à vero nimium abscesserit, in illis terris ortum amnem, ubi subter maria caeco alveo penetraverit, in nostris rursus emergere.* Et lib. III. cap. 7. *Taprobane aliis grandis admodum insula, aliis prima pars orbis alterius.* De eodem Plin. lib. VI. cap. 22. *Taprobanen alterum orbem terrarum esse, diu existimatum est, Antichthonum appellatione.*

I. ead. *Quae hemisphaeria nominantur*] Scribit lib. II. Strabo à Geographis, caelum omne, terramque quae illi substrata est, aequinoctiali orbe in duo hemisphaeria dividi, alterumque ab illis *Aquilonium*, *Australe* alterum appellari. Pomponius verò, qui ex opinione Philosophi forsan Leucippi terram non globosam, sed planam esse credebat, *latera* potius, quàm *hemisphaeria*, voluit nominare.

l. 10. *Zonis quinque distinguitur*] De *Zonis* alibi multa diximus. Haec quare à Philosophis excogitatae sint, refert Strabo lib. 11. *Geograph.*

l. 12. *Paria agunt anni tempora*] Hoc alibi tradidimus diligentiùs: nunc satis sit dixisse, eos, qui duas oras terrarum incolunt, paria inter se habere quatuor anni tempora, Hiemem, Ver, Aestatem & Autumnum, non tamen eodem tempore: nam cùm his est aestas, illis hiems est, itemque autumnus & ver. Haec ita esse declarat ipse Mela inferiùs cap. 9. nam cùm dixisset, *Nilum aestivo sidere exundare*, ejus rei causas reddens, ait: *quòd si est alter orbis, suntque oppositi nobis à meridie Antichthones, ne illud quidem à vero nimium abscesserit, in illis terris ortum amnem, ubi subter maria caeco alveo penetraverit, in nostris rursus emergere, & hac re solstitio accrescere, quod tum hyems sit unde oritur.*

l. 13. *Antichthones alteram*] Diximus suprà ex Plutarcho, Nicetam Pythagoraeum scripsisse duas esse terras, hanc nostram, & alteram ἀντίχθονα: inde ejus inhabitatores *Antichthones* sunt appellati. Ptolemaeus lib. 1. magni Operis. (1) παρὰ μὲν τοῖς βορειοτέροις τοῦ ἰσημερινοῦ τῶν ἐπὶ τῇ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένῃ πρὸς μεσημβρίαν παραλλάσσειν τὴν σελήνην· παρὰ δὲ τοῖς νοτωτέροις τοῦ ἰσημερινοῦ τῶν ἀντιχθόνων καλουμένων, πρὸς ἄρκτους παραλλάσσειν. Ipse autem Ptolemaeus Antichthonum terram ἀντοικουμένην appellat. Basius in Arati enarratione, *divisi*, inquit, *sunt à nobis circulo aequinoctiali, qui Antichthones nominantur: hi alio nomine Antoeci vocantur*, de quibus & Perioecis, & Antipodibus, quos omnes ut adversos, aut aversos, aut obliquos stare nobis Cicero dixit, nos alibi multa.

l. 15. *Haec ergo ab Ortu porrecta ad Occasum*] Sic lib. 11. cap. 7. de Cypro, *recto jugo inter Ciliciam Syriamque porrigitur*, hoc est, extenditur: aliàs *projecta* solet dicere, ut lib 111. cap. 6. de Britannia: *Ceterùm ut adhuc habuimus, inter septentrionem occidentemque projecta*: sic enim in libris MSS. legitur. Et eod. lib. cap. 5. *an tellus infesta frigoribus sine ambitu & sine fine projecta.* Nonnunquam & *vecta*; ut lib. 11. cap. 3. *Graecia dum Myrtoum pelagus attingat, à septentrione in meridiem vecta.*

(1) Παρὰ μὲν τοῖς] Δύνασθαι παρὰ μὲν τοῖς.

vecta, Ceterùm hujus habitabilis longitudinem ab ortu ad occasum porrigi, Strabo, Ptolemaeus, Geographique omnes tradunt. Plin. lib. II. cap. 108. *Pars nostra terrarum ambienti Oceano velut innatans, longissimè ab ortu ad occasum patet.*

l. 17. *Et quia sic jacet*] Sunt qui haec verba negant esse Pomponii, quòd de Africa simili modo loquatur inf. cap. 4. cùm ait, *longior tamen ipsa, quàm latior:* quibus propemodum assentior. Sunt, qui non *quia*, sed *qua* legendum existiment, interpretenturque, quà ab ortu ad occasum extenditur. Verùm quum sequitur, *aliquanto, quàm ubi latissima est, longior*, nescio an emendatè legatur, quum Strabo gravis auctor, & Pomponio antiquior, altero tanto, quàm ubi latissima est, longiorem tradat, & eo amplius. Longitudini enim tribuit stadia LXX. M. latitudini XXX. M. & Ptolemaeus (quanquam is inferior Pomponio fuit) longitudinis facit gradus CLXXX. latitudinis LXXIX. Plinius etiam, quî Melam libenter sequitur, antiquos Auctores plures citat, ex iisque colligit, latitudinem terrae à meridiano situ ad Septentriones dimidio minorem, quàm longitudinem esse, lib. II. cap. 108.

l. 19. *Unum à septentrione*] Negat hoc Herodotus, ex cujus scriptis plurima alioquin Mela decerpsit; nam is lib. I. in hanc scribit sententiam: *Caspium mare per sese est, nec cum ullo alio miscetur: nam & illud, quod Graeci omnes pernavigant, & id, quod extra Columnas est, vocatur Atlanticum, & Rubrum, idem est mare. Caspium verò alterum, ac per se ipsum est.* Et Ptolemaeus lib. VII. *Geogr.* cum ait: ἡ δὲ Ὑρκανία, ἡ καὶ Κασπία θάλασσα, πάντοθεν ἀπὸ τῆς γῆς περικέκλεισται νήσῳ κατὰ τὸ ἀντικείμενον παραπλησίως. Atque id ita esse compertum est. Strabo tamen, Plinius, & alii ex Antiquis, Oceano Scythico erumpere, falsò tradiderunt, quos in hoc Pomponius potiùs, quàm Herodotum, sequi voluit.

l. 21. *Hoc primum angustum*] Imitatus totum hunc locum Plinius lib. VI. cap. 12. *Mare angusto meatu terras irrumpit, septem stadiorum intervallo Europam auferens Asiae. Primas angustias Hellespontum vocant: hac Xerxes Persarum Rex, constrato navibus ponte, duxit exercitum. Perrigitur inde tenuis Euripus* LXXVI. M. *pass. spatio ad Priapum urbem Asiae, qua Magnus Alex-*

ander transcendit. Inde exspatiatur aequor, rursusque in arctum coit: laxitas Propontis appellatur, angustiae Thracius Bosporus, latitudine D. *pass. quâ Darius pater Xerxis copias ponte transvexit.*

l. ead. *Neque amplius decem millibus*] Plinius initio lib. III. verius: *Quindecim* M. *pass. in longitudinem, quas diximus, Oceani fauces patent, quinque* M. *in latitudinem à vico Mellaria Hispaniae ad promontorium Africae Album, auctore T. Gracula juxtà genito. T. Livius ac Nepos Cornelius latitudinis tradiderunt, ubi minimum,* VII. M. *pass. ubi verò plurimum, decem millia.* Strabo longitudinis stad. CXX. latitudinis LXX. quod ferè idem est cum Plinio.

l. 22. *Terras aperit atque intrat*] Iisdem ferè verbis Plin. lib. III. Prooem. *Gaditano*, inquit, *freto irrumpens Oceanus Atlanticus in maria interiora diffunditur. Hinc intranti dextra Africa est, laeva Europa.* Et cap. I. *Avido meatu terras, quaecunque venientem expavêre, demergens.*

l. 24. *Ex diverso prope coëuntibus*] *Ex diverso* dixit saepe Pomponius pro ex contrariis partibus: paulò inf. *Tanais à septentrione ad meridiem vergens, in mediam ferè Maeotida defluit, & ex diverso Nilus in pelagus.* Coëunt verò ad Hellespontum Europae littora & Asiae, illa à septentrione, haec à meridie. Plinius quoque Melam expressit lib. V. cap. 2. *Rursusque coëuntibus terris angustiae.*

l. 25. *In arctum agitur*] (1) Terentius, *in arctum cogitur*, dixit *Heautontim.* act. IV. sc. 2.

Nimis in arctum meae coguntur copiae.

& Plin. lib. IV. cap. 12. *Inde exspatiatur aequor, rursusque in arctum coit: laxitas Propontis appellatur.* Sed Seneca *Nat. Quaest.* lib. VI. cap. 18. *Ubi illum*, inquit, *extrinsecus superveniens causa sollicitat, compellitque & in arctum agit.*

l. ead. *Ut minus mille passibus pateat*] Herodotus lib.

(1) Scripsit hoc Ciacconius ex memoria: nam Terentius reliquit: *In angustum oppidò nunc meae coguntur copiae:* locus est Heaut. IV. 23.

lib. IV. Strabo, *ſtadiis ſeptem.* Plinius initio lib. VI. *Anguſtiae ad Helleſpontum octingentorum ſeptuaginta quinque paſſuum.* Et lib. V. cap. 32. *Abydum oppidum, ubi anguſtiae ſeptem ſtadiorum.* Xenophon verò lib. II. Ἑλληνικῶν, *quindecim.*

l. 27. *Quàm fuit arctius*] Quoniam qui plurimum tribuerunt iis anguſtiis, dedere ſtadia quinque.

l. ead. *Exit in ſpatium*] *Spatium* appoſitè hîc appellat.

l. 29. *Ingens iterum & magnae paludi conjungitur*] Legendum exiſtimo, *vaſtae paludi*, auctoritate adductus Herodoti, à quo complura deſcripſit Mela, qui lib. IV. cap. 86. *Pontus hic*, inquit, *paludem habet influentem in ſe, non multo quàm ipſe eſt minorem, quae Maeotis appellatur, & Mater Ponti.* Adjuvat hanc conjecturam adverſativa particula, quae ſequitur ſtatim. Sed ne quid diſſimulem, *ingens & immenſum*, aut, *ingens & immane*, ſolet dicere Cicero: *magnum* enim aliquanto minus eſt quàm *ingens*.

l. 37. *Thracius Boſporus*] Plin. lib. VI. (1) *Invitis hoc accidiſſe terris, indicio ſunt tot anguſtiae, atque tam parva naturae repugnantis intervalla, ad Helleſpontum 875. paſſ. ad Boſporos duos, vel bubus meabili transitu: unde nomen ambobus.*

l. ead. *Ubi iterum effundit*] Vocem *iterum* abundare quidam opinatur, praeceſſit enim paulò antè.

l. 41. *In tres partes univerſum dividitur*] Vide quae ſuprà ſcripſimus ad eum *Prooemii* locum, *quae ſit forma totius.* Scriptus quidam liber *univerſa* habet, ut ad terram referatur. Ceterùm, quod ait, *in tres partes terrarum orbem dividi*, conſtantior quidem ea opinio eſt. Fuere tamen, qui in duas tantùm dividerent. Salluſtius *Jugurthino bello* (2): *In diviſione orbis terrarum plerique in parte tertia Africam poſuere; pauci tantummodo Aſiam & Europam eſſe, ſed Africam in Europa.* Plinius lib. III. cap. 1. *Europam plerique meritò orbis non tertiam portionem facere, verùm aequam, in duas partes ab amne Tanai ad Gaditanum fretum univerſo orbe diviſo.* Varro lib. I. *de Re Ruſtica* cap. 2. *Primùm*, inquit, *cùm orbis terrae diviſus ſit in duas partes ab Eratoſthene, maximè*

(1) Cap. 1. (2) Cap. 17.

ximè secundum naturam (1) *ad meridiem versus, & ad septentriones.* Et iterum lib *de Ling. Lat.* IV. *Ut omnis natura in caelum & terram divisa est, sic caelum in Regiones, terra in Asiam & Europam. Asia enim jacet ad meridiem & Austrum, Europa ad septentriones & aquilonem.* Lucanus etiam lib. IX. v. 411.

Tertia pars rerum Libye, si credere famae
Cuncta velis: at si ventos caelumque sequaris,
Pars erit Europae.

Silius Italicus, Sallustio Lucanoque contrarius, scribit lib. I. (2)

Aestivo Libye torquetur subdita Cancro,
Aut ingens Asiae latus, aut pars tertia terris.

Sed de hac terrarum divisione inferiùs dicemus.

CAP. II.

l. 1. *Tribus hanc è partibus tangit Oceanus*] Sic Plin. lib. VI. cap. 13. de Oceano, *Tribus hic è partibus alluens Asiam, Scythicus à septentrione, ab oriente Eous, à meridie Indicus vocatur. Tangit* verò legendum est, non, ut quidam arbitrantur, *cingit:* ut cap. 5. dictum est, *Atlanticum esse Oceanum, qui terras ab occidente contingeret.* Et cap. 22. *Hac ingressos lacus accipit, longè latèque diffusus, quâ terras tangit, incurvo circumdatus litore.* Lego praeterea, *ut locis, ita nominibus differens,* ex scripto Libro. (3)

l. 4. *Ipsa ingenti & perpetua fronte*] *Perpetua* est quasi directa, quòd neque sinus admittat, neque promontoria projiciat: lib. III. cap. 1. *Deinde ad Septentriones toto latere terra convertitur à Celtico promontorio ad Scythicum usque, perpetua ejus ora, nisi ubi modici recessus ac parva promontoria sunt.*

l. ead. *Versa ad orientem*] Sic lib. III. cap. 1. *Hactenus*

(1) *Ad Meridiem versus Asiam, ad Septentriones Europam.* (2) Malè in apogr. 6. v. 194. DUKER. (3) At hoc in nullis Ego reperi seu scriptis seu Editis, qui pariter vulgatum tuentur.

tenus enim ad occidentem versa litora pertinent. Et statim lego, *& pelagus inter ambas immissum efficit.* (1).

l. 7. *Cùm aliquatenus solida processit*] Hoc est, nullo mari interrupta, sed ita ut coepit, occidentem versus procedens: sic de Italia lib. II. cap. 4. *Inter Superum mare & Inferum excurrit diu solida.*

l. 9. *Arabicum mare & Persicum*] Si ab orientali fronte Asiae in occidentem progrediamur, prius occurrit Persicum quàm Arabicum mare, sed in locorum nominibus ordinem persequi non est facundiae admodum benigna materia, ut in *Prooemio* testatus est Mela: ideo Provinciarum locorumque ordinem interrumpit aliquando, ut hoc ipso capite, *in flexu*, inquit, *ipso Cilicia: extrà autem Lycia & Pamphylia*, cum Ciliciae propior sit Pamphylia quàm Lycia.

l. 15. *Ora ejus*] *Ora* hic extremitatem & terminum notat, ut apud Cic. lib. II. *de Finibus. Sine ora & extremitate regio.* Sic cap. seq. de Europa: *Ora ejus à Tanai ad Hellespontum.* Item Pintianus legendum censet. *Ripa descendit in pelagus*, ut paullo inferius dixit: *fit ripa, qua Tanais est.*

l. 17. *Et diu, sicut illud incedit*] Ab (2) occidentali ostio Nili ad sinum Isicum, neque omnino adversa pelago objacet terra, neque omnino cedit, ac se patitur demergi, sed obliqua quodammodo venienti litora porrigit, & ab eo *flexu* vi majore resistere incipit, & quasi victrix ingentem frontem in altum agit: sic cap. 12. *Inde jam non obliqua pelago, sed adversa adjacens Asia, grandem sinum inflexo tractu litoris accipit.* In Libro autem MS. hîc, & paulo superius, *dein* (3) legitur, non *deinde*: & inferius, *post ingenti fronte.*

l. 19. *Ingenti ambitu*] Sinum Isicum, *ingentem ambitum* vocat, & cap. 12. *grandem sinum.* Et lib. II. cap. 6. *In sinu*, inquit, *quem maximum Asia recipit, prope media Cyprus est.* Sic Dionysius. (4)

Ἰσσικὸς ἑλκόμενος βορέην ἔπι κόλπος ἀπείρων.]

l. 20.

(1) Sed repugnant MSti, nec opus est ulla hic mutatione. (2) An *orientali?* (3) Quod & in Vossiano uno reperi utroque in loco. (4) v. 119.

l. 20. *Ad Helleſponticum fretum extendit*] Scriptus Liber, *ad Helleſpontum*: fortaſſe, *ad Helleſponti fretum*, ſcripſit Mela.

l. 22. *Ad Ponticum latus curva*] Quòd ſuprà dixerit, *ingenti ambitu incurvat*, & quia orationis numerus id expoſcere videtur legerem, *incurrit*. (1)

l. 23. *Transverſo margine*] *Margine* poſuit pro litore, ut in Hispania lib. III. cap. 1. *Tunc reducta iterum, iterumque recto margine jacens.* & *transverſo* pro obliquo, nam de hoc aditu Maeotidos cap. 21. ſic ſcribit: *Obliqua tunc regio, & in latum modicè patens, inter Pontum, paludemque ad Boſporum excurrit.*

l. 29. *Spectant enim etiam meridiem Indi*] Scriptus Liber, *& meridiem.*

l. 31. *Diu continuis gentibus occupant*] Ut ſingula ſingulis reſpondeant, videtur leg. *usque ad Indum continuis gentibus occupant.* Sequitur enim, *ſpectant & ſeptentrionem Scythae, ac litus Scythicum, niſi unde frigoribus arcentur usque ad Caspium ſinum poſſident.* Et quemadmodum Scythis mare Caspium finis eſt, ita Indis ab Occidente fluvius Indus. Mela lib. III. cap. 7. *India non Eoo tantùm oppoſita pelago, ſed & ei, quod à meridie Indicum diximus, & hinc Tauri jugis, ab Occidente Indo finita.*

l. 36. *Gedroſis & Perſis*] Scribendum omnino, *Gedroſia* ex omnibus Geographis Γεδρωσία: quamvis ſoleat dicere, *Attis* & *Attica*, *Boeotis* & *Boeotia*, lib. II. cap. 3.

l. 39. *Caspiani*] Communi nomine nunc omnes, qui ſinum Caspium cingunt, *Caspianos* vocat: lib. vero III. cap. 5. eos in plures gentes diſtribuit; ſic lib. I. cap. 2. de Ponto: *Circa Pontum aliquot populi, alio alioque ſine, uno omnes nomine Pontici dicuntur.*

l. 41. *Ultrà Amazones*] Vidi Librum, in quo erat ſcriptum, *inde Amazones, ultraque eas Hyperborei.*

l. 43. *Gandari & Paricani*] Leg. *Gandarae, Paricani*, ex Hecataeo apud Stephanum, aut *Gandari, Paricani*,

(1) Crediderim perperam ſic ſcripſiſſe harum Notarum deſcriptorem, quum nulla hic Editio *currit*, ſed *curva* exhibeat, & Ciaccónius in Collectaneis ſuis, ex quibus dein Notas confecit, ſcripſerit ipſe *curva* & emendarit *incurva*. Sed neque eo eſt opus.

ricani, ex Plinio lib. VI. cap. 16. & infrà: *Bactri & Susiani.* & abundat.

l. 44. *Pharmacotrophi, Bomarei*] Plin. lib. VI. cap. 16. *Harmatotrophi*, & scriptus Liber *Comarae* habet, non *Bomarei*: leguntur quidem apud Plinium eod. cap. *Bomarei & Chomari*, & paulò inf. in Pomponio, *Comari.*

l. 45. *Rophanes, Dahae*] Referuntur quidem a Plinio lib. VI. cap. 16. *Ochani* inter eos, quos hîc memorat Mela, ut pro *Rophanes, Ochani* substitui possit. Sed lib. III. cap. 5. cum de Caspio sinu Pomponius agit, sic scribit: *Jaxartes & Oxos per deserta Scythiae ex Sogdianorum regionibus in Scythicum exeunt, hic juxta Dahas primùm inflectitur.* Vid. an *Sogdiani, Dahae* leg. hîc sit.

l. ead. *Super Scythas, Scytharumque deserta, ac super Caspium*] Pintianus legendum censet, *Dahae super Scythas Scytharumque deserta. At super Casptum.* His autem vocibus, *super & ultra*, ita plerumque utitur Mela, ut cum litorum ordinem sequitur, *ultra* ponat; quum verò ad interiora terrarum describenda procedit, *super* eos qui litoribus assident, dicat esse, qui incolunt mediterranea.

49. *Cimmerii, Scythae, Heniochi, Georgi*] Cùm Scythas suprà memorarit, Scytharumque haec nomina sint, videant Eruditi, an hoc loco *Scenitae* potius legi debeat, ex Strabone lib. XI. Τὸ πρῶτον μέρος οἰκοῦσιν, ἐκ μὲν τῶν πρὸς ἄρκτον μερῶν, καὶ τὸν Ὠκεανὸν, Σκυθῶν τινὲς, Νομάδες, καὶ ἀμαξικοί· ἐνδοτέρω δὲ τούτων Σαρμάται, καὶ οὗτοι Σκύθαι, Ἄορσοι καὶ Σιρακοὶ, μέχρι τῶν Καυκασίων ὀρῶν· ἐπὶ μεσημβρίαν τείνοντες, οἱ μὲν, Νομάδες, οἱ δὲ Σκηνῖται καὶ Γεωργοί. Et an pro *Corsitae, Phoristae, Riphaces*, quae nomina apud nullum Geographum leguntur, esse debeat, *Aorsi, Choeanoetae*, (horum enim cum *Aorsis* Strabo meminit), *Siraces*; an verò *Cercetae, Coraxi, Phthiropagi*, ut Pintianus existimat.

l. 53. *Mardi, Antibarani*] Vulgata quaedam exemplaria, *Mario* habent, pro *Mardi*: scriptus Liber, *Mati*, & quidem Plinius *Matianos* post *Aorsos* collocat, lib. VI. cap. 19. sed eodem etiam capite *Marsos*; Pomponius lib. III. cap. 5. *Amardos* ad sinum Caspium ponit.

Pintianus

Pintianus tamen *Macrones* ac *Tibarani* legit.

l. 54. *Murrani, Vegeti*] Haec nomina tanquam spuria quidam rejiciunt, quòd apud nullum Geographum reperiantur.

l. 57. *Interiora litora tenent*] Leg. existimo, *interiora & litora tenent*, quasi diceret, Gentes, quae Asiae meridianum latus habitant, latè patentes sunt: tenent enim ut litora, sic etiam interiora terrarum: hae autem gentes sunt, Indi, Ariani, Arii, Gedrosii & Persae. Sic lib. I. cap. 19. fin. *Ripas & ripis haerentia possident.*

l. 58. *Super hunc sunt Parthi & Assyrii: super illum alterum Babylonii, & super Aethiopas Aegyptii*] Egregiè restituit hunc locum Pintianus, sic: *super hunc sunt Parthi, Assyrii & Babylonii, super illum alterum & super Aethiopas Aegyptii.* lib. III. cap. 8. de sinu Persico. *In parte, quae pelagi ostio adversa est, Babyloniorum fines Chaldaeorumque sunt.*

l. 63. *Sequentia litora attingit*] Hoc est, ea litora, quae Aegypto conjuncta sunt, sic cap. 19. *Is flumen Rhyndacum in ea, quae sequuntur, emittit.* Et lib. III. cap. 4. *Ab iis quae sequuntur Visula nunc discreta.* Et lib. II. cap. 1. *At ille, qui Scythiae populos à sequentibus dirimit.*

l. 64. *Ad flexum illum, quem suprà retulimus*] Hoc est, ad sinum Isicum.

l. 69. *Omnes uno nomine Pontici dicuntur*] Scripti Libri, *uno omnes nomine Pontici. Ad lacum.* Sed fortasse scribendum, *uno omnes nomine. Ad lacum Maeotici.*

CAP. III.

l. 4. *Ora ejus, forma litorum, à Tanai ad Hellespontum*] Voces, *forma litorum*, ex ora Libri in contextum irrepsisse credo.

l. 6. *Quà flexum paludis ad Bosporum redigit*] Vulgata quaedam exemplaria & MSS. legunt, *ad Ponticum redigit:* ut legendum videatur, *quà flexum paludis ac Ponticum agit:* ita enim loquitur infrà cap. 12. *Ceterùm altero ferè tanto, quà dehiscit, quáque flexum agit, amplior,*

plior. Atque eo magis hanc lectionem amplector, quod in MSS. Libris statim non legitur vox *Ponto*, sed (1) *s.... Qua Propontidi.*

l. 7. *Qua Ponto, Propontidi, & Hellespontо latere adjacet*] Diximus in scriptis Libris non esse vocem *Ponto.* Reliqua sic legerem, *quâ Propontidi & Hellespontо adjacet:* aut, *Hellesponti freto adjacet.* Sic cap. superiori: *Post se ingenti fronte ad Hellesponti fretum extendit.*

l. 10. *Tres maximos sinus efficit*] Hos sinus alii aliter determinavere. Plinius tamen primum sinum à Calpe Hispaniae, extimo monte, ad promontorium Italiae Brutium; secundum à Lavinio ad Acroceraunia Epiri; tertium ab illis ad Hellespontum extendi ait. Pomponius verò Graecia, non Acroceraunis, secundum à tertio dividit.

l. 11. *Totidemque in altum se magnis frontibus evehit*] Ad Graeciam, Italiam & Hispaniam.

l. 13. *Praecipuè media*] Lib. III. cap. 1. multos sinus & promontoria occidentalis frontis Hispaniae numerat, *media praecipuè parte*, hoc est, ad Lusitaniam.

l. 14. *Semel iterumque grandi recessu abducitur*] Primus recessus in Gallia est, de quo lib. III. cap. 2. scribit: *Gallia Cantabricis fit adversa terris, & grandi circuitu inflexa, ad occidentem litus advertit.* Alter est in Germania, *super Albim*, inquit lib. III. cap. 3. *Codanus ingens sinus magnis parvisque insulis refertus est.* Sed eodem lib. cap. 1. hos recessus *parvos* appellat, his verbis: *Dein ad Septentriones toto latere terra convertitur, à Celtico promontorio ad Scythicum usque perpetua ejus ora, nisi ubi modici recessus & parva promontoria sunt* Sed *parvos* esse ait respectu totius lateris terrarum.

l. 19. *Quod Graji Tyrrhenum perhibent*] *Quod* abundat in MS. libro. Livius v. fol. 60.

l. 21. *A Tanai media fermè Pontici lateris*] Scriptus Liber, *à Tanai in media fermè.* Rectè. Extenditur enim Europaea Scythia à Tanai ad flumen Istrum, quod ferè in medium Pontici lateris exit. lib. III. cap. 1. *At ille, qui Scythiae populos à sequentibus dividit, alio, quam desinit, nomine exoritur.* Et cap. 2. *His Thracia proxima est*

(1) scribatur.

est à Pontici lateris fronte, usque in Illyricos penitus immissa, quà latera agit, Istro pelagoque contingitur.

l. 22. *Hinc in Aegaei partem continens, Thraciae ac Macedoniae conjungitur*] Liber scriptus *pertinens* habet, ut legi possit, *hinc in Aegaeum pertinens Thracia, cui Macedonia adjungitur:* nam Thracia à flumine Istro ad Pallenen peninsulam in Aegaeo pertinet: infr. lib. II. cap. 3. *A Pallene Macedonia est.*

l. 27. *Ultrà Hispania est*] Abundat *est* in scripto Libro.

l. 28. *Denique etiam ad septentrionem*] Leg. fortasse, *dehincque etiam:* ut lib. III. cap. 8. *Interiora Gedrosii, dehinc Persae habitant.* Codices tamen scripti habent, *diuque etiam.*

l. 29. *Diversis frontibus vergit.*] Variè utitur his vocibus, *frons* & *latus:* nam quas hîc appellat *frontes*, rursus lib. II. cap. 6. *latera* vocat: *Tarraconensis*, inquit, *altero capite Gallias, altero Baeticam Lusitaniamque contingens, mari latera objicit nostro, quà meridiem; quà septentrionem spectat, Oceano.* lib. II. cap. 2. *eaque à Pontici lateris fronte usque in Illyricos penitus immissa. Diversis* verò, hoc est, ad septentrionem & meridiem versis: cap. 17. *Diversis frontibus, diversa maria prospectant.*

l. 30. *Longè & à nostris litoribus, huc usque promissa*] Hoc est, Galliae latus alterum, quâ Oceano alluitur, longè protenditur: à Pyrenaeis enim montibus usque ad Rhenum pertinet, introrsus vero à nostris litoribus ad Oceanum usque promittitur. Lib III. cap. 2. *Tum ad Septentriones conversa, iterum longo rectoque tractu ad ripas Rheni amnis expanditur.* Ceterùm in duobus MSS. exemplaribus est, *permissa*, ut etiam lib. II. cap. 5. *Illinc à Rheno ad Pyrenaeos usque permittitur.*

CAP. IV.

l. 1. *Nilo terminata, pelago à ceteris*] Varro Atacinus, ut quidem citat Carisius, de Africa:

Cingitur Oceano, Lybico mare, flumine Nilo.

l. 6. *Ita media praecipuè in juga exsurgens*] Non hoc

hoc ad Mauritaniam tantum fit, quod quibusdam Viris doctis video placere, sed per mediam Africae longitudinem, ab Aegypto ad Herculis Columnas montium dorsum excurrere ait Herodotus in lib. IV. cap. 181. *In mediterraneis Africa feris est frequens: supra hanc partem efferatam supercilium soli fabulosum est, porrectum à Thebis Aegyptiis ad Columnas Herculis.* Eodem autem modo in relatione Italiae locutus est Mela lib. II. cap. 4. *Ab Alpibus incipit in altum excedere, atque ut procedit, se media perpetuo jugo Apennini montis attollens.*

l. 7. *Pergit incurva ad occasum*] Hoc est, in modum falcis curvata: sic enim à Dionysio describitur, à Strabone verò non dissimili forma.

l. 8. *Fastigiatque se molliter*] Ut *vestigium* dicitur à *vestigo*, *contagium* à *contago*, ita *fastigium* à *fastigo*, non à *fastigio*; & in MSS. exemplaribus, quae prae se ferunt antiquitatem scripturae, semper *fastigo* scriptum reperitur, itaque in antiquis Melae exemplaribus semper hoc verbum exaratum reperi, quare scribendum hîc *fastigatque se molliter*. Silius Italicus lib. V. (1).

——— *Mediamque per alvum*
Sensim fastigans.

Molliter autem est paullatim: infr. cap. 18. *Quod praetervectos sinus excipit non parvus, sed longè ac molliter flexus, retrahensque paulatim oras usque ad ima montis Idae.* Et lib. II. cap. 2. *Aegaeum statim pelagus, vastè longum litus impellit, summotasque vastiùs terras, hinc ad promontorium, quod Sunium vocant, magno ambitu mollique circumagit.* Et Caesar lib. II. *de Bello Civil.* cap. 10. *Has* (columellas) *inter se capreolis molli fastigio conjungunt.*

l. 12. *Arenis sterilibus obducta*] Magna pars Africae terrae arena quasi tecta est, hoc enim *obducta* significat. Cicero lib. II. *de Legib. Redditur terrae corpus, quod ita locatum ac situm, quasi operimento matris obducitur.* Sic (2) lib. III. cap. 10. *Media nulli tenent: nam aut exusta sunt, aut arenis obducta, aut infesta serpentibus.*

l. ead.

(1) v. 49. (2) Sic * infrà lib.

* Tò *infra* videtur addidisse A. Perizonius, ne quis putaret in dicari lib. III. Cicer. *de Legibus.* DUKER.

l. ead. *Ob ſitum caeli terrarumque*] Salluſtius *Jugurthi bello*, (1) de eadem Africa: *Caelo ſoloque penuria aquarum.* eadem & Q. Curt. lib. IV.

l. 17. *Ab ea parte, qua Libyco adjacet*] Scriptus Liber, *in ea parte.*

l. 19. *Quam Cyrenas vocant*] Provincia frequentius *Cyrenaica* appellatur, & urbs ipſa *Cyrene.* Mela ipſe cap. 8. h. l. *Inde ad Catabathmon Cyrenaica provincia eſt.* & infrà: *Atque unde terris nomen eſt, Cyrene.* Plinius tamen eam aliquoties *Cyrenas* vocat: ut lib. XIX. cap. 3. *Septem annis*, inquit, *ante oppidum Cyrenarum, quod conditum eſt urbis noſtrae anno* CXLIII.

l. ead. *Deinde totius regionis vocabulo cognomen inditum eſt Africa*] In ſcripto Libro legitur *dein*, (3) & vox *Africa* deeſt.

l. 21. *Cetera Numidae & Mauri tenent*] Hanc Maurorum regionem Plinius in *Mauritaniam Tingitanam*, & *Caeſaream* dividit, itemque Ptolemaeus.

l. 22. *In Atlanticum pelagus expoſiti*] Hoc eſt, non tantum noſtro mari adjacent, ſed usque ad Atlanticum etiam pertinent. Sic cap. 6. *Ab eo Numidia ad ripas expoſita fluminis Ampſagae.*

l. 23. *Ultrà Nigritae ſunt*] Perſequitur Atlantici Aethiopicique Oceani litora.

l. 26. *Super ea, quae Libyco mari abluuntur*] Sic lib. II. cap. 3. *De locis atque urbibus, quae mare non abluit.* Enumeratis autem gentibus, quae mare noſtrum & Oceanum attingunt, interiora terrarum deſcribens ait: *Super eos, qui Libyci maris litora obſident, eſſe ab Oriente Libyes Aegyptios, deinde Leuco-Aethiopes, ultimos verò Gaetulos, in plures partes diſperſos.* Plinius lib. V. cap. 7. conjuncto vocabulo *Libyaegyptios* vocat, non *Libyes Aegyptios.*

l. 30. *Tum primos ab oriente*] Poſt deſerta, quae per mediam Africam ab oriente in occidentem ferè pertinent, primi ſunt hominum Garamantes. Haec ab Herodoto lib. II. (4) Pomponius accepit: à Pomponio Plinius: ſic enim lib. V. cap. 8. *Ab his omnibus vaſtae ſolitudines orientem verſus, usque Garamantas, Augilasque*

(1) cap. 13. (2) cap. 7. (3) Et ſic in Vatic. quoque.
(4) Immo verò lib. V. cap. 183. 184.

que & Troglodytas. Ceterùm scripti Libri constanter *Trogodytas* (1) habent.

l. 32. *Intrà, si credere libet.*] Dubitant quidam, legendumne sit, *ultrà*: *intrà* tamen melius est. Sic enim cap. 6. *interiùs & longè satis à litore.*

l. 34. *Blemmyae & Gamphasantes.*] Scriptus liber, *Aegipanes, Blemyes, Gamphasantes. Blemyes* enim hi à Stephano & aliis appellantur.

l. 37. *Haec summa nostri orbis.*] Anacephalaeosis est horum quatuor capitum, & se reddidisse ostendit, quod in *Prooemio* promiserat; cùm dixit: *Et primùm quae sit forma totius, quae maximae partes, quo singulae modo quaeque sint, utque habitentur, expediam.*

l. 38. *Nunc exactiùs oras, situsque dicturo.*] Subjunxerat superioribus in *Prooemio: Deinde rursus oras omnium & litora, ut intrà extràque sunt. Orae* autem *fines* significant: sic enim lib. II. c. 1. *Asiae in nostrum mare Tanaimque vergentis, quem dixi, finis ac situs est.*

l. 42. *Stringere litora.*] Sic Seneca *Natur. Quaest.* l. IV. c. 2. *Nunc tota exteri maris ora mercatorum navibus stringitur.* Virg. lib. VIII. *Aeneid.* v. 62.

> —— *ego sum pleno quem flumine cernis*
> *Stringentem ripas, & pinguia culta secantem,*
> *Coeruleus Tibris, caelo gratissimus amnis.*

l. 46. *Illic unde coeperit, redeat.*] Legendum existimo, *coeperat:* licet lib. III. c. 5. *cursu, unde coeperit, subinde repetito.*

CAP. V.

l. 4. *Primae partes illae Europae, hae Africae.*] Legerem, *prima pars illa Europae, haec Africae:* aut, *primae partes Europae & Africae.*

l. 7. *Afri aliter, sed idem significante vocabulo.*] *Syloën* appellatum suspicor ab Herodoto lib. IV. *Navigavit,* inquit, *ad Columnas Herculis: quibus transmissis, circumvectus Africae promontorium nomine Syloës, in meri-*

(1) Etiam Nostri omnes praeter Voss. 2. qui *Troglodites* habet.

meridiem cursum tenebat. Straboni, *Cotes*, οἱ Κώτειϛ, Ptolem. Κώττηϛ.

l. 9. *Specus Herculi sacer*] Strabo lib. XVII. (1) *Ajunt* (2) *ibi esse specum, qui aestus maris accipit, cùm ab eo septem distet* (3) *stadia: adjacere verò huic humilem & depressum locum, qui aram Herculis habeat, quae nunquam aestibus inundetur.*

l. ead. *Tingi*] Sic quidem Plinius: Strabo (4), *à Barbaris*, inquit, *appellatur Tinx, ab Artemidoro Linx, ab Eratosthene Lixos.* Sed Plinio alia est *Lixos* lib. v. c. 1. & de ara Herculis alia fabula. *Tinx* Stephano, & Ptolemaeo est *Tingis.* Melae liber scriptus *Tinge.* (5). Hoc oppidum etiam *Caesariam* appellari tradit Ptolemaeus, Plinius ait à Claudio Caesare coloniam eò deductam, *Traductam Juliam* esse appellatam (6).

l. 11. *Parma elephantico tergore exacto, ingens, & nulli nunc usuro habilis*] Torsit hic locus eruditos viros, dum vocem *exacto* emendare nituntur: sed aut ea vox prorsus abundat, ut sit, *parma elephantino tergore; ingens & nulli nunc usui habilis.* aut legendum *extento.* Paullus Diaconus lib. IV. de Mauris: *Scuta etiam, quae elephanti corio extento atque durato habilia & tuta gestabant.* Ut ab eodem Mela Paullus sua accepisse videatur. Strabo etiam lib. XVII. de iisdem Mauris: οἱ δὲ πεζοὶ τὰϛ τῶν ἐλεφάντων δορὰϛ, ὡϛ ἀσπίδαϛ προβάλλονται, τὰϛ δὲ τῶν λεόντων, καὶ παρδάλεων, καὶ ἄρκτων ἀμπέχονται. Atque etiam nunc Mauri graveis parmas ex corio conficiunt, praecipuè equites, quibus totum corpus prope tegunt. *Adargas* vocant

l. 19. *Addit fama nominis fabulam*] Scriptus liber dandi casu, *nomini.*

l. ead. *Herculem ipsum*] Plinius initio lib. III. *Proxima autem faucibus utrinque impositi montes coërcent claustra, Abyla Africae, Europae Calpe, laborum Herculis metae: quam ab causam indigenae Columnas ejus Dei vocant,*

(1) Pag. 826. (2) *Ibi*] in sinu Emporico. (3) Verte potius *usque in.* (4) d. l. (5) Immo & omnes MSti, septem numero. (6) Sed revera alia fuit urbs *Linx*, sive *Tinx*, sive *Lixos*, quam Strabo πολίχνιον μικρὸν dicit, *parvum oppidulum*, alia *Tingé*, à qua regio *Tingitana provincia* dicitur apud Plinium lib. v. cap. 2. Vide Casaubonum ad Strabonem d. l.

vocant, creduntque perfossas excluſa antea admiſiſſe maria, & rerum naturae mutaſſe faciem.

l. 23. *Summotasque vaſtiùs terras*] Hoc de Mauritania tantùm intelligendum eſt: ſequitur enim, *ceterùm regio ignobilis. Terras* autem Mela appellare ſolet, quum deſcribit Provinciam, ut infr. cap. 8. *Atque unde terris nomen eſt, ipſa Cyrene.* & in Hiſpania: *Hinc jam terris magis in altum eunt.* Sic Dionyſ. γαιάων Ἀσίης dixit, ubi Euſtathius ait, γαίας, χώρας λέγει.

l. 28. *Ex iis tamen, quae commemorare non piget*] Lego, *pigeat.* Sic lib. III. cap. 6. *Sed earum, quas praeterire non libeat.* Plin. lib. III. cap. 23. *reliqui in eo conventu, quos nominare non pigeat.* & lib. VI. cap. 17. *Gentes, quas memorare non pigeat, ab Emodis montibus* &c.

l. 30. *In ordinem expoſiti*] Fortè, *ordine expoſiti*: lib. II. c 7. *Et quo dicentur ordine ad promontorium Tauri montis expoſitae.* & mox cap. 6. *Ab eo Numidia ad ripas expoſita fluminis Ampſagae.*

l. 31. *Septem ob ſimilitudinem fratres*] Plinius lib. V. cap. 2. *In Abyla quoque monte, & quos ſeptem fratres à ſimili altitudine appellant, ii freto imminent juncti Abylae,*

l. 32. *Tamuada fluvius*] Plin. lib. V. c. 2. *Tabuda*; Ptolemaeo, *Thaluda.*

l. ead. *Et Ruſicada*] Scriptus liber, *Ruſigada.* Plinius tamen lib. V. cap. 2. *Ruſadir* vocat, Ptolemaeus *Ryſidiron.*

l. ead. *Siga*] *Siga* & *portus magnus* à Ptolemaeo ultra Mulucham fluvium collocantur. (1)

l. 35. *Amnis eſt ingentium olim regnorum terminus Bocchi, Jugurthaeque*] Scriptus liber & quaedam etiam vulgata, *amnis eſt nunc gentium, olim regnorum terminus.* (2) Salluſt. *Jugurthae bello: Haud longè à flumine Mulucha, quod Jugurthae, Bocchique regnum dividebat.* Et vidi codicem antiquum, in quo ſcriptum erat, *nunc gentium, olim regnorum quoque terminus.*

CAP.

(1) Sed is Ptolemaei fluvius in extima Mauritania cis Malvam fl. ponitur, qui diſtinguit duas Mauritanias, ut adeò Ptolemaei *Mulucha* ſeu *Molochat* ad hunc Melae nihil pertineat; quem tamen & ipſe poſtea ſuo loco, ſed corruptè Χάλλαθ nominat. (2) Sic ferè omnes & Vinetus, ut adeò rectè id revocaverit Voſſius.

CAP. VI.

l. 1. *Ab eo Numidia ad ripas expoſita fluminis*] Codex ſcriptus, *ab eo Numidia à Graecis appellata* Μεταγονίτις *ad ripas expoſita fluminis*. Ceterum neſcio an ex Plinio id ſit additum, qui lib. v. c. 3. ſcribit, *ab Ampſaga Numidia eſt, Maſiniſſae clara nomine, Metagonites à Graecis appellata.* Idem Plinius lib. v. cap. 13. *Numidae, Nomades* (Graecis dicti) *à permutandis pabulis, mapalia ſua, hoc eſt, domos plauſtris circumferentes.* Salluſtius *Jugurth.* (1) *quia ſaepe mutantes agros, alia deinde atque alia loca petiverant, ſemet ipſi Numidas appellavere.* & infr. *ac poſtea Numidae nomo propter multitudinem à parentibus digreſſi poſſedere ea loca, quae proximè Carthaginem Numidia appellatur.* Sed legendum: *At poſtea, Numidae propter multitudinem*, &c. Feſtus: *Numidas dicimus, quos Graeci Nomadas, ſive quòd id genus hominum pecoribus negotiatur; ſive quòd herbis ut pecora aluntur.* Praeterea Plinius ait, ab Ampſaga flumine Numidiam incipere, Mela eodem terminari.

l. 4. *Cirta procul à mari*] *Cirta* fortè fuit dicta *Sittianorum*, deductis eò iis, qui cum P. Sittio bellum Regi Jubae inferendo, magnum adjumentum Caeſari Dictatori bello Africano attulerunt: quemadmodum refert Appianus lib. IV. & Dio lib. XLIII. Plin. lib. v. c. 3. *In mediterraneo*, inquit, *colonia Cirta, Sittianorum cognomine.* Verùm Salluſtius non procul à mari eam eſſe ſitam oſtendit in *Jugurth. Interim*, inquit, *haud longè à mari prope Cirtam oppidum, utriusque exercitus conſedit.* Mela tamen eas Urbes, quae mari non abluuntur, procul ab eo eſſe ſcribit. Ceterùm, ne quid diſſimulem, in antiquo libro *Romanorum Coloniam*, ſcriptum reperi, non *Sittianorum*: Ptolemaeus certè eam *Cirtam Juliam* appellat, & in Salluſtianis Livianisque codicibus conſtanter ſcribitur *Cirtha*, in reliquis, *Cirta.*

l. 6. *Regnum domus Jubae & Syphacis*] In libro Latini Latinii deeſt vox *Jubae*: fortaſſe rectè; quòd Syphacis regia fuit, refert Livius lib. XXX. (2) *Cirtha caput regni*

(1) Cap. 18. & deinde ibid. (2) Cap. 12. & paullò pòſt, ac Strabo lib. XVII. pag. 832.

regni Syphacis erat. De ejus opulentia Strabo lib. XVII. *Circa est in mediterraneo, Sanasse* (fortè *Masinissae*) *& successorum ejus regia, urbs munitissima & optimè structa, cum à ceteris, tum à Micipsa, qui & Graecos in eam habitatum deduxit, & tantam effecit, ut equitum* x. M. *peditum* xx. *emitteret.* Fuit igitur antiquorum Regum domus & Syphacis.

l. 7. *Jol ad mare*] Plin. lib. v. cap. 9. *Ibi oppidum celeberrimum, Caesarea, antea vocitatum Jol, Jubae regia, à Claudio coloniae jure donata, ejusdem jussu deductis eo veteranis.* Strabo lib. XVII. *In hac ora fuit Civitas quaedam Jol, quam cùm Juba Ptolemaei pater munivisset, mutato nomine Caesaream vocavit.*

l. 9. *Citra hanc, nam in medio fermè litore, sita est*] Jol in medio ferè Numidiae litore sita fuit, sed quoniam in ea regione nihil erat illustrius, eam primo loco numerat: deinde refert quae citra eam, quaeque ultra sint. Fecit hoc aliàs, ut infr. cap. 20. *Quorum in litoribus penè mediis promontorium est Carambis. Citrà Parthenius amnis.*

l. 10. *Cartenna & Arsennaria*] Ptolemaeus, atque item Plinius, prius *Arsennariam*, deinde *Cartennam* collocavit. & Antoninus in *Itinerario: Lac Castellum* appellare videtur, quod Mela *Ampsa.* Ceterùm *Laturi sinus, monumenti Regii, Utheae urbis, atque Anci fluminis*, nullus Geographorum meminit; reliqua refert Plinius.

l. 54. *Effluentes inter eas*] Lego, *& fluentes inter eas.* At *Audus* & *Nasaba* fluvii referuntur à Ptolemaeo in hoc litore, sed alterum Plinius *Nabar* vocat, ut Mela.

l. 16. *Si fidem res capit*] Sic. lib. II. c. 2. *capit opinio fidem.* at verba quae sequuntur, *mirum admodum*, quidam aliena putant (1).

l. 18. *Ostreorumque fragmenta, saxa attrita, uti solent, fluctibus*] Libri quidam vulgati, & duo MSS. habent *sciissa*, non *saxa*, sed eam vocem glossema esse ad *attrita* existimo; & delendum censeo, ut sit: *Ostreorumque fragmenta, attrita, uti solent, fluctibus.*

l. 19.

(1) Putavit & Schottus, sed malè.

l. 19. *Et non differentia marinis*] Haec etiam verba delenda existimo: sunt enim aliena.

l. 20. *Infixae cautibus anchorae*] Accepit hunc locum ab Ovid. xv. *Metamorph.*

Vidi ego, quod fuerat quondam solidissima tellus,
Esse fretum: vidi factas ex aequore terras:
Et procul à pelago conchae jacuere marinae,
Et vetus inventa est in montibus anchora summis.

Strabo etiam lib. 1. ex Eratosthene refert in pluribus locis longè à mari conchas esse, murices, & testarum formas lapidibus inhaerentes visas, & circa Ammonis Oraculum, ad duo aut tria millia stadiorum à mari, multis in locis muricum ostreorumque fragmenta, & naufragiorum reliquias inveniri.

l. ead. *Alia & hujusmodi.*] Libri omnes scripti habent, *& alia hujusmodi.*

Cap. VII.

l. 3. *Hippo Regius, & Rusicade, & Tabraca*] Strabo lib. xvii. duas urbes *Hippones* vocitatas esse in Africa scribit, ambasque regias: καὶ οἱ δύο Ἱππῶνες, ὁ μὲν πλησίον Ἰτύκης, ὁ δὲ ἀποτέρω πρὸς τῇ Τριτῷ μᾶλλον, ἄμφω βασίλεια. Plinius tamen & Ptolemaeus alterum *Basilicum* vocant, alterum *Diarrhyton*, ut Mela.

l. 4. *Tabraca*] Plinius *Tabracha*, Ptolemaeus, *Thabraca.*

l. ead. *Deinde tria promontoria*] Liber scriptus: *Dein tria promontoria, Candidum, Apollinis, & Mercurii.* hunc locum Plinius ex Mela transtulit lib. v. cap. 4. *Tria promontoria, Candidum, mox Apollinis adversum Sardiniae, Mercurii adversum Siciliae, in altum procurrentia, duos efficiunt sinus; Hipponensem proximum ab oppido, quod Hipponem vocant, Diarrhytum à Graecis dictum, propter aquarum irrigua.*

l. 19. *In altero sunt castra Laelia*] Horum nullus Geographorum meminit: & in libro scripto est, *in altero sunt Delia Castra Cornelia*, quare *castra Laelia* abundare existimo.

l. ead.

l. ead. *Caſtra Cornelia*] Plinius: *locus, Caſtra Cornelia.* Caeſar *de bello civili* lib. II. cap. 24. *Curio mittit ad exploranda caſtra Cornelia.* (ſic enim eſt in antiquo libro non *Corneliana*) *Id autem eſt jugum directum, eminens in mare, utraque ex parte praeruptum atque aſperum, ſed paulò tamen leniore faſtigio ab ea parte, quae ad Uticam vergit: abeſt directo itinere ab Utica paulò ampliùs paſſuum mille.*

l. 12. *Fato Catonis inſignis*] Sic Plinius lib. v. cap. 4. *Utica civium Romanorum, Catonis morte nobilis.* Omnes autem Hiſtorici loquuntur, Catonem perditis jam ſuarum partium in Africa rebus, Uticae ſibi mortem conſcivisſe, ne in manus Caeſaris perveniret, inde vocatus & ipſe *Uticenſis.* Stephanus verò à Tyriis conditam tradit: Ἰτύκη πόλις Λιβύης, Τυρίων ἄποικος. De Carthagine verò notiſſima ſunt, quae Mela refert, Salluſtius, Appianus, & Strabo.

l. 15. *Etiamnum tam priorum excidio rerum, quàm ope praeſentium clarior*] Conſuetudine ductus Latini ſermonis leg. cenſebam, *Etiamnum tamen priorum excidio rerum.* ſic enim & alii Antiqui locuti ſunt, ut Plinius lib. XIV. cap. 4. *Catonum ille primus Triumpho & Cenſura ſuper cetera inſignis, magis tamen etiamnum claritate litterarum.* atque ita poſtea reperi ſcriptum in libro Latini Latinii (1). Fieri autem ſolet, ut civitates excidio ſaepe clariores ſint, ut inf. cap. 18. *Non longè ab Ilio litora incurvat, urbe bello excidioque clariſſima.* Et lib. II. cap. 3. *Corinthus olim clara opibus, poſtea clade notior.* Solinus cap. 27. *Demum*, inquit, *in claritatem ſecundae Carthaginis, interjectis* CII. *annis, M. Antonio, P. Dolabella Coſſ. enituit, alterum post Urbem Romam terrarum decus.* vid. Strabon. lib. XVII. & Appian. in *Libyco.*

l. 16. *Hadrumentum, Leptis, Clupea*] Frequentiùs ſine adſpiratione, & ſine litera *n* hujus Urbis nomen legitur, *Adrumetum*; aliquando tamen, *Adrumentum.* Ceterùm eam urbem Strabo *Adrumen* appellat, ſi codex non fallit. Ptolemaeus *Adrumetton. Clupeam* autem primò *Aſpidem*, deinde *Clupeam* fuisſe vocatam refert Strabo

(1) Sed & Ego in plerisque.

Strabo lib. VI. Κόσσυρα δὲ πρὸ τοῦ Λιλυβαίου καὶ πρὸ τῆς Ἀσπίδος Καρχηδονιακῆς πόλεως, ἣν Κλυπέαν καλοῦσι, &c. Et Solinus cap. 27. *Clypeam civitatem Siculi exſtruunt, & Aſpida primùm nominant.* Silius Italicus lib. III. v. 244.

In clypei ſpeciem curvatis turribus Aspis.

Apud Ptolemaeum *Clypea* & *Aspis* referuntur, tanquam duae ſint. Ceterùm non ſunt eo ordine ſitae hae urbes, quo à Mela referuntur. Vide Tabulam.

l. 19. *Syrti ſinus eſt*] Lego, *Syrtis ſinus eſt.* Salluſt. *Jugurth. Inter duas Syrtes, quibus nomen ex eo inditum, nam duo ſint ſinus.* Quod autem ad ſtadiorum numerum oris ac circuitus duarum Syrtium attinet, Auctores inter ſe non congruunt. Strabo enim lib. II. minoris Syrtis circuitum ſcribit eſſe ſtadiorum mille ſexcentorum, hoc eſt, paſſ. CCM. & lib. XVII. os ipſum ſtadiorum DC. id eſt, paſſ. LXXV. M. Plinius verò eundem numerum, quem Mela, ponit lib. V. cap. 4. Polybius tradit ipſum CM. paſſ. aditu, CCCM. ambitu. Quòd ſi apud Strabonem legeretur διςχιλίων ἑξακοσίων, & infra ἑπτακισχιλίων, omnia prope concordarent: eſſent enim circuitu CCCXXV. M. aditu LXXXVII. M D. pateretque quâ mare accipit, paſſuum millia fermè centum, trecenta quâ cingitur: & Syrtis major altero tanto ſpatio major eſſet. De ipſarum verò Syrtium natura Strabo lib. XVII. & Salluſt. *Jugurth.*

l. 21. *Cingitur*] In ſcripto libro *cingit* eſt, non *cingitur.* (1)

l. 24. *Super hunc ingens palus amnem Tritona recipit, ipſa Tritonis: unde & Minervae cognomen inditum eſt*] *Super* hîc pro *ultra* ponit, ut aliquot aliis locis: nam hanc paludem certiores Auctores inter duas Syrtes collocant. Plinius lib. V. cap. 4. *Ab his* (Philaenorum aris) *non procul palus vaſta amnem Tritonem, nomenque ab eo accipit: Pallantine appellata Callimacho, & citra minorem Syrtim eſſe dicta: à multis verò inter duas Syrtes.* Si verò in ipſam Syrtim minorem influit, (2) in mediter-

(1) Similiter in Vosſianis omnibus, tum Lipſienſi & Meo.
(2) Corrige, *in mediterraneo paludem.*

diterranea palude eam esse declarat, non *super*. Accepit autem hanc fabulam ab Herodoto in lib. IV. *Machlyes*, inquit, *pertingunt usque ad Tritonem ingentem amnem, qui in grandem paludem Tritonidem influit.* Et paulo inferiùs: *Horum virgines anniversario Minervae festo in honorem ipsius Deae indigenae* (αὐθιγένεϊ) *inter se bifariam divisae, praeliantur lapidibus, fustibusque, dicentes se morem patrium servare ei, quam Minervam nominamus: & quae virgines è vulneribus decedunt, eas falsas virgines appellant.* Et inferiùs: *Minervam ajunt Neptuni & paludis Tritonidis filiam esse, eamque nonnihil patri infensam dedisse se adoptandam Jovi, Jovemque illam sibi adscivisse filiam.* Festus verò: *Tritonia Minerva à ripa Tritonis fluminis dicta, quod ibi primitus visa est.* Et in libro scripto, *cognomen inditum* legitur, sine verbo *est*. Vide & Diodorum Siculum lib. IV. *Hist.*

l. 31. *Cinyphs*] Omnes scripti Libri (1), & ex vulgatis quidam *Ciniphs*: atque ita prorsus Herodotus (à quo haec omnia transcribit Mela) ceteriquè Graeci Auctores. Ptolemaeus tamen *Cinyphus* (2) declinat. Herodotus IV. *Per Macas flumen Cinyphs è colle, qui vocatur Gratiarum, fluens, mari infunditur. Hic collis Gratiarum nemoribus frequens est, cùm cetera, cujus memini, Africa sit arboribus nuda.*

l. 32. *Alia* (3) *Syrte, nomine atque ingenio par priori*] Sic Sallust. *Jugurth. Syrtes duo sunt sinus, prope in extrema Africa, impares magnitudine, pares natura.*

l. 33. *Ceterum altero ferè spatio, amplior*] Leg. existimo, *altero ferè tanto*, (4) *quâ dehiscit*, &c. & vox, *spatio*, glosema esse videtur. Cicer. in *Oratore: Ut necesse sit partem pedis aut aequalem esse alteri parti, aut altero tanto, aut sesqui esse majorem.* & in *Topicis: altero tanto majore.* Plinius lib. XI. cap. 41. *Bubulum lac caseo fer-*

(1) At meus & Vosf. 2. 4. *Cynips.* Lipf. *Cinips*, alii corruptè *Cympis*, vel *Cumpis*. Sed & pleraeque antiquisfimae Editiones *Cynips*, nifi quod una ex anonymis tum Vercellenfis. & Vineti *Cinyphs*. Apud Herodotum quoque lib. IV. cap. 175. 198. editur Κίνυψ, Κίνυφος. (2) *Cinyphos* leg. (3) Vox *alia* delenda, & pro *Syrte* leg. *Syrtis*. (4) Notisfima funt haec & frequentisfima. Sed tamen quum nec analogia repugnet vulgatae lectioni à MStis formatae, nec quicquam duri aut ambigui in ipfa conftructione occurrat, ac plani..... inde exoriatur, nihil Ego mutari hic velim.

fertilius, quum exprimitur ex eadem majore parte altero tanto. De *flexu* autem & *aditu* ſuprà diximus.

l. 35. *Ejus promontorium eſt Borion*] Plinius lib. v. cap. 4. *Promontorium, quod majorem Syrtem includit, Borion appellatur.* Ptolem. Βόρειον ἄκρον τέλος τῆς Σύρτεως. idem & Strabo XVII.

l. 37. *Uſque ad Phycunta*] Scriptus Liber, *Phycunta* (1), ut in Italia, *Sipontum.* In fine autem in eo legitur, *importuoſo litore pertinet.* Legendum ergo: *Ab eoque incipiens ora, quam Lotophagi tenuiſſe dicuntur, usque ad Phycunta (& id promontorium eſt) importuoſo litore pertinet.*

l. 38. *Arae ipſae nomen ex Philaenis fratribus traxere, qui contra Cyrenaicos miſſi* &c.] Narrat hoc Salluſt. in *Jugurth.* & Valerius Max. lib. v. Cap. 6. *Cyreneicos* verò eſt in utroque exemplari manuſcripto. & inf. *inde ad Catabathmon Cyrenica Provincia eſt.* Apud Salluſtium & Valerium (2) *Cyren.* . . . Ceterùm quod in vulgatis Plinii Libris legitur, *has aras ex arena eſſe*, adjectum illi Auctori puto.

l. 45. *Pacti de integro, ut quidquid citra eſſet* &c.] Pactum hoc ita narrat Valerius: *Cyrenenſes juvenes duo de fallacia Philenorum queſti, poſtremò acerbitate conditionis injuriam diſcutere conati ſunt. Dixerunt namque, ſic eum finem ratum fore, ſi ſe ibi obruì paſſi eſſent. Sed conſilio eventus non reſpondit: illi enim non interpoſita mora, corpora ſua hìc terra operienda tradiderunt.*

CAP. VIII.

l. 2. *Ammonis Oraculum*] De *Ammonis Oraculo* multa Diodorus Siculus lib. XVII. qui Templum id ab Aegyptio Danao poſitum fuiſſe tradit: multa etiam Curtius lib. IV. Arrianus lib. III. qui de ejus fide ſic ſcribit: Ἐπὶ τούτοις δὲ πόθος λαμβάνει αὐτὸν, ἐλθεῖν παρὰ Ἄμμωνα ἐς Λιβύην, τὸ μέν τι τῷ θεῷ χρησόμενον, ὅτι ἀτρεκὲς ἐλέγετο εἶναι τὸ μαντεῖον τοῦ Ἄμμωνος, καὶ χρήσασθαι αὐτῷ Περσέα καὶ Ἡρακλέα· τὸν μὲν ἐπὶ τὴν Γοργόνα, ὅτε πρὸς Πο-

λυ-

(1) Leg. *Phyconta.* (2) Scrib. *Cyrenenſis.*

λυδέκτου ἐστέλλετο· τὸν δὲ, ὅτε παρ' Ἀνταῖον ἴοι εἰς Λιβύην, καὶ παρὰ Βούσιριν. Sed nemo plura Lucano, qui lib. IX. sic canit versu 511.

Ventum erat ad Templum, Libycis quod gentibus unum
Inculti Garamantes habent: stat Corniger illic
Jupiter, ut memorant, sed non aut fulmina vibrans,
Aut similis nostro, sed tortis cornibus Ammon.

l. 3. *Et fons, quem Solis apellant*] Diodorus lib. XVII. Herodotus IV. Curtius & Arrianus hunc fontem prope Ammonis ipsum Templum esse ajunt: de eo Herodotus, à quo omnes sumsisse verisimile est, sic scribit lib. cit. cap. 181. Τυγχάνει δὲ καὶ ἄλλο σφι ὕδωρ κρηναῖον ἐόν· τὸ τὸν μὲν ὄρθρον γίνεται χλιαρὸν, ἀγορῆς δὲ πληθυούσης ψυχρότερον· μεσαμβρίη τέ ἐστι, καὶ τὸ κάρτα γίνεται ψυχρόν. Ἀποκλινομένης δὲ τῆς ἡμέρης ὑπίεται τοῦ ψυχροῦ, ἐς οὗ δύεταί τε ὁ ἥλιος, καὶ τὸ ὕδωρ γίνεται χλιαρόν. Ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἰὸν ἐς τὸ θερμὸν ἐς μέσας νύκτας πελαγίζει. τηνικαῦτα δὲ ζέει ἀμβολάδην· παρέρχονταί τε μέσαι νύκτες καὶ ψύχεται μέχρι ἐς ἠῶ. Ἐπίκλησιν δὲ αὕτη ἡ κρήνη καλέεται ἡλίου.

l. 4. *Et rupes quaedam Austro sacra*] Plinius lib. II. cap. 45. *Quin & in Cyrenaica Provincia rupes quaedam Austro traditur sacra, quam nefas sit attrectari hominis manu, confestim Austro volvente arenas.*

l. 6. *Sic saeviit ut aequor fluctibus*] In duobus MSS. libris vox *aequor* non legitur, ut totum locum sic scribendum existimem, *ille immodicus exsurgit, arenisque sic saevit, ut fluctibus.* Solitum enim hoc fieri in Cyrenaica Provincia tradit Arrianus lib. III. Ἄνεμος Νότος ἐπὰν πνεύσῃ ἐν ἐκείνῳ τῷ χώρῳ, τὴν ψάμμον ἐμφορεῖ κατὰ τῆς ὁδοῦ ἐπὶ μέγα καὶ ἀφανίζεται τῆς ὁδοῦ σημεῖα, οὐδὲ ἐστιν εἰδέναι ἵνα χρῇ πορεύεσθαι κατάπερ ἐν πελάγει τῇ ψάμμῳ. Sallustius *Jugurth. Ceterum solet in locis illis tempestas haud secus atque in mari retinere: nam ubi per loca aequalia & nuda gignentium ventus coortus arenam humo excitavit, ea magna vi agitata, ora, oculosque implere solet; ita prospectu impedito, morari iter.*

l. 8. *Mox & paulatim tepescens*] Ex duobus Libris antiquis in altero est, *mox paulatim tepescens:* in altero desideratur dictio *mox;* in ambobus tamen est, *ita frigidior*

dior subinde, ut infrà cap. 18. *Donec pauciores subinde.* Et lib. II. cap. 2. *Alienis subinde aquis fit amplior.* Et paulò infrà in antiquo Libro, *sumit deinde teporem iterum* (1), &, *atque ut illa procedit*, ut ad noctem *illa* referatur.

l. 13. *Promontoria sunt, Zephyrion & Naustathmos*] Ptolemaeus *Naustathmon*, & Portus; (2) Ναύσταθμὸν λιμὴν, *Naustathmos portus:* sed fieri potest, ut promontorium sit & portum habeat: nam & *Zephyrion* stationem habere tradit Strabo lib. XVII. qui *Naustathmon* etiam neutra terminatione vocat.

l. 14. *Portus Paraetonius*] Ptolemaeo & Stephano *Paraetonium*; Strabo (3): πόλις δέ ἐστι καὶ λιμὴν μέγας τετταράκοντά που σταδίων. καλοῦσι δὲ οἱ μὲν Παραιτώνιον τὴν πόλιν, οἱ δὲ Ἀμμωνίαν.

l. ead. *Urbes Hesperia, Apollonia*] Ptolemaeus: *Berenice, quae & Hesperides.* Plinius lib. v. cap. 5. *Beronice in Syrtis extimo cornu est, quondam vocata Hesperidum supradictarum.* Stephan. *Hesperis:* atque hîc ita fortasse est legendum; hoc autem sunt ordine, *Hesperis, Arsinoë, Ptolemais, Apollonia, Cyrene*, & ab his quinque urbibus *Cyrenaica provincia Pentapolitana* est appellata.

l. 17. *Catabathmos vallis devexa in Aegyptum*] Plinius lib. v. cap. 5. *Finis Cyrenaicus Catabathmos appellatur, oppidum & vallis repentè convexa.* Sallustius *Jugurth. Africa fines habet ab occidente, fretum nostri maris & Oceani: ab ortu satis declivem latitudinem, quem locum Catabathmon incolae appellant.* Verum legendum existimo, *declivem altitudinem.* est enim vallis devexa. Et paulò inferiùs apud Sallustium, ubi est, *Igitur ad Catabathmon, qui locus Aegyptum ab Africa dividit, secundo mari prima Cyrene est, colonia Thereῶν, ac deinceps duae Syrtes*, legendum puto, *à Catabathmo.*

l. 22. *Proximae nullae quidem urbes stant, tamen domicilia sunt*] Lego, *Proximis nullae quidem urbes, stata tamen domicilia sunt, quae mapalia appellantur.* ut lib. III. cap. 4. *Non se urbibus tenent, ac ne statis quidem*

(1) Sic quoque Lipsi. & Vossi. 3. sed reliqui *tepores.* (2) Ναύσταθμον. (3) Lib. VII. pag. 798. *

* Est lib. XVII. pag. 799. DUKER.

dem ſedibus, ſequuntur vagi pecora. & lib. II. cap. I. *Nomades pecorum pabula ſequuntur atque ut illa perdurant, ita hi ſtatam ſedem agunt.* Salluſtius *Jugurth. Supra Numidiam Gaetulos accepimus, partim in tuguriis, alios incultiùs vagos agitare.*

l. 23. *Quae mapalia appellantur*] Salluſtius *Jugurth. Ceterùm adhuc aedificia Numidarum agreſtium, quae mapalia illi vocant, oblonga, incurvis lateribus tecta, quaſi navium carinae ſunt.* Feſtus: *Mapalia caſae Poenicae appellantur.* Cato lib. III. *Originum: Mapalia vocantur, ubi habitant, & quaſi cohortes rotundae ſunt.* Dicuntur & *magalia:* Virg. IV. *Aeneid.*

Ut primùm alatis tetigit mapalia plantis.

Ubi Servius: *Afrorum caſas*, inquit, *Magalia & Mapalia idem ſignificant*; ſed *Magalia, ma, producit, Mapalia verò corripit, ut & certis habitata mapalia tectis.* Meminit etiam Livius, Tacitus, & Plautus.

l. 24. *Victus asper*] Quid nomine *victûs* intelligatur, ſcribit Ulpianus in *L.* 43. *D. de verborum ſignificat. Verbo victûs continentur, quae eſui, potuique cultuique corporis, quaeque ad vivendum homini neceſſaria ſunt. Veſtem quoque victûs habere vicem Labeo ait.* item Cajus *L.* 44. *D. eod. Tit. & cetera quibus tuendi curandive corporis gratia utimur, ea appellatione ſignificantur.*

l. 26. *Humi quies epulaeque capiuntur*] Salluſtius *Jugurth. Libyes aſperi incultique, queis cibus erat caro ferina, atque humi pabulum.*

l. 30. *Quia id ſolum optimum eſt, quoad poteſt, parcitur*] Liber Latinii, *quia id ſolum opimum eſt, quod poteſt, parcitur.* Livius XXIX. (1) *Familiae aliquot cum mapalibus, pecoribusque ſuis (ea pecunia illis eſt) perſecuti ſunt Regem.*

l. 33. *Ubi dies deficit, ibi noctem agunt*] Salluſt. *Jugurth. Vagi, palantes, quas nox coëgerat, ſedes habebant.*

l. 35. *Nihil in commune conſultant*] *In commune conſulere* eſt publico commodo ſtudere. Tacitus in *Vita Agricolae* de Britannis: *Nec aliud adverſus validiſſimas gen-*

(1) cap. 32.

gentes pro nobis utilius, quàm quod in commune non consulunt. Rarus duabus tribusque civitatibus ad propulsandum commune periculum conventus. & lib. XV. (1) *Histor. Per Gallias edixere, ut missis legatis in commune consultarent.*

l. 40. *Et dum oritur, & dum occidit*] Sic quidem apud Plinium lib. v. cap. 8. legitur: *Atlantes degeneres sunt humani ritus, si credimus: nam neque nominum ullorum inter eos appellatio est, & solem orientem occidentemque dira imprecatione contuentur, ut exitialem ipsis agrisque.* Sed quoniam ea ex Herodoto scripta sunt, ab eo petenda videntur: is igitur lib. IV. (2) sic scribit: Ἄτλαντες οἱ ἀνώνυμοί εἰσι μοῦνοι ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν· ἀλέσι μὲν γάρ σφι ἔστι Ἄτλαντες οὔνομα, ἑνὶ δὲ ἑκάστῳ αὐτέων οὔνομα οὐδὲν κέεται· οὗτοι τῷ ἡλίῳ ὑπερβάλλοντι καταρῶνται, καὶ πρὸς τούτοισι πάντα τὰ αἰσχρὰ λοιδορέονται, ὅτι σφέας καίων ἐπιτρίβει, αὐτούς τε τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὴν χώρην αὐτέων. Eustathius tamen in Dionysium (3) hunc Herodoti locum adducens, ὑπερβαλλόντως, inquit, καταρῶνται τῷ ἡλίῳ. & Marcianus Capella, qui Pomponium aut Plinium plerumque sequitur, de his loquens ait: *qui neque inter se nomina habent, & Soli imprecantur, quod eos, cum mesibus semper amburat.* Quare haec verba.... posita (4) omnino abundare existimo, & apud Plinium legendum: *solem dira imprecatione contuentur* (5), & si sciam Solinum scribere, *diris Solis ortus excipiunt, diris occasus prosequuntur.* Vid. & Strabo lib. XVII.

l. 42. *Non vescuntur animalibus*] Herodotus IV. Λέγονται δὲ οὔτε ἔμψυχον σιτέεσθαι, οὔτε ἐνύπνια ὁρᾶν. Plinius lib. v. cap. 8. *Neque insomnia visunt, qualia reliqui mortales.* Sic & Solinus cap. 31.

l. 43. *Troglodytae*] In duobus scriptis codicibus constanter scriptum est, *Trogodytae:* & ea quidem omnia ab Herodoto transtulit lib. VI. Σιτέονται οἱ Τρωγλοδύται ὄφις καὶ σαύρους, καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ἑρπετῶν. γλῶσσαν δὲ οὐδεμίην ἄλλῃ παρομοίην νενομίκασι, ἀλλὰ τετρύγασι, καθάπερ αἱ νυκτερίδες. Quod verò ait, *specus subeunt*, etsi id sonet Troglodytarum nomen,

(1) Hist. lib. IV. cap. 67. (2) Cap. 184. (3) v. 66. (4) Scrib. *verba suprà posita.* (5) Omisis *orientem occidentemque.* Sed nulla justa ratione haec ex Plinio, & illa ex Mela, *& dum oritur, & dum occidit*, exturbare conatur.

nomen, tamèn tradit Strabo lib. XI. εἰσὶ δὲ καὶ Τρωγλοδύται τινες, ἐν φωλεοῖς οἰκοῦντες διὰ τὰ ψύχη. Plinius lib. V. cap. 8. *Troglodytae ſpecus excavant: hae illis domus, victus ſerpentium* (1) *carnesque, ſtridorque, non vox, adeóque ſermonis commercio carent.* Sed quòd nullarum ſint opum domini, ab Herodoto non traditur. Solinus tamen cap. 31. *Nullus*, inquit, *illis habendi amor: à divitiis paupertate ſe abdicarunt voluntaria.*

l. 46. *Apud Garamantas etiam armenta ſunt ea, quae* &c.] Scriptus Codex, *eaque* habet, ut legi poſſet, *apud Garamantas jam armenta ſunt, eaque obliqua cervice paſcuntur.* cùm enim dixiſſet, Troglodytas nullarum opum dominos eſſe, ſubjungit, apud Garamantas jam armenta eſſe, ſed peculiari quadam natura. Solinus cap. 29. de Garamantibus: *Armenta gentis illius obliquis cervicibus pabulantur, nam ſi recta ad paſtum ora dirigant, officiunt prona in humum cornua & obnixa.* Verùm hoc Troglodytarum bubus Plinius tribuit lib. XI. cap. 37. *Mobilia eadem* (cornua) *ut aures Phrygiae armentis, Troglodytarum in terram directa; qua de cauſa obliqua cervice paſcuntur.* Non congruit tamen, eos nullarum opum dominos eſſe, & armenta habere: quare Plinius memoriâ lapſus fortaſſe eſt. Herodotus quidem in Libya eſſe boves tradit, qui retro ambulantes paſcuntur, quod directa in humum cornua vulgarem paſtionis modum non admittant: atque id Mela tradere prorſus voluit, ſed quoniam in eo Herodotum ut fabuloſum reprehenſum fuiſſe intellexit, ut ab Athenaeo traditur in extremo libro quinto, rem veriſimiliorem efficere voluit, & *obliqua cervice eos paſcere* dixit. Haec tamen armenta non apud Garamantas eſſe tradit Herodotus, ſed apud alios diſtantes ab his triginta dierum itinere: ſic enim ſcribit ille in libri IV. capite 183. *Quemadmodum apud alios, incolentibus illic hominibus, quibus nomen eſt Garamantibus, natione ſanè magna, qui inducta ſupra ſolem humo, ita ſerunt Ab his ad Lotophagos breviſſimum iter: à quibus triginta dierum ſpatium eſt ad eos, apud quos gignuntur boves praepoſterè paſcentes: ideo autem praepoſterè paſcuntur quòd cornua inflexa anterius habent, & ob id ceſſim*

(1) Leg. *carnes, ſtridorque.*

cesſim euntes paſcuntur. Nec tamen id . . . . (1) vidit Mela, ſed cùm ſuprà cap. 4. interiores Africae, & quae ultra deſerta eſſe memoraſſet, quatuor tamen (2) deſcriberet, *Garamantes*, *Augilas*, *Troglodytas*, *& ultimos ad occaſum Atlantes*, finitimas gentes hîc veluti contribuit: ſic paulò inferius, quod Herodotus *Auſenſibus* tribuit, ipſe *Garamantibus* accommodat, ut videbimus. Ceterùm non idem juris eſſe videtur Plinio, qui lib. VIII. cap. 45. *Boves*, inquit, *animalium ſoli & retro ambulantes paſcuntur*; *apud Garamantas quidem haud aliter.* Melius Athenaeus, qui hoc non apud Garamantas ſed apud quandam Libyae gentem accidere, tradidiſſe Herodotum unum omnium Hiſtoricorum refert, ſed fabuloſum eſſe, & fide omnino carere ὀπισθονομ . . . (3).

l. 50. *Quos pro ſuis colant formae ſimilitudine agnoſcunt*] Sic quidem loquitur D. Hieronymus. (4) *Multos vidimus ob nimiam paupertatem virorum ſarcinam declinare & ancillas ſuas habere pro uxoribus, ſuſceptos ex his liberos colere ut proprios.* Mallem tamen legere, *quos pro ſuis tollant.* Sic Terentius in *Andria*: *Quicquid peperiſſet, decreverunt tollere.* & in *Hecyra*: *Tollemus ſcilicet noſtrum.* Q. Curtius lib. IX. *Genitos liberos non parentum arbitrio tollunt aluntque, ſed eorum quibus ſpectandi infantum habitum cura mandata eſt.* Ceterum haec, ut dixi, de Auſenſibus ita narrat Herodotus lib. IV. Μίξιν δὲ ἐπίκοινον τῶν γυναικῶν ποιέονται, οὔτε συνοικέοντες, κτηνηδόν τε μισγόμενοι· ἐπεὰν δὲ γυναικὶ τὸ παιδίον ἀδρὸν γένηται, συμφοιτέουσι ἐς τὠὐτὸ οἱ ἄνδρες τρίτου μηνὸς, καὶ τῷ ἂν ἴκῃ τῶν ἀνδρῶν τὸ παιδίον, τούτου παῖς νομίζεται. Sed hoc ipſum Nicolaus *de moribus Gentium* apud Stobaeum *Sermone* CLXV. tribuit Limyrniis. Plinius: *Garamantes matrimoniorum exſortes paſſim cum feminis degunt.* Sed haec à Mela, non ab Herodoto accepit.

l. 52. *Augilae manes tantùm Deos putant*] Tranſtulit haec omnia ex Herodoto lib. IV. ſed eadem, quà ſuprà, licentia uſus: nam haec non *Augilis*, ſed *Naſamonibus* Herodotus tribuit. Sic enim ait: Γυναῖκας δὲ νομίζοντες πολλὰς ἔχειν ἕκαστος, ἐπίκοινον αὐτῶν τὴν μίξιν ποιεῦνται. Πρῶτον δὲ γαμέοντος Νασάμωνος ἀνδρὸς νόμος ἐστι τὴν νύμφην νυκτὶ τῇ

(1) Scrib. *non.* (2) Leg. *tantùm.* (3) ὀπισθονόμων βῶν.
(4) ad Oceanum epiſt. 83.

τῇ πρώτῃ διὰ πάντων διεξελθεῖν τῶν δαιτυμόνων μισγομένην· τῶν δὲ ὡς ἕκαστος οἱ μιχθῇ, δίδοῖ δῶρον τὸ ἂν ἔχῃ φερόμενος ἐξ οἴκου. Ὄρκοισι δὲ καὶ μαντικῇ χρέονται τοιῇδε· ὀμνύουσι μὲν τοὺς παρὰ σφίσι ἄνδρας δικαιοτάτους καὶ ἀρίστους λεγομένους γινέσθαι τούτους, τῶν τύμβων ἁπτόμενοι· μαντεύονται δὲ ἐπὶ τῶν προγόνων φοιτέοντες τὰ σήματα, καὶ κατευξάμενοι ἐπικατακοιμέονται· τὸ δ' ἂν ἴδοιεν τῇ ὄψει ἐνύπνιον, τούτῳ χρῶνται. Quanquam quòd manes tantum Deos colant; quòd uxorum in reliquum pudicitia insignis sit, ab Herodoto non traditur; sed ex Mela accepere Plinius & Solinus cap. 34. *Augilae verò solos colunt inferos. Feminas suas primis noctibus nuptiarum adulteriis cogunt patere; mox ad perpetuam pudicitiam legibus adstringunt severissimis.* Porrò apud Herodotum corruptè legitur *Algila* pro *Augila*: Stephanus enim *de Urbibus*: Αὔγιλα, οὐδετέρως, πόλις Λιβύης. Et gentile nomen .... (1) non *Augilum* esse tradit. Ptolemaeus tamen lib. IV. καὶ ἐν τοῖς Αὐγίλαις, καὶ ἐν τοῖς Νασάμωσι τὰ Αὔγιλα.

l. 59. *Nudi sunt Gamphasantes*] Sic Plinius lib. V. cap. 8. *Gamphasantes nudi, praeliorumque expertes, nulli externo congregantur.* Idem scribunt Solinus cap. 3. & Marcianus Capella. Herodotus lib. IV. (2) ἐν τῇ θηριώδεϊ χώρᾳ οἰκέουσι Γαράμαντες, οἳ πάντα ἄνθρωπον φεύγουσι, καὶ παντὸς ὁμιλίην. Καὶ οὔτε ὅπλων ἐκτέαται ἀρήϊον οὐδέν, οὔτε ἀμύνεσθαι ἐπιστέαται. Atque *Garamantes* etiam Laur. Valla vertit, & Stephanus *de Urbibus*. Γαράμαντες, ἔθνος Λιβύης. Ἡρόδοτος τετάρτῃ· οἳ πάντα ἄνθρωπον φεύγουσι, καὶ παντὸς ὁμιλίαν. Verùm ex hoc loco Pomponii & Plinio, Marciano & Solino, tam apud Herodotum (3) quàm apud Stephanum *Gamphasantes* legendum. Ceterum quòd nudi sint, ab Herodoto non traditur.

l. 62. *Quàm quibus idem ingenii est*] Scriptus Liber, *quibus idem ingenium est*: sed parum refert.

l. 63. *Blemmyis capita absunt*] Diximus in scriptis Libris legi, *Blemyis*. (4) Plinius lib. V. cap. 8. *Blemyis traduntur capita abesse, ore & oculis pectori affixis.* Solinus cap. 31. *Blemyas, (sed non eos qui vicina Rubro mari incolunt) credunt truncos nasci parte, qua caput est,*

(1) Leg. Αὐγιλιτῶν.
(2) cap. 174.
(3) Nisi Herodotus ipse istic erraverit.
(4) vel *Blemiis*, ut in Vossianis plerisque reperi.

est, *os tamen & oculos habere in pectore.* Marcianus: *Blemyae sine capite sunt, atque os & oculos in pectore gerunt.*

l. 64. *Satyris praeter effigiem*] Sic Plinius lib. v. cap. 8. *Satyris praeter figuram nihil moris humani.* Solinus cap. 31. *Satyri de hominibus nihil aliud praeferunt, quàm figuram.* Marcianus: *Satyri hominum nihil habent, nisi faciem.*

l. 65. *Aegipanum quae celebratur* &c.] Plinius lib. v. cap. 8. *Aegipan, qualis vulgo pingitur, forma.* Marcianus: *Aegipanes quales pinguntur, exsistunt.* Sic & Solinus: quales verò soleant pingi, tradit Herodotus lib. II. (1) Γράφουσι οἱ ζωγράφοι τοῦ Πανὸς, κατάπερ Ἕλληνες, τὼγαλμα αἰγοπρόσωπον καὶ τραγοσκελέα. Vid. Servium ad *Ecl.* II. Virgilii.

CAP. IX.

l. 2. *Penitus immissa*] Declarat hunc locum Plinius lib. v. cap. 9 his verbis: *Proxima Africae incolitur Aegyptus, introrsus ad meridiem recedens, donec à tergo praetendantur Aethiopes.* Sic Mela lib. III. cap. 8. de Arabico sinu: *Init penitus, introrsumque dum Aegyptum penè & montem Arabiae Casium attingat.* Solinus cap. 32. *Aegyptus à meridie introrsus recedit, quoad praetendant Aethiopes à tergo.* Marcianus: *Verùm Aegyptus introrsus ad meridiem tendit, donec à tergo Aethiopes obversentur.*

l. 4. *Terra expers imbrium, mirè tamen fertilis*] Plinius in *Panegyrico*: *Aegyptus alendis augendisque seminibus ita gloriata est, ut nihil imbribus caeloque deberet: siquidem proprio semper amne perfusa, nec alio genere aquarum solita pinguescere, quàm quas ipse devexerat: tantis segetibus induebatur, ut cum feracissimis terris, quasi nunquam cessura, certaret.*

l. 5. *Hominum aliorumque animalium perfecunda generatrix*] Strabo lib. XV. (2) *Nilus ceteris amnibus fecundior est, & producit ingentia animalia, tum etiam amphibia.*

(1) cap. 46.
(2) pag. 695.

phibia. Aegyptiae quoque mulieres interdum uno partu quatuor pueros enituntur: auctorque est Aristoteles, quandam septem peperisse uno partu. qui Nilum τρόφιμον καὶ γόνιμον (1) appellat, id est, ad generandum alendumque efficacem, propter moderatum solis ardorem coctionemque relinquentis nutrimentum evaporantisque superflua: qua de causa evenire solet (2), ut Nili aquae dimidio minori igne decoquantur, quàm ceterae. Diodorus Siculus lib. I. cap. 3. de Aegypto: *terra inculta pecori ad pastum relicta, adeo exuberans herbis, ut oves bis in anno pariant, bis lanam praebeant.* Vide & Solinum.

l. 6. *Nilus efficit, amnium in Nostrum mare permeantium maximus*] Herodotus IV. *Ister omnium, quos novimus, amnium maximus.* Sed Melam in hoc ab Herodoto rectè discedere, & omnino Istrum Nilo esse minorem, recentiores, qui amborum ostia videre, tradunt, & Diodorus Siculus lib. I. cap. 3. Vid. Sallustius *proxima magnitudine Nili esse Istrum flumen* (3) dixit. Vid. Agellium lib. X. cap. 7.

l. 8. *Ex desertis Africae missus*] Lego, *emissus*, ut suprà cap. 5. *parvis oppidis habitatur, parva flumina emittit.* Et inf. cap. 19. *mons Olympus, ut incolae vocant, Mysius; is flumen Rhyndacum in ea, quae sequuntur, emittit.* Ceterùm Nilum ex desertis Africae emitti Herodotus lib. II. primus omnium dixit, quem Pomponius hic & inf. lib. III. cap. 9. sequitur: sed ea opinio Diodoro Siculo non placet. Mox pro *& cùm diu*, legerem, *sed cùm diu* (4).

l. 10. *Circa Meroën latè patentem insulam in Aethiopiam diffunditur*] Legendum existimem, *latè patentem insulam Aethiopum diffunditur.* Ait enim, primò Nilum simplicem, hoc est, uno alveo decurrere, deinde ad Meroen Aethiopum insulam in duo brachia dividi. Sic lib. III. cap. 8. *Aethiopes ultra, qui Meroën habent, quam Nilus primo ambitu amplexus, insulam facit.* Plinius

(1) γόνιμον] Sed in Strabone legitur πολύγονον. Duker.
(2) Solet] Ex eo quod scriptum fuerat, in textu Cl. Perizonius fecerat *ait*. Duker.
(3) Leg. *ait apud* A.
(4) Sequitur, ut solet, Vossius, sed non est opus, reluctantibus MStis.

nius lib. II. cap. 73. *Rursus in Meroë insula, quae est caput gentis Aethiopum.* Vel lege, *diffinditur: diffindi* autem est *dividi.* Varro *de Re Rustica* lib. I. cap. 2. *Ego hic, ubi nox & dies modicè redit & abit, tamen aestivum diem, si non diffinderem meo insititio somno, meridie vivere non possem.* Et lib. III. cap. 2. Se ipsum declarans scribit; *quid ni?* inquit: *ubi aestate diem meridie dividere soleam.* Cicero lib. *de Universo*: *Hanc igitur omnem conjunctionem duplicem in longitudinem diffindit.* Et alibi *saxum diffindi* dixit. & Cato *de Re Rust.* cap. 161. *Arundinem mediam diffinde: diem* autem *diffindi*, ut in Pandectis Florentinis legitur, est & apud Livium lib. IX. sed ut Budaeus existimat, *diem diffundi* est prolatari judicium.... & aliam (1) rem in alium diem differri. *Meroen* verò *latè patere* & magnitudine omnes Nili insulas antecellere tradit Diodorus Siculus lib. I. cùm pateat, longitudine stadiorum ∞. ∞. ∞. latitudine mille. Idem scribit Strabo lib. XVII. Vide Josephum.

l. 12. *Altera Astapes dictus est*] Liber scriptus, *altera Astape dictus:* cui favere videtur Diodorus lib. IV. qui fluvium hunc *Astapen* vocat, si Latinus codex non fallit. nam nunc Graeci copia non erat: is tamen lib. I. *Astapon* vocat, ut Strabo, etsi ille *Astaboron* & *Astapon* flumina è lacubus profluentia in Nilum influere dicat, non ipsius Nili partes esse. Plinius lib. V. cap. 9 *Circa clarissimam insularum Meroën Astabores laevo alveo dictus, hoc est, ramus aquae venientis è tenebris: dextero verò Astusapes, quod latentis significationem adjicit.*

l. 13. *Ubi rursus coit, ibi nomen hoc capit*] Plinius lib. V. cap. 9. *Nec antè Nilus, quàm se totum aquis concordibus rursus junxit: sic quoque etiamnum Syris, ut antè, nominatus per aliquot millia.*

l. 14. *In immanem lacum devenit*] Haec omnia cum Nili cursu ex Herodoto propone... clariora erunt. (2)

l. 16. *Tachempso alteram insulam*] Herodotus II. (3) Ταχομψώ. & Plinius lib. VI. cap. 29. *Tacompsi* oppidi meminit. Stephanus tamen Ταχεμψὼ, νῆσος Αἰ-

(1) *Prolatari, & judicium aliamve.*
(2) *Propone, & clariora erunt.*
(3) cap. 29.

Αἰθιοπίας πρὸς τῇ Λιβύῃ, & Ptolemaeus lib. IV. quanquam apud eum corruptè legitur μεταχομψώ. alio tamen loco Stephanus: Χομψὼ νῆσος ἐν τῷ Νείλῳ, μέση Αἰθιοπίας καὶ Αἰγύπτου, ὡς Ἡρόδοτος δευτέρᾳ.

l. 17. *Ad Elephantidem*] Scripti Libri *Elephantilem*: legendum tamen *Elephantinem* ex omnibus Geographis. De *Cercasoro* oppido idem Herodotus lib. II. cap. 15.

l. 21. *Semel iterumque divisus ad Delta & Metelin*] Veteres libri, *ad Deltam & ad Metelim*. Sed haud dubiè ex ora Libri in contextum ea verba irrepsere, itaque delenda esse censeo, legendumque, *dein semel iterumque divisus, it per omnem Aegyptum*. Sic in Italia lib. II. cap. 4. *Mare, quod inter utraque admittit, tenuibus promontoriis semel iterumque distinguens, non uno margine circuit*. Et hoc libro cap. 3. *Nisi ubi semel iterumque grandi recessu abducitur, directo penè litore, extenta est*. Et lib. III. cap. 1. *Quae, nisi quòd semel iterumque paullum in semet abducitur, ad Contabros penè recta est*. Sunt igitur verba annotantis, ad quae loca divisio fluminis fieret, sed imperitè tamen: atque ut id manifestius fiat, libuit omnem Nili cursum ex Herodoto adscribere, à quo haec magna ex parte Pomponius transtulit. Is ergo lib. II. Nili cursum à Catadupis ad mare describit, & rursus à Catadupis ad fontem, quae simul juncta in hunc modum se habent: „ Nilus à Catadupis incipiens mediam interfluens Aegyptum irrumpit „ mare, uno quidem alveo usque ad Cercasoron (Κερκάσωρον) urbem; tripartito deinceps: quorum alveorum unus ad auroram, quod Pelusium ostium; alter „ ad vesperam tendit, quod Canobicum ostium nominatur". Et paullo inferius: „ Aliud ab ullo audire non „ potui, nisi, (cùm ipse inspiciendi gratia ad Elephantinem usque urbem profectus sum) quiddam longissimae narrationis, quod ex fama illic jam inquirendo „ accepi, eunti ab urbe Elephantine ad superiora esse „ locum acclivem, ubi necesse sit, navigio utrinque „ alligato, tanquam bove, pergere, &, si funis abrumpatur, abire navigium, rapiente fluminis impetu. „ Et postea pervenire planum in locum, ubi sit insula „ Nilo circumflua, nomine Tachompso. Ab Elephantine desuper jam Aethiopes incolere & dimidium in-

 „ sulae,

„ sulae, n. . (1) alterum dimidium incolere Aegyptios. „ Huic insulae ingens lacus contiguus est, quem circum „ Aethiopes pastores pascunt; quem praetergressus in „ Nili alveum, qua lacui committitur, devenias. De„ inde egressus itinere pedestri quadraginta dierum per„ gas propter flumen; nam in Nilo acutos scopulos „ exsistere & saxa frequentia, per quae navigare non li„ cet. Peragrato quadraginta diebus eo loco, alterum „ navigium rursus ingressus, duodecim diebus subvehe„ ris, dum venias in oppidum magnum, nomine Me„ roën, quae fertur aliorum Aethiopum esse metropo„ lis". Et inferius: „ Fluit autem ab Hespero & occasu". „ Et inf. „ Ex A... (2) enim Nilus fluit, eamque me„ diam secat, pari tractu, atque Ister Europam &c." En quemadmodum Nilus ex desertis Africae emissus circa Meroën findatur, ab eaque partim asper, parva (3) navigia patiens, in immanem lacum deveniat, deindeque *Tachompso* insulam amplectatur, & usque ad *Elephantinem* urbem, non jam Aethiopum, sed Aegyptiam, uno alveo fervensque decurrit (4); deinde quemadmodum juxta *Cercasorum* oppidum triplex esse incipiat. Quòd autem divisio semel iterumque fiat ad Deltam & Melim ab eo non traditur, nec Pomponius scripsit.

l. 26. *Aestivo sidere exundans*] *Sidus* hîc tempestatem significat, ut apud Virg. IV. *Aen.*

Quin etiam hiberno moliris sidere classem.

Et in *Georgicis:*

——————— *quo sidere terram*
Vertere, Maecenas.

Id est, tempore. Exundat verò, ut Plinius auctor est lib. V. cap. 9. *Incipitque crescere Luna nova, quaecunque post solstitium est, sensim modiceque, Cancrum sole transeunte, abundantissimè autem Leonem: & residit in Virgine iisdem, quibus accrevit, modis: in totum autem revoca-*

(1) *nam.*
(2) *Ex Libya.*
(3) *partim.*
(4) *decurrat.*

vocatur int. . ripas (1) *in Libra, ut tradit Herodotus, centesimo die.* Vide Strabonem lib. XVII. & Diodorum lib. I.

l. 27. *Adeò efficacibus aquis ad generandum alendumque*] Diximus suprà hac de causa Nilum appellari ab Aristotele γόν.μον (2) καὶ τρόφιμον, quod idem ad verbum est. Diodorus Siculus lib. I. *Nilus & multa generat & suapte natura quae genuit, facillimè nutrit.*

l. 28. *Ut praeter id, quòd scatet piscibus*] Enumerat Strabo lib. XVII. plura piscium genera, qui in Nilo gignuntur. Sed pro *praeter id quod*, vetus Codex habet, *praeter quod*: fortè, *praeterquam quòd.*

l. 29. *Hippopotamos, Crocodilosque*] De *Hippopotamis*, hoc est, fluviatilibus equis, Herodotus II. *Quadrupedes*, inquit, *sunt bisidis pedibus, ungulis bovinis, simo naso, equina juba, eminentibus & cancellatis dentibus, fulgida cauda, equina voce, magnitudine maximi tauri, tam crasso corio, ut ex eo arefacto fiant pila missilia.* Idem ferè tradit Aristoteles lib. II. *de Animalibus* cap. 2. & Plinius lib. VIII. cap. 25. Aelianus lib. V. cap. 53. aliquanto tamen aliter sculpti hodie visuntur Romae, pluribus locis ex illa antiquitate ad unum, ut creditur, expressi. De Crocodilo plura Herodotus lib. II. Aristot. II. cap. 10. Plinius VIII. cap. 25. Diodorus Siculus lib. I.

l. 42. *Plenissimus surgere*] F. *fluere.* Vid. infra (3).

l. 48. *Itque major* (4) Sic infrà cap. 12. *Classe confligere, imperitare gentibus, regnum praeliumque commenti.* nam regnum & praelium idem est, quod *imperitare gentibus* & *classe confligere.* Et II. 3. *ad ferociam & numerum, ut multi immitesque sunt.*

l. 50. *Quod si est alter orbis*] Seneca lib. IV. Nat. Quaest. I. 2. & lib. VI. cap. 8. Herodot. lib. II.

l. 62.

(1) Leg. *intra ripas.*

(2) Leg. γόνιμον

(3) Lib. III. cap. 6. *Praegrandia flumina alternis motibus modò & in pelagus, modo retro fluentia.* Sed minimè opus. Nam *surgere* rectè prorsus dicitur, pro oriri. Sic cap. super. *ut sol surgit.* Qui de fluvio, ut hic, ita II. 1. *Tyras in Neuris surgit.* & II. 5. *Rhodanus non longè ab Istri Rhenique fontibus surgit.*

(4) Cl. Perizonius quidem hîc nonnulla emendaverat. Sed mihi non rectè praescribi videntur verba *Itque major.* DUKER.

l. 62. *Quatuor ferè soli jugera*] Herodotus 450000. Frons quadrata, cujus quodvis latus quadrijugerum ferè est & altitudo par. Verùm Herodotus octo jugera continere ait quodvis latus. Sed fieri potest, ut Mela alium auctorem sequatur, qui verosimiliora tradiderit: nam de Pyramidibus multos scripsisse Plinius refert.

l. ead. *Quatuor ferè soli jugera*] Nisi esset Geometriae atque Arithmeticae expers, 64 diceret. Tanta est enim area, quam obtinet soli quadratum, quod octo continet jugera quolibet latere. Ut magis etiam mentiretur, hunc locum in *Retractationibus* ita legit: *Pyramides, quarum maxima, tres jamque sunt, tricenum pedum lapidibus exstructa, quatuor frontibus octona soli jugera sua sede occupat*, vel *qua sedet*. Verum in magna ignoratione versatus fuit Pintianus, qui quid sit *plethrum*, quid *jugerum*, ignoravit: nam Herodotus octo plethra habere quamvis frontem dicit.

l. 63. *Sua sede*] V. C. *qua sede*. Fortè, *qua sedet*, ut habet alter V. C.

l. 65. *Viginti millia passuum*] Fortè legendum *quingenta millia*. Vide Aldum filium de Legibus 113.

l. 70. *Unum in se descensum habet*] Lib. I. cap. 13. *Unus in eum descensus est*.

l. 78. *Aliter à ceteris*] F. *ac ceteris*. (1).

l. ead. *Fimo obliti*] F. *limo*. nam Herodotus luto oblini ait lib. II. fol. 151. Diod. fol. 117.

l. 90. *Capitale sit*] Ut ibin & accipitrem. Herodotus II. (2) Tullius Tuscul. v. (3) *Aegyptiorum morem quis ignorat? quorum imbutae mentes pravitatis erroribus, quamvis carnificinam priùs subierint, quam Ibim, aut Aspidem, aut Felem, aut Canem, aut Crocodilum violent, quorum etiam si imprudentes quippiam fecerint, poenam nullam recusent.*

l. 98. *Trecenos & triginta reges*] Nihil hîc mutat Pintianus ex vetere lectione. Legendum fortasse ex Herodoto in II. *Trecentos & triginta reges & ante Amasin sep-*

(1) Blanditur id mihi sic satis. Vellem MSti id firmarent. Non nego tamen rectè dici *alius ab* etiam per ellipsin. Phaedrus Praef. l. b. III. v. 41. *Quod si accusator alius Sejano foret.* Cicero Famil. XI. 2. *Nec cuidquam aliud libertate communi quaesisse.*

(2) 65.

(3) cap. 27.

ſeptendecim millium annorum aetates. Non autem ait Herodotus trecentos & triginta reges ante Amaſim fuiſſe, ſed à Mene, qui primus Aegypti fuit rex, Sacerdotes alios trecentos & triginta reges nominari.

l. 102. *Elephantis & Thebae*] Aliàs, *Elephantine, Thebae*, ſeu potius *Elephantin & Thebae.* Herodotus fol. 62.

l. 102. *Quater curſus ſuos vertiſſe ſidera*] Cùm motus primi mobilis ſimplex ſit & unius ſui, impoſſibile eſt hoc fieri. Ubicunque enim polos ſtatuamus, ſive in aequinoctiali, ſive alio (1) quovis loco, ſemper ab eadem parte, laeva, aut dextra, orietur ſol, niſi dicerent Aegyptii primo mobili eum motum ineſſe, qui Oceano, ut tot annis aruerit, totidemque revireſceret, ut ſex horis currit, ſex horis recurrit. Manilius lib. 1. (2)

Nunquam transverſos ſolem decurrere ad Arctos,
Nec mutare vias, & in ortum vertere curſus,
Auroramque novis naſcentem oſtendere terris.

l. 103. *Ac ſolem bis jam occidiſſe unde nunc oritur*] Non eſt neceſſe addere (3). Fieri enim non poteſt, quin Sol toties occiderit, ubi ortus ante fuit, quoties ortus eſt, ubi antea occidebat.

Ibid. *Utque ut Homero*] Vel pro *uti quae* legendum *quae.*

CAP. X.

l. 1. *Arabia hinc ad Rubrum mare pertinet*] Non ad ſinum Arabicum, quem indocti quidam *mare Rubrum* appellant, ſed ad *mare Rubrum*, de quo lib. III. Mela, cujus partes ſunt Perſicus & Arabicus Sinus.

Ibid. *Pertinet*] Id eſt, dirigitur, extenditur, pervenit; ita interpretatur Edicti verba Ulpianus *in L.* 1. §. 10. *D. de Cloacis.*

l. 2.

(1) *Sive in alio.*
(2) v. 524.
(3) *his, quae voluit Pintianus.*

l. 2. *Et ditior*] *Editior* videbatur legendum, ut antitheta essent *laeta & editior*, *planae & sterili*. Sed quum Plinius lib. v. cap. 11. *Arabiam ad mare Rubrum pertinere & odoriferam illam, ac divitem, & beatae cognomine inclitam*, scribat; ampliandum censeo. Quanquam defendi potest *editior* ex ipso Mela lib. III. cap. 8. de Arabia Felice, *quae inter ostia extenditur* (Persici & Arabici Sinus) *sylvae cautesque exasperant.* (1)

l. 3. *Casio monte attollit*] Plinius lib. v. cap. 29. *Attollitur monte Pione.* Lucanus lib. VIII. v. 539.

Perfida quâ tellus Casiis excurrit arenis.

l. 5. *Azotum*] Ptolemaeus ante *Azotum* collocat *Jamnitorum Portam.*

l. 6. *A quarta vigilia ortum Solis ostendat*] Id est, Solem orientem iis, qui in montis vertice sunt aut in mari, ut saepe, (2) aut in altitudine, ut lib. II. cap. 2. de Haemo. *In tantum altitudinis abit, ut cerni nequeat.* (3) Hoc falsum esse ostendit Petrus Monius in extremo Libro *de Crepusculis* (4). Vide item Arrianum qui in *Periplo Rubri Maris* de Arabia agens, quae est ad mare Rubrum, inquit, κόλπος λεγόμενος Σαχαλίθης καὶ χώρα λιβανωτοφόρος· ὀρεινὴ δὲ καὶ δύσβατος, ἀέρα παχὺν ἔχουσα καὶ ὁμιχλώδη. Vides hîc regionem, quae thure & odoribus abundat esse. Idem dicit Plinius lib. XII. cap. 14. Quin vides ut non sit dubitandum de integritate lectionis. Quare hîc à Mela rectissimè scriptum. Cleomedes lib. II. 191. ait ex altissimis montibus maximum apparere solem exorientem. Ceterùm haec non debuerunt in caput sequens transferri, cùm Mela ipse alterius montis Casii non meminerit. Neque enim quod Mela ab aliis diversum

(1) Nihil in Mela mutandum, quod & ipse Ciacconius dein videtur sensisse.

(2) *Aut jam in.*

(3) *Abit, ut Euxinum & Adriam ex summo vertice ostendat.*

(4) *Vide item. . . . . rectissimè scriptum*] Haec omnia usque ad verbum *Cleomedes* cancellata, & adnotatum erat, verbis *solem exorientem*, subjicienda esse haec quae ad caput sequens scripta sunt. „ Non quicquid Mela diversum ab aliis adfert, statim tollendum: non „ enim obscurum est, quòd diversa inter se Auctores tradant, in Geo„ graphia praecipuè, nec haec verba in Syriam potuerunt transferri, „ cùm Mela ipse alterius montis Casii non meminerit.“

sum adfert, statim tollendum, quum non obscurum sit, quot diversa inter se Auctores tradant, & praecipuè in Geographia.

Cap. XI.

l. 1. *Terrasque etiam latiùs*] Fortè sic est distinguendum, *terrasque etiam latiùs, introrsus aliis, aliisque nuncupata nominibus.* Nam *introrsus* hic appellatur verbis, in littore non Palaestina (1), Phoenicia, Antiochia: Plinius lib. v. cap. 12. *Palaestina*, inquit, *quae* (2) *contingit Arabas: deinde est Phoenice, & quà recedit intus, Damascena, Babylonia, Mesopotamia, Sophene, Comagena, Adiabene, Assyria antè dicta, & ubi Ciliciam attingit, Antiochia.* Inde in Aldinis sic legitur (3).

l. 14. *Gaza*] Ptolemaeus, Strabo, Plinius, omnes primò *Gazam*, pòst *Ascalonem*, deinde *Azotum* collocant, ut mirum sit à Mela *Azotum* collocari in Arabia. De Gaza Stephanus: Μυθολογοῦσι δέ τινες ὑπὸ Διὸς κτισθῆναι καὶ ἐν αὐτῇ ἀπολιπεῖν τὴν ἰδίαν Γάζαν, οὕτω τῶν Περσῶν τὰ χρήματα καλούντων.

Cap. XII.

l. 3. *Literas & literarum operas*] Pomponius L. II. D. de capt. & postlim. rev. (4) *Labeo ingenii qualitate & fiducia doctrinae, qui & ceteris operis sapientiae operam dederat, plurima innovare instituit.* (5) Literarum operas *summas* intelligit, nam Strabo Arithmetica & Astronomica Phoenicas invenisse asserit.

l. 5. *Regnum praeliumque commenti*] Ista tria verba à Librariis per ignorantiam versibus Auctoris immixta fuisse,

(1) *His appellatur nominibus, in littore verò Palaestina.*
(2) *quæ.*
(3) Sed nescio quid sibi velint viri doctissimi ita distinguentes: quum utique *aliis aliisque*, ut alibi, ita & hîc conjunctim de eadem re sint accipienda, & revera introrsus maximè in varias Syria dividatur regiones, & ita diversis. h. e. *aliis aliisque* appelletur nominibus.
(4) Locus est in Tit. de Origine Juris Reg. 47.
(5) *Per literarum.*

fuisse, ab aliquibus creditum. At sine illis manca fuerit oratio, quae Melae semper fluit. Vid. Diodor. Sic. lib. v. & Curt. lib. IV.

l. 9. *Facto opere. Vici tenent ulteriora*] Aldus: *deficit: quod ab imp. Al. facta opera vici tenent ulteriora.* & lib. II. cap. 2. *Ima ejus tenent parvae Pelasgorum coloniae.* V. C. *vi tenent interiora.* (1) In Ald. quoque est *tenet.*

l. 17. *Adversa adjacens Asia*] Auctor Diodorus lib. XVI. 890. Sic. lib. II. cap. 3. *Ut modò latere ita nunc fronte pelago adjacens.* & ibid. *& ipsa pelago Pylos adjacet.*

l. 21. *Navigabilibus alveis*] Seneca *ad Helviam de Consol.* cap. 9. *Atqui non est haec terra frugiferarum aut laetarum arborum ferax, non magnis & navigabilibus fluminum alveis irrigatur.*

l. 24. *Pars Syriae, cui Antiochiae cognomen additur*] Non est verisimile à Pomponio, qui clarissima consectatur, Antiochiam, celeberrimam urbem, ab omnibus Geographis celebratam, & quae regioni nomen dederit, esse omissam. Quare sic legendum fortè, *cui Antiochia cognomen addidit:* nam sequitur statim, *in ora ejus.* quomodo post mediterranea oppida enumerata Pomponius saepe facit. ut cap. superior. II. de Syria: *& ubi se Ciliciae committit, Antiochia.*

l. 26. *Berythos*] Substituendum fortasse *Balnea* ex Plinio lib. v. cap. 20. aut *Balaneae* ex Ptolemaeo: nam *Berytos* statim post *Sidonem* ab omnibus collocatur.

l. ead. *Aroses*] Ante emendationem Hermolai Barbari legebatur *Aroses*, pro qua ipse substituit *Arados*, nulla ratione. Nam hujus insulae postea meminit Auctor lib. II. cap. 7. *Arados in Phoenice*, inquit, *parva.* Legendum haud dubiè *Roses*, ex Plinio, Strabone: Ptolemaeo Ῥῶσος. *Laodice Aroses, Laodicea Roses.* (2) Strabo. (3) *inter Isum & Seleuciam* Ῥῶσσος. Emendabimus obiter locum Curtii lib. IV. *Nardus quoque insula deditur:*

(1) Etiam Vosс. 2. legit *vi tenent*, sed liquido *ulteriora*, non *interiora.*

(2) Ergo pro *Laodice Aroses* lege *Laodicea Roses.*

(3) lib. XVI. pag. 751.

tur: in aliis legas *Arrhodos*. Lege *Arados quoque*. Omnes autem hoc ordine, *Marathò*, *Balanea*, *Paltos*, *Laodicea*, *Orontes*, *Seleucia*, *Rhosfos*. Strabo nunc ſimplici*s*, nunc duplici. Plinius (1) ſimplici *Rhoſos*.

l. 27. *Lycos*] *Lycos* fluvius non hoc loco ponitur Straboni, ſed juxta Byblon. De Hypato nulla mentio apud Plinium in ſinu Iſsico.

l. ead. *Lycos*, *Hypatos*, & *Orontes*] Strabo lib. XVI. δὶ οὗ ῥεῖ ὁ Ἀρκευθος ποταμὸς, καὶ ὁ Ὀρόντης, καὶ ὁ Λαβότας· ἐν δὲ τούτῳ ἐστὶ τῷ πεδίῳ καὶ ὁ Μελεάγρου χάραξ, καὶ Οἰνοπάρας ποταμός. Verùm ex hoc loco non colligas, quod ait Pintianus, nam in mediterraneis fluit *Helabotas*, & *Oronti* is, ut credo, miſcetur, nec in mare perdurat. Legendum fortaſſe *Lycos*, *Pinarus* & *Orontes*, ex Plinio lib. v. cap. 27.

l. 29. *Cilicas*] Pintianus in *Retractat. Cilicia.* ſed fortè leg. *è Cilicia:* nam cùm omnes Amanum montem terminum ſtatuant Syriae & Ciliciae, Myriandros jam erit è Cilicia.

CAP. XIII.

l. 1. *At in receſſu intimo*] In Retractationibus, *Ac in receſſu intimo locus magni*, vel *Ejus in receſſu. At* (2) rectè legitur. Dixerat enim ſuprà de oris hujus ſinus, urbes eſſe Seleuciam, Palton, & Myriandron. *At*, inquit, in ejus ſinus non *ora*, ſed *receſſu intimo* locus eſt.

l. 5. *Ingenti urbe celebris Iſſo*] Xenophon hanc urbem Ἰσσοὺς vocat, *de Expeditione Cyri Minoris*, ſi codex mendo vocat: Ἐπελαύνει εἰς Ἰσσοὺς τῆς Κιλικίας ἐσχάτην πόλιν ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ οἰκουμένην, μεγάλην καὶ εὐδαίμονα.

l. 6. *Amanoides promontorium*] Strab. XIV. *Amanides portae.* Plin. *Portae Ciliciae.* V. C. *Aminodes* habet.

l. 9. *Cydnus ultrà per Tarſum exit*] Plinius lib. v. cap. 27. *Cydnus Tarſum*, *liberam urbem*, *procul à mari ſecans*, in quo cùm Alexander periclitaretur, penè extinctus eſt. Vitruvius lib. VIII. de Cydno.

l. II.

(1) lib. v. cap. 22.

(2) Sic & MSti plerique & primae Edit. ante Pintianum. Nonnulli Codd. tamen *ac* habent. Ciacconium & hîc ſequitur Voſſius.

l. 11. *Pompeiopolis, tum Solae*] At Livius lib. xxxvii. (1) *Pro his cùm gratias egissent Rhodii, de Solis urbe, quae in Cilicia est, egerunt. Argis & illos, sicut sese, oriundos esse: ab ea germanitate fraternam sibi cum iis charitatem esse.* Strabo (2) *Soli civitas memorabilis, Achivorum opus & Rhodiorum, qui ex Cnido venerunt.*

l. 13. *Facta in id saxa disiliunt*] Vitruvius lib. viii. cap. 3. *Saxa Cilicia, quae neque ignis neque ferrum possunt per se dissolvere, quum ab igne sint percalefacta, disiliunt aceto sparso. Disiliunt* h. e. rumpuntur. lib. iii. cap. 6. (3)

l. 16. *Angusto tergore continenti adnexum*] Lib. ii. cap. 5. *Angusto aggere continenti adnectitur.* Livius lib. xxix. *quod* (promontorium) *tenui jugo continenti adhaerens in aliquantum maris spatium extenditur.*

l. 17. *Suprà specus est nomine Corycius*] Servius *ad Virgil.* l. iv. *Georg.* (4) *Corycos civitas est Ciliciae, in qua antrum illud famosum est, penè ab omnibus celebratum.* Extrà Corycius specus in littore, licet Solinus (5) aliud velit cap. 39. Strabo lib. xiv. (6) de Specu Corycio: Ἔστι δὲ καὶ ἄντρον αὐτόθι, ἔχον πηγὴν μεγάλην ποταμὸν ἐξιεῖσαν καθαροῦ τε καὶ διαφανοῦς ὕδατος, εὐθὺς καταπίπτοντα ὑπὸ γῆν· ἐνεχθεὶς δ' ἀφανὴς ἔξεισιν εἰς τὴν θάλασσαν.

l. 27. *Ubi contemplati durayere, non satiet*] V. C. *ubi contemplari durare non sinit.*

l. 39. *Magnum impetum brevi alveo traxit*] Fortè, *magno impetu brevem alveum* (7), ut lib. ii. cap. 7. *Unde ille* (Alpheus) *creditur non se consociare pelago, sed subter maria terrasque depressus huc agere alveum, atque hic se rursus extollere.*

l. 45. *Cum aliquo numine se ostentans*] Aliàs *ostentat.*

l. 55. *Natidos*] Aliàs *Nagidos.*

l. 56. *Samiorum coloniae*] Aliàs *Romanorum coloniae.*

l. ead. *Celendris*] Alias *Cetandaris.* V. C. *Celendaris.*

Cap.

(1) cap. 56.
(2) lib. xiv. pag. 671.
(3) De pecoribus. *diutius pasta disiliunt.*
(4) v. 127.
(5) Non aliter tamen, quàm ut dicat esse extra oppidum in monte, qui ceteri sit impositus.
(6) pag. 671.
(7) Sed nihil opus mutatione. Sensus est, impetum quem cepit ingentem secum traxit brevi alveo.

CAP. XIV.

l. 1. *In Pamphylia eſt Melas*] Eundem ordinem Strabo ſequitur.

l. 3. *Cimonis Athenienſium ducis*] Thucydides lib. 1. (1) & infrà ad *Phaſelis*.

l. 6. *Aſpendos*] Strabo: *eſt urbs Aſpendos ſatis populoſa.*

l. 9. *Oeſtros*] *Ceſtros* V. C. & ubique Ptolemaeus.

l. ead. *Cataras*] *Catarractes* Euſtathius *ad Dionyſium* 39.

l. 13. *Phaſelis à Mopſo condita*) Plutarchus in *Vita Cimonis* 166. Cicero *in Verrem* lib. IV. *Phaſelis illa, quam cepit P. Servilius, non fuerat urbs ante Cilicum, atque praedonum: Lycii illam Graeci homines incolebant. Sed quod erat* &c. Plinius lib. v. cap. 27. *Cataractes, juxta quem Lyrneſſus & Olbia, ultimaque ejus orae Phaſelis.*

CAP. XV.

l. 13. *Tauri promontorio*) Livius lib. XXXVII. *Poſtquam ſuperavere Rhodii promontorium, quod ab Sida prominet in altum.*

l. ead. *Sidae portu & Tauri promontorio grandem ſinum claudit*] Hunc ſinum *Pamphylium* vocat Livius (2) *Ab Sida ad Phaſelida, quae eſt prope Tauri promontorium* (3). Plinius lib. v. cap. 27. *Ultima ejus orae Phaſelis. Junctum ei mare Lycium eſt, gensque Lycia, unde vaſtus ſinus: Taurus mons, ab eois veniens litoribus*, &c. Et inferiùs: *Juxta mare Lymira cum amne.* Ut fortè hìc ſit legendum, *Sidae portus & Tauri promontoria*, ut haec duo ſimul ſint & tota Lycia (4) terminetur ſinus, qui incipit à Syda Pamphyliae urbe usque ad montem Taurum. Cicero lib. XII. Epiſt. 15. *Sida, quae extrema regio eſt pro-*

(1) cap. 160.
(2) lib. XXXVII. cap. 23.
(3) Haec non leguntur illo Livii loco.
(4) *Lycia & term.*

provinciae meae. Fortè autem leg. *Lydis*, quae ante Telmesſum collocatur à Ptolemaeo, & ſenſum hunc habet, à Tauro ad Lydas ſinum eſſe; ſin autem legatur, *Sydae*, hic ſenſus erit, ab urbe Sydae Pamphyliae ad Tauri promontorium grandem ſinum eſſe.

l. ead. *Sydae*] F. Λύδας. *Lydae* quidem urbs eſt Lyciae Ptolemaeo, ſed poſt Telmeſſon collocatur. Si legas *Sydae*, hunc habet ſenſum; ab urbe Sida Pamphyliae ad Tauri promontorium ſinum eſſe grandem. Sin autem *Lydae*, à Tauro ad Lydas ſinum eſſe. Sed tum *Lydis* legendum, non *Lydae*. Docti judicent, quomodo hîc ſit legendum. nam neutra lectio ſatisfacit.

l. 8. *Magnarum gentium, quâ dorſum agit terminus*] Sic infrà lib. II. cap. 1. *Nam per immania magnarum gentium diu Danubius eſt.*

CAP. XVI.

l. 1. *Habitator incertae originis*] Fortè, *habitatur viris incertae originis.* V. C. *habitant.* lib. III. cap. 6. de Erythia: *Geryone habitatam accepimus.* atque alibi: *paruis urbibus habitatur.* In *Retractationibus* legitur, *Habitatores incerti Aborigines*, h. e. majores eorum, qui nunc habitant Cariam, incertum eſt, unde in eam regionem commeaverint. Sic Plinius lib. IV. cap. 22. *Erythraea dicta eſt, quam* (1) *Tyrii Aborigines eorum orti ab Erythraeo mari ferebantur.*

l. 4. *Ut aliena etiam bella mercede ageret*] *F. Gererent.*

l. 6. *Pedalion & Crya*] *Crya* locus eſt Cariae. Plinius lib. V. cap. 27. *In ea*, inquit, (*Caria*) *Pedalium promontorium*, & mox, *Crya fugitivorum.* Legendum itaque *Crya.* nam à Ptolemaeo finis Lyciae ſtatuitur, *Caunus*, à Pomponio verò *Telmeſſus*, ut mirum ſit haec non vidiſſe Pintianum.

l. 11. *Thiſamiſſa*] Haec ab aliis dicitur *Thiſanuſa* & ſic V. C. Plinius tria haec ſimul enumerat oppida, *Thyſanuſa*, *Paridion*, *Larymna.*

l. 12. *Pandion*] V. C. & Plinius *Paridion.*

l. 13.

(1) *quoniam.*

l. 13. *Larumna*] Fortè ſcriptum erat apud Stephanum: Ἀλλάριμα πολίχνιον Καρίας. Sed Strabo & ferè omnes hîc *Larymnam* locant, & Stephanus: Λάρυμα πόλις Καρίας, ut apud Plinium.

l. 15. *Linyra & eodem nomine civitas*] Strabo lib. XIV. pag. 666. ἡ ἐκβολὴ τοῦ Λιρήμου ποταμοῦ. Sed erratum puto, pro Λιμύρου, ut Ptolemaeus habet. Homonymum eſt enim oppidum τὰ Λίμυρα fluvio τῷ Λιμύρῳ· Strabo d. l. Sic in Italia *Vulturnus* amnis, *Vulturnum* oppidum.

l. 16. *Schenus*] Aliàs *Schenis*. V. C. *Scoenus*.

l. ead. *Ambit Hylam*] Apud Plinium *Hydam*. Livius lib. XXXVII. (1) *Magneſiam apud Sipylum, & Cariam, quae Hydrela appellatur.*

l. ead. *Bubeſus*] Aliàs *Bubetius*. V. C. *Bubaeſus*. Plinius lib. V. cap. 28. Cariae oppida recenſens. *Regio Bubaſus, oppidum fuit Acanthus, alio nomine Dulopolis.* ut legi poſſet *Bubeſus.*

l. ead. *Cynotum*] V. C. *Cyritoum.*

l. 17. *Gnidus in cornu peninſulae*] *Acanthum* ſequitur in Plinio. *Eſt in promontorio Gnidos.* Sed Strabo lib. XIV. (2) Μετὰ δ' οὖν τὰ Λώρυμα τὸ Κυνὸς σῆμά ἐστι, καὶ Σύμη νῆσος, εἶτα Κνίδος. Ptolemaeus, *Onugnathos*, *Loryma. Peninſulam* appellat eam Cariae partem, quae eſt à portu Gelos ad Halicarnaſſum, & in ejus cornu poſita eſt Gnidos.

Ibid. *In receſſu*] Plinius appellare videtur lib. V. cap. 27. *Phellum*, quam mediterraneam facit Ptolemaeus. Sed *in receſſu* idem eſt, quod in ſinu. Plinius lib. III. cap. 1. (3)

Ibid. *Euthane*] Plinius: *Dein Cariae oppida Pithanum, Euthaniae, Halicarnaſſus.*

l. 20. *Regis Mauſoli*] Hinc *Mauſoleum.* Aulus Gellius lib. X. cap. 18.

l. 21. *Telmiſos*] V. C. *Telmeſos*. Livius lib. XXXVII. cap. 16. *Indè in Telmeſicum profecti ſinum, qui latere uno Cariam, altero Lyciam contingit.* Strabo XII.

l. 23. *Aryanda*] Plinius *Caryanda*, & Strabo & Stephanus. Vide Plinium, *Halicarnaſſus, indè Mindos, Neapo-*

(1) Cap. 56.
(2) Pag. 636.
(3) *Oceanus Europam vel maximè receſſibus crebris excavat, ſed in quatuor praecipuè ſinus.*

Neapolis, Caryanda, Bargyla, & à quo. (1)

Ibid. *Sinus Jasius & Basilicus. In Jasio est Bargylos*] V. C. *Jasus*, & *in Jaso est.* Livius vice versa in Bargylletico sinu Jasum ponit, lib. XXXVII. cap. 17. *Miletum & ceteram oram sociorum praetervecti in Bargylletico sinu exscensionem ad Jasum fecerunt.*

l. 24. *Bargyllis*] Βαργυλία Ptolemaeo. Livius lib. XXXIII. (2) *P. Lentulus à Bargyllis* (3), *P. Villius à Thasso.*

CAP. XVII.

l. 1. *Jonia*] Plinius lib. v. cap. 29. *Jonia ab Jasio sinu incipiens numerosiore ambitu littorum flectitur. In ea primus sinus Basilicus, Posideum promontorium & oppidum, oraculum Branchidarum à littore stadiorum viginti, appellatum nunc Didimei Apollinis.*

l. 2. *Inflexum*] Hoc est, flexum. V. C. *à Posideo promontorio flexum.*

l. 4. *Oraculum Apollinis olim Branchidae, nunc Didymi*] Curtius lib. VII. *Perventum erat in parvulum oppidum, Branchidae ejus incolae erant. Mileto quondam jussu Xerxis, quum è Graecia rediret, transierant, & in ea sede constiterant, quia templum quod Didymeon appellatur, in gratiam Xerxis violaverant.* Pausanias lib. VII. oraculum hoc Διδύμους vocat.

l. 5. *Miletum urbem quondam &c.*] *Miletus Joniae caput, Lelegeis antè, Pityusa & Anactoria nominata.* Plinius lib. v. cap. 29.

l. 8. *Meritò inclytam*] Pausanias fol. 163. Livius lib. XXXVII. *patria inclytis ingeniis meritò inclyta.*

l. 9. *Utcunque Joniam vocant*] Alii *utramque.*

l. 10. *Hyppia*] Plinius ultra Colophonem statuit *Hippos.*

l. ead. *Latmum montem Endymionis à Luna adamati fabula nobilem*] Tullius *Tusc.* 1. *Endymion enim, si fabulas audire volumus, nescio quando in Latmo obdormivit, nondum (ut opinor) est experrectus. Num igitur eum*

(1) *à quo sinus Jasius, oppidum Jasus.*
(2) Cap. 39.
(3) *Lentulus Bargyllas.*

eum curare censes, cùm Luna laboret, à qua consopitus putatur, ut eum dormientem oscularetur?

l. 12. *Deinde rursus inflexa*] Aliter, *dein rursus.* Herodotus lib. 1.

l. 18. *Phygela* &c.] Plinius lib. v. cap. 19. *Regio omnibus Ionibus sacra, & ideo Panionia appellata. Juxtà fugitivis conditum (uti nomen indicio est) Phygela fuit.* Item: *In ora autem Manteium Ephesus Amazonum opus.* Item: *Ab Epheso Manteium aliud Colophoniorum, & intus ipsa Colophon, Haleso affluente: inde Apollinis Clarii fanum, Lebedos.*

l. 20. *Amazones Asia potitae*] Pausanias fol. 163. Diodorus fol. 260.

l. 23. *Thebanorum Epigonos*] Strabo lib. IX. de Cadmi posteris: *Illi porrò arci Cadmeae Thebas muro junxerunt, regnumque confirmarunt, plurimorum Boeotorum imperium adepti, quoad Epigoni exercitum induxerunt.* Et inferiùs: *Derelictas autem fuisse Thebas propter Epigonorum expeditionem, & expertes fuisse Troici belli.*

l. 25. *Ad promontorium quo sinus clauditur*] Fortè ex Plinio lib. v. cap. 29. leg. *Coryneum promontorium*, ut in ipso promontorio sit urbs *Coryna*, de qua infra, peninsulaque ipsum sit promontorium.

l. 28. *Inde latiùs abit*] Alii *in latius.* Infrà cap. 19. *Obliqua tunc regio & in latum modicè patens.*

l. ead. *Terga jungunt*] V. C. *agunt*, ut suprà cap. 15. de Tauro. *Magnarum gentium, quâ dorsum agit, terminus.*

l. 30. *Clazomena*] Ptolemaeo Κλαζομεναί.

l. 32. *In sinu Smyrnaeo*] Lege, *in sinu Smyrna est, & Hermus amnis*, (ex Plinio & Ptolemaeo, qui in eodem sinu Smyrnaeos ponit) *& urbs Leuca: extrà est Phocaea Joniae ultima.* Strabo lib. XIV. Sed Livius, in intimo sinu Phocaeam esse dicit lib. XXXVII. cap. 31. ubi formam ejus describit. Vide quae & Strabo adfert libro XIV. Herodotus lib. 1. ait juxta Φωκίην Hermum in mare exire. Smyrnam autem statuit Colophon, Idem lib. 1. fol. 16.

CAP. XVIII.

l. 2. *Aeolis facta*] Plinius lib. v. cap. 30. Et sic Mela lib. II. cap. 1. de Danubio, *Ister*, inquit, *fit*, id est, dicitur. Legendum autem *Aeoliis* non *Aeolibus*; ut Vellejus lib. 1. & *mox Aeolii*, inquit, *eadem profecti Graecia longisimisque acti erroribus, non minus illustres obtinuerunt locos.*

l. 5. *Myrinam*] Plinius, Ptolemaeus, priùs *Cymen*, pòst *Myrinam* locant. Stephanus Μυρίναν dicit.

l. ead. *Sequentem Pelops statuit, victo Oenomao*] Diodorus fol. 382.

l. 10. *Affirmantis Academiae clarisimum antistitem*] V. C. *artificem.*

l. 12. *Canna oppidum*] Livius *Canas* vocat lib. XXXVII. cap. 8. & Plinius ac Strabo lib. XIII. Hanc etiam appellari Αἰγάτην ait Stephanus.

l. 15. *Isthmos parvis urbibus asperus est*] Pintianus in *Retractationibus* legendum putat, *Is mons parvis.* & sic V. C. Lego, *Is mons primò parvis*, ut in quibusdam codicibus legitur.

l. 17. *Adrimittium*] Xenophon Ἀτραμύττιον.

l. 18. *Astagram*] V. C. *Austra.*

l. ead. *Cressam*] Aliàs *Cressam.* V. C. *Cresan.*

l. ead. *Eodem, quo dicta sunt ordine adjacentia*] Sic lib. II. cap. 7. *Insularum clarisimae sunt, Tenedos, & quo dicentur ordine ad promontorium Tauri montis expositae.* Unde non ineptè quis suspicaretur, Pomponium non perpetuo urbes ordine, quo jacent, enumerasse, ne videlicet ornatum orationis impediret nominum confusa citatio; nisi quis detorquere suae sententiae vellet locum illum ex prooemio: *Constat enim ferè ex gentium locorumque nominibus, & eorum perplexo satis ordine.* Et illud cap. 4. *Deinde stringere litora ordine quo jacent.* Alioquin in ordine saepe à Ptolemaeo, Plinio, & aliis discedit, cum illis inter se conveniat. Nec ignoro, inquit idem Pintianus, Melam, quo digniora priùs memoret, solere ordine abuti, in *Annotationibus ad Plinium* lib. v. cap. 2.

l. 26. *Sequens tractus tangit*] V. C. *cingit.*

l. 27.

l. 27. *Asson*] Plinius lib. v. cap. 30. *Assos*, *eadem Apollonia.*

l. ead. *Aetolorum colonias*] Fortè ex Strabone lib. XIII. fol. 420. legendum *Milesiorum*, aut *Aeoliorum.* Pintianus legendum putat *Aeolum.* Vide locum Velleji sup. cit.

Ibid. Ἀχαιῶν λιμὴν] Livius lib. XXXVII. cap. 9. *Portum*, *quem vocant Achaeorum.*

l. 28. *Hic Sigeum fuit oppidum; hic Achivorum fuit bellantium statio*] Eustathius *ad Homerum Iliad.* H. pag. 666. l. 50. Φησὶ γοῦν καὶ ὁ Γεωγράφος, ὅτι Ῥιτειον, πόλις ἐπὶ λόφῳ, συνεχὴς δὲ τῷ Ροιτείῳ ᾠών· ἐφ' ᾗ μνῆμα καὶ ἱερὸν Αἴαντος, καὶ ἀνδριὰς, ὃν Ἀντώνιος μὲν εἰς Αἴγυπτον ἐκόμισε χαριζόμενος τῇ Αἰγυπτίᾳ Κλεοπάτρᾳ σὺν ἄλλοις ἀναθήμασιν, Ἄρατος δὲ ἐπαναγαγὼν, τοῖς Ροιτειεῦσιν ἀπέδωκεν· ὃ καὶ ὁ σέβαστος Καῖσαρ ἐποίησεν ἐπὶ ὁμοίων τινῶν. Λέγει δὲ καὶ ὅτι μετὰ Ροίτειον τὸ Σίγειον, πόλις κατεσπασμένη, καὶ τὸ Ναύσταθμον, καὶ τὸ Ἀχαϊκὸν στρατόπεδον.

l. 36. *Namque ex summo vertice* &c.] Diodorus Sic. lib. XVII. Solinus cap. 17. de Ida Cretae: *Praeter ceteros Ida est, qui ante solis ortum solem videt.*

l. 42. *Incendio similis*] Pro *similis* lege *solis.*

l. 44. *Deinde paulatim*] Lege, *dein* &c.

l. 47. *Extra sinum sunt Rhoetea litora*] V. C. *Roethea.* Plinius lib. v. cap. 30. *Extra sinum sunt Rhoetea litora, Rhoeteo & Dardanio, & Arisbe oppidis habitata.* Dubium eodemne sinu, an extra.

l. 49. *Ab his fit arctius*] Scilicet littoribus.

l. 50. *Nec jam abluit terras*] Seneca lib. IV. *Nat. Quaest.* cap. 2. *Cùm ceteri amnes abluant terras.*

l. 15. *Angusto Hellesponti freto litus obvium fundit*] Ut fit freto Herculeo.

l. 52. *Ut iterum terrae, quâ fluit, latera sint*] Lege, *quàm fuerant, latiores sint.* Asia enim ibi latissima est. Sup. lib. I. cap. 2. *Rursus expanditur, & fit tam lata, quàm fuerat.* Et lib. II. cap. 6. de Hispania: *Hîc jam terrae magis in altum eunt, latioremque quàm fuerat Hispaniam faciunt.* Vel *latus* dicit esse Asiae Propontis & Pontus, propterea quòd Asiae minor frons sit. Dicit itaque, quâ fluit mare, latus esse alterum Asiae, quod respondet Cariae, Lyciae, Pamphiliae &c.

CAP. XIX.

l. 1. *Interiùs Bithyni sunt*] Fortè *ulteriùs*: nam *interiùs* mediterranea significat, ut suprà cap. 6. *Interiùs & longè satis à litore.* Et lib. II. cap. 1. *Interiùs habitantium ritus asperior.* Apud Servium Sallustius: *Igitur introrsus Asiae Bithynia est, multis antea nominibus appellata: ipsa enim est & major Phrygia.* Plinius lib. v. cap. 32.

Ibid. *Mariandynei*] *Mariandini* Herodoto & Ptolemaeo appellantur. Stephanus, Μαριανδυνία χώρα. Sed dictio *Mariandynei* adjecta videtur ex cap. 2. Et hoc cap. cùm de Ponto agit, *in eo*, inquit, *primùm Mariandyni urbem habent.* Legendum autem videtur, *Interiùs Bithyni sunt. At in ora Graeciae*, &c.

l. 2. *Lampsacum & Parion*] Lege *Lampsacus & Parion.* Livius lib. XXXIII. *Smyrna & Lampsacus libertatem usurpabant.* At Nonius Marcellus ex Cicerone *in Verr. Act.* 2. *Oppidum est in Hellesponto Lampsacum, in primis Asiae provinciae clarum & nobile.* Ubi altera est scriptura. *Lampsacus* olim *Pityusa* vocabatur. Stephanus Byz. Λάμψακος, πόλις κατὰ τὴν Προποντίδα ἀπὸ Λαμψάκης ἐπιχωρίας τινὸς κόρης· ἔστι δὲ Φωκικέων κτίσμα, πάλαι Πιτύουσα λεγομένη, ὡς Δηΐχορος ὁ Κυζικηνός.

l. 9. *Propontis*] Diodorus fol. 179.

l. 11. *In cervice peninsulae Cyzicum*] *Cyzicus* legendum. Vide Stephanum.

l. 12. *Nomen Cyzicus indidit*] Vide Apollodorum & Apollonium. Eum nolens Hercules occidit, ut Orpheus refert.

l. 14. *Minyis imprudentibus*] *Minyeum autem* (Homerus) *vocat Orchomenon à Minyis; atque inde quosdam colonos deductos ad Jolcum dicunt, unde Argonautas Minyas dictos esse.* Strabo lib. IX.

l. 15. *Post Placia & Scylace*] Plinius lib. v. cap. 32. *Mox oppida Placia, Ariacos, Scylace, quorum à tergo mons Olympus, Mysius dictus.* Stephano Πλάκη, & Σκυλάκη.

l. 17. *Ut incolae vocant,*] Haec verba adjecta putat Pintianus in *Retractat.* nam Olympus *Mysius* appellatur

latur à Plinio, Ptolemaeo, Stephano, Theophrasto lib. IV. *de Stirpibus.*

l. 25. *Et, quam Colophonii collocavere, Myrlea*] Plinius lib. v. cap. 32. *Apamea, quae nunc Myrlea Colophoniorum.* Stephanus: Μυρλεία πόλις Βιθυνίας, ἡ νῦν λεγομένη Ἀπάμεια ἀπὸ Μύρλου τοῦ Κολοφωνίων ἡγεμόνος.

l. 27. *Cion amplectitur*] Plinius ibid. *Cios cum oppido ejusdem nominis, quod fuit emporium non procul accolentis Phrygiae, à Mileſiis quidem conditum.*

l. 29. *Fert Neptuni fanum, in gremio Aſtacon*] Euſtathius *in Dionyſium* fol. 31.

l. 31. *Deinde priores terrae* &c.] Aliàs, *dein propriores terrae.* Fortè, *hinc*, vel *dehinc, propiores terrae iterum, exiturique in Pontum* &c. infrà lib. III. cap. 8. *Interiora Gedroſi, dehinc Perſae habitant.*

l. 37. *Conditore Jaſone*] V. C. *conditor Jaſon.* Antiq. & Meus Vetus codex, *conditore Jaſo.* Pintianus legit, *conditor Jaſon.*

l. 40. *Quâ ad laevam & dextram abſcesſit*] Sic lib. III. cap. 2. *Quantum retro Hiſpania abſcesſerat.*

l. 42. *Mollibus faſtigiis inflectitur*] Aliàs, *mollibusque.* Curtius libro VIII. *Petra, non ut pleraeque, mo'dicis & mollibus clivis in ſublime faſtigium creſcit. Molle* non arduum dicit, neque abruptum arctumve. Virgilius *Bucol.* Ecloga IX.

Qua ſe ſubmittere colles
Incipiant, mollique jugum demittere clivo.

Noſter lib. II. cap. 2. *Magno ambitu mollique circumagit.* Caeſar pro minimè acuminato accipere videtur lib. II. *de Bello Civili. Has inter ſe capreolis molli faſtigio conjungunt.* Perſius *Satyra.* III.

Ordo
Quis datus aut metae quàm mollis flexus, & unde.

Caeſar lib. v. cap. 8. de Britannia: *Litore molli atque aperto deligatas* (naves) *ad anchoras relinquebat.*

l. 43. *Ad formam Scythici arcus maximè incurvus*] Servius *ad lib.* III. *Aeneid. Salluſtius de Ponto: ſpeciem efficit Scythici arcus.*

l. ead. *Brevis, atrox*] Ita legendum. Cornelius Tacitus *Annal.* lib. xv. de Paulino Suetonio: *navesque fabricat, plano alveo, adversus breve litus & incertum.* De Britannia idem lib. I. *Histor. Neque discerni poterant incerta ab solidis, brevia à profundis, eadem freto, litori, campis facies.* Vide Pintianum, in quo diligentiam quandoque requiras.

l. 48. *Ex colentium saevo admodum ingenio Axenus*] Strabo lib. VII. ex Eratosthene ait ignorasse Homerum Ponti navigationem. Ovid. IV. *Trist.* Eleg. 4.

Frigida me cohibent Euxini litora Ponti:
Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

l. 53. *Heraclea vocitatur*] Strabo lib. XII. ait Milesios priùs condidisse Heracleam. Adde Plinium lib. VI. cap. 1. & 2. atque Eustathium. At Xenophon lib. VI. Graecam Megarensium facit coloniam, in Mariandynorum finibus sitam. Arrianus in *Periplo*, & Enarratores Apollonii Rhodii fol. 170. 171.

l. 54. *Juxtà specus est Acherusia*] *Acherusium* Ammiano lib. II. & in Peloponneso quoque legitur apud Pomponium infrà lib. II. cap. 4. *Et specus illi, quem in Ponto Acherusium diximus, facie & fabula similis.*

l. 55. *Extractum Cerberum*] Xenophon *de Expedit. Cyri* libro VI. Καὶ ὡρμίσαντο παρὰ τῇ Ἀχερουσιάδι χηρρονήσῳ· ἔνθα λέγεται Ἡρακλῆς ἐπὶ τὸν Κέρβερον κύνα καταβῆναι, οὗ νῦν τὰ σημεῖα δεικνύουσι τῆς καταβάσεως, τὸ βάθος πλέον ἢ ἐπὶ δύο στάδια.

l. 56. *Tum Tios oppidum*] Strabo lib. XII. pag. 238. Edit. Ald. *Ivios.* Sed Stephanus & Arrianus in *Periplo Tios.*

l. 58. *Milesiorum quidem colonia*] Alii, *quondam colonia.*

l. 58. *In litoribus penè mediis promontorium est*] Sic suprà cap. 6. de Iol. *Citra hanc (nam in medio fermè litore sita est) Cartenna.*

l. 59. *Carambis*] *Carabis* aliàs. Plinius lib. VI. cap. 2. *Promontorium Carambis vasto excursu, abest à Ponti ostio* CCCXV. *M. pass. Fuit & oppidum eodem nomine & aliud, inde Armene.*

l. 60. *Cromna*] *Croninosa.* V. C.

l. 61.

l. 61. *Et à Cytoro Phryxi filio posita Cytoros*] V. C. *& à Cythitoro.* Strabo lib. XII. Τὸ Κύτωρον ὠνόμασται ἀπὸ Κυτώρου τοῦ Φρίξου παιδὸς, ὡς Ἔφορός φησι. Et Valerius Flaccus lib. V.

Mox etiam Cromnae juga pallentemque Cytoron,
Teque cita penitus condunt, Erithya, carina.

Plinius *mons Cytorus.*

l. ead. *Tum Cinolis, Anticinolis*] Arrianus non meminit *Anticinolis*, sed Κινώλεος.

l. 62. *Et quae Paphlagoniam finit, Armine*] V. C. *Armene.* Xenophon etiam *de Expeditione Cyri* lib. VI. scribit Ἀρμήνην. & Stephanus ita appellari quibusdam tradit.

l. ead. *Chalybes proximi urbium clarissimas habent Amison & Sinopen; amnium Halyn* &c.] Quid si *urbes* legamus & *amnes.*

l. 63. *Amison*] V. C. *Animium.*

l. 67. *In eo fuit oppidum Themiscyrum: fuere & Amazonum castra*] Vide Orpheum & Appianum fol. 144. Curtius lib. VI. *Cercetae, Mosyni & Chalybes ab laeva sunt; ab altera parte Leucosyri, & Amazonum campi.* Sallustius apud Servium ad Virgilii lib. XI. *Aeneid. Dein campi Threicii, quos habuere Amazones, ab Tanai flumine, incertum quam ob causam digressae.* Ἰσθμὸν esse dicit Strabo, τὸν ἀπὸ τῆς πρὸς Ταρσῷ θαλάττης ἐπὶ πόλιν Ἀμισὸν, καὶ τὸ τῶν Ἀμαζόνων πεδίον τὴν Θεμίσκυραν.

l. 70. *Quibus in risu luxuque summum bonum est*] Stephanus in *Dictionario: Ephorus in quinto ait Tibarenos ludum risumque exercere atque hoc summam felicitatem existimare.*

Ibid. *Ultra Carabin*] Fortè vacant haec verba, aut *ultra Chalybas* legendum. Sive enim *Carambin* sive *Carabin* legas, locum non habet haec dictio. Vide Xenophontem lib. V. *de Expeditione Cyri.*

l. 71. *Mossynoeci*] Plinius lib. VI. cap. 4. *Mossyni notis signantes corpora*, & Orpheus in *Argonauticis.* Item Curtius lib. VI. & Nicolaus Damascenus *de moribus Gentium* citante Stobaeo *Serm.* XLII. pag. 304. atque ita legebatur ante emendationem Hermolai. Legendum

itaque videtur. *Ultrà Mossyni.* At vide Dionysium Halicarn. lib. I. fol. 17.

l. 76. *Inedia totius diei afficiunt*] Non videtur hoc loco Mela transtulisse Apollonii verba. Multa enim hîc adducuntur, quorum Apollonius non meminit, & verisimilius est eum ab aliquo accepisse, qui aliter quàm Ephorus ac Olympiodorus rem tradiderit, ut sunt semper auctores varii: certè Xenophon *de Exp. Cyri* lib. v. de eorum rege haec tradit. vide illum locum. Quare legendum videtur *inedia conficiunt.* Cn. Pompejus in *Epistola ad Senatum* in Fragm. Sallustii 245. *Quem, quantum in vobis est, fame miserrima omnium morte confecistis.* Pomponius inf. hoc cap. *Nec ferro dimicant, sed quos laqueis intercepere, trahendo conficiunt.* Et lib. III. cap. 8. *Serpentes ab avibus quas Ibides appellant, adverso agmine excipi, pugnaque confici traditum est:* ex quibus verbis apparet, illum in custodia haberi, & quoniam publicè alitur, inedia diei totius affici, si quid malè imperaverit.

Ibid. *Asperi, inculti, pernoxii appulsis*] Fortè, *asperi, incultique, & noxii appulsis.* ut lib. II. cap. I. *Scylla saxum est, Charybdis mare, utrumque noxium appulsis.*

l. 77. *Deinde minus feri*] *Dein minus feri* legendum.

l. 79. *Discheri, Buxedi*] V. C. *Bechires, Buzeres.* Plinius lib. VI. cap. 4. *Bechires, Buzeri.* Dionysius Perieg. v. 765.

Βύζηρές τοι πρῶτα, καὶ ἀγχόθι φῦλα Βεχείρων.

Adde Stephanum.

l. 82. *Atque indè in sinu adversi litoris*] Fortè, *Atque unde se in sinum adversi litoris flexus attollens.* Et sic legit Aldus, nisi quòd habet *inde*, non *unde.*

l. 84. *Hinc Phasis erumpit*] Stephanus: *Phasis*, inquit, *civitas ad Phasim fluvium posita in Colchis, à Milesiis condita.*

l. 85. *Athemistagora Milesio*] *A Themistagora Milesio* legendum.

l. 92. *Iidem aliubi*] *Ii* legendum; & pro *aliubi*, *alicubi* V. C.

l. 93.

l. 93. *Ut aliis aliisve appositis gentibus*] *Appositi* V. C. & Aldus.

l. 96. *Quod Graeci mercatores constituisse*] Suprà cap. 17. *Quam Mopsus ejusdem Mantûs filius statuit.* Julius Caesar lib. 1. *Belli Civil.* cap. 15. *Quod oppidum Labienus constituerat.* Sed & suprà cap. 11. *Constituta urbs mirae magnitudinis Babylon.*

l. 98. *Ignaris quae terra esset*] *Ignaris quâ terra esset* V. C.

Ibid. *Cygni vox notam dederat*] Servius ad lib. 1. *Aeneid.* 397. *Cycni* (augurium) *nullis dant, nisi nautis. Sicut lectum est in Ornithologia:*

Cycnus in auguriis nautis gratissimus ales,
Hunc optant semper, quia nunquam mergitur undis.

l. 100. *Melanchlaeni*] Ante correctionem Hermolai *Menanchlea* legebatur. Verùm cùm de his in Europa agat, non videò hîc rectè certò collocari. Herodotus lib. IV. fol. 28. etiam *Melanchlaenos* in Europa collocat.

Ibid. *Reliqua ejus*] Scilicet *litoris.*

l. 103. *Phthirophagi*] Ante emendationem Hermolai legebatur *Cleptitophagi*, aliàs *Cleptriophagi*, vel *Cleotiphagi.*

l. 104. *In confinio Maeotidis Syndones*] *Sindi* mihi videtur legendum, non *Syndones.* Ita praeter ceteros legit Orpheus in *Argonaut*, & Eustathius Dionysii Interpres: Σινδοὶ οἱ καὶ Σιγχοὶ λεγόμενοι. Ammianus lib. XXII. 569. *Sindon* post Borysthenis ostia in Europa collocat, *quam incolunt Sindi ignobiles.*

l. 108. *Obliqua tunc regio*] Fortè, *tum regio.*

l. 109. *Inter Pontum Paludemque ad Bosporum excurrit*] Plinius lib. VI. cap. 6. *Ora ipsa Bospori utrinque ex Asia atque Europa curvatur in Maeotin.* Infrà lib. II. cap. 1. *Obliqua tunc ad Bosporum plaga excurrens, Ponto ac Maeotide includitur.*

l. 100. *Quae duobus alveis in lacum*] Pintianus in *Retractationibus* legit, *quam duobus alveis Anticitos in lacum & in mare profluens Corocondama peninsulam reddit.* In vetusto codice sic legitur: *quam duobus alveis in lacum & in mare profluens Corocanda penè insulam reddit.*

l. III.

l. III. *Corocondamam*] V. C. *Corocanda.* Stephanus *Coricondamen* appellat oppidum proximum Sinopae, & paludem *Coricondamitin.*

l. 113. *Cepae*] Straboni Κήπαι, aut aliàs Κήποι.

l. 117. *Quasi margine obductus*] Hoc est, nullos sinus efficiens.

l. 120. *Toreatae Arrichi*] Τορρεάται, Ἄρρυχοι.

l. 122. *Iaxamatae*] V. C. *Xamatae.*

l. 123. *Ut ne militiae quidem vacent*] Hoc est, ne militiae quidem vacationem habeant.

l. 125. *Illae equestre praelium ineunt*] Fortè *illae equestres praelium ineunt.*

l. 134. *Idem semper & sublimis*] Aliàs *subsimilis:* forsan, *sui similis*, V. C.

l. 135. *Sauromatae*] De Sauromatis Nicolaus Damascenus apud Stobaeum *Serm.* XLII.

l. 139. *Ad alia steriles*] *At* aliàs, *& alia* V. C.

l. 140. *Budini Geloni*] Aliàs, *Budini Gelonion.* Verùm *Coravim* & *Gelonon* urbem in Europa collocat Stephanus, non in Asia. Vide eum in *Gelonon.*

l. 141. *Thyrsagetae*] Aliàs *Thisagetes.*

l. ead. *Turcae*] Aliàs *Lurcae.* Plinius lib. VI. cap. 7. *Turcae* habent Stephanus & Eustathius *in Dionysium.*

l. 141. *Ultraque eum jacet ora*] *Ultra* hîc ponitur pro *supra.*

l. 143. *Ad Arymphaeos usque promittitur*] Noster in Gallia: *ad Pyrenaeum usque promittitur.* & lib. I. cap. 3. *Deinde rursus Gallia est longè & à nostris litoribus huc usque promissa.*

Ibid. *Surgit mons Rhipaeus*] Rhipaeos montes non rectè Veteres, ubi essent, designarunt, qui Tanais ortum in ipsis esse scribunt. Fontes enim habet in paludibus, & planis locis, & *Don* vocatur ab incolis; mons olim *Silis.* Rhipaei verò montes versus oram Oceani in tanta altitudine tot producti continentibus sunt jugis, ut nostri *catenam mundi*, incolae *Semma poias*, quod *mundi cingulum* significat, appellent.

l. 146. *Nuda sunt capita*] Id est, sunt calvi. Ex Herodoto Plinius lib. VI. cap. 13.

LIB. II. CAP. I.

l. 2. FINIS *ac ſitus eſt*] Sic. lib. I. cap. 4. *Nunc exactiùs oras ſitusque dicturo.*

l. 3. *At per eundem amnem in Maeotida remeantibus*] Fortè, *at per eundem amnem in Maeotida remeantibus; ad dextram Europa eſt, modo ſiniſtro lateri navigantium oppoſita, Rhipaeis montibus (nam & huc illi pertinent) proxima cadentes aſſiduè nives adeò invia afficiunt, ut ultra* &c. Pintianus in *Retractat. lateri* legit & *appoſita* cum Aldo, non *oppoſita.* Item conjunctionem *ac* inſuper delendam, & verbum *cadentes* minori littera ſcribendum monet. Europa, quae nunc, dum ex palude in fontes Tanais navigabatur, ſiniſtra erat, remeantibus in paludem per eundem amnem jam dextera eſt. Sequitur enim ſemper ea quae à dextra ſunt priùs, ominis gratia. Sic lib. I. cap. 4. *Et ab his potiſſimùm, quae influenti dextra ſunt.* & de Caſpio mari lib. III. cap. 5. *Ad introëuntium dextram Scythae Nomades.* & de Perſico lib. III. cap. I. *In ipſo Carmani navigantium dextra poſiti;* & de Arabico, loco cit. *Ab ea parte, quae introëuntibus dextra eſt.* & lib. III. cap. I. *Huc egreſſos, ſequentesque ea, quae exeuntibus dextra ſunt.* Omnia ex Herodoto in *Melpomene*, quae hoc capite Mela tradidit, tranſcripſit.

l. 8. *Niſum intendentium*] V. C. *incedentium.*

l. 10. *Gryphi*] Plautus in *Aulularia: divites qui aureos montes colunt.*

l. 17. *Buges*] *Butes* V. C.

l. 18. *Pro ſedibus plauſtra habent*] Salluſtius: *Scythae Nomades tenent, quibus in plauſtris ſedes ſunt.*

Ibid. *Hamaxobitae*] Strabo lib. II. & VII. Ἁμαξοικοί.

l. 19. *Obliqua tunc ad Boſporum plaga*] Pro *tunc* lege *tum.* Suprà: *Obliqua tum regio & in latum,*

l. 21. *In paludem vergentia*] Alias, *In palude.*

l. 22. *In Boſporum Cimmerium oppida*] *In Boſporum Cimmerica oppida.*

l. 27. *Carambico, quod*] V. C. *Carambii quod*, leg. *Carambico, quod in Aſia diximus, par & adverſum. Par & adverſum* etiam habet V. C. Ideo autem *par* eſſe dixit,

dixit, quia ſicut Carambis medium Euxinum ſecat, ſic & Criumetopon. Plinius lib. II. cap. 20. & lib. IV. cap. 12. *Promontorium Criumetopon adverſum Carambi Aſiae promontorio, per medium Euxinum excurrens.* Sic Pomponius lib. II. de Hispania cap. 6. *Atque ei, quod in Africa Ampeluſiam eſſe dixeramus, adverſum.* Item in Thracia lib. II. cap. 2. *Alter Ponti angulus adverſus Phaſiaco, &, niſi amplior foret, ſimilis.* & lib. I. cap. 7. *Jam Leptis altera & Syrtis, nomine & ingenio par priori.* & lib. I. de Europa: *Cùm contrariis litoribus Aſiae non oppoſita modo, verùm etiam ſimilis.* Caeſar lib. II. cap. 18. *de B. Gall. Ab eo flumine pari acclivitate collis naſcebatur adverſus huic, & contrarius.*

l. 29. *Cherroneſus*] Aliàs *Cerone* V. C.

l. 32. *Subit tum mare*] Plinius lib. IV. cap. 12. *Mare ſubit vaſto receſſu, donec* 5000. *paſſuum intervallo abſit à Maeotide.*

l. 33. *Quinque millium paſſuum ſpatio*] Aliàs, *quinque millium ſpatio.*

l. 37. *Taphrae*] Strabo lib. VII. ait hunc Iſthmum, ſtadia CCCLX. ad ſtadia decem turribus aedificatis fol. 301.

l. ead. *Sinus Carcinites*] Fortè, *ſinus Carcinitis.* Strabo lib. VII. Sed mendoſè, ut opinor. Herodoto *Cyrcinitis* in *Melpomene.*

l. 39. *Gerrhos inter Baſilidas & Nomadas*] Herodotus lib. IV. *Sextus eſt Hypacyris, qui ex palude manans, mediosque Scythas pecuarios perfluens, in mare evolvitur juxta Carcinitin.* Legendum itaque, *Hypacyris per ipſos Nomadas:* nam poſt etiam inter Nomadas Georgosque dicit fluere Panticapen. Adde Plinium lib. IV. cap. 12.

l. 42. *Hypacaris per Nomadas evolvitur*] Aliàs, *Hypaciris poſt ipſos Nomadas evolvitur.* Plinius lib. IV. cap. 12.

l. ead. *Silvae deinde ſunt*] Non id vult Pomponius, maximas ſilvas in Scythia eſſe; nam pòſt dicit, adeo eſſe Scythas lignorum egentes, ut ignes oſſibus alant; ſed ibi eſſe ſilvam omnium Scythiae maximam. Hylaeam eam terram, materia refertam appellat Herodotus lib. IV. cap. 18.

l. 44. *Qui nomadas Georgosque diſterminat*] V. C. *dis-*

disterminant. Gerros Basilidas & Nomadas separat: Hypacyris per Nomadas & Rhipaeos fluit.

l. 45. *Excedens tenui radice litori annectitur*] Sic infrà cap. seq. *in radice magnae peninsulae.* Verbum verò *excedens* supervacuum à Pintiano censetur. Sed ipse Mela lib. III. cap. 2. *Mox tantundem penè in pelagus excedens.* Et in Italia hoc lib. cap. 4. *Ab Alpibus incipit in altum excedere.* Hîc itaque sede sua movendum non censeo. Videtur tamen, inquit idem in *Retractat.* deesse *in altum*, vel *in pontum excedens*, vel aliquid simile.

l. 48. *Facie positi ensis allecta est*] Plinius lib. IV. cap. 12. *Et peninsula ad formam gladii in transversum porrecta.* ut non absurdè *porrecta est* hîc legi possit, aut *porrecti ensis.*

l. 49. *Mare Ponticum*] Fortè *Pontum* V. C.

l. 56. *Alit laetissima pabula*] Alias, *alit laetissimè pabula.* V. C. *laetissima pabula* habet.

l. 59. *Iter alveo stringit*] Sic Curtius de Gange lib. VIII. *à meridiana regione decurrit, & magnorum montium juga recto alveo stringit.* Virgil. *Ecl.* IX. & lib. VIII. *Aeneid.*

——— *Ego sum. pleno quem flumine cernis*
Stringentem ripas, & pinguia culta secantem.

Adde Solinum cap. 29.

l. 60. *Borysthenida & Olbida Graeca oppida*] Ὀλβίᾳ καὶ Βορυσθενίς. V. C. *Olbiam.* Graeca oppida *Olbia* & *Borysthenis.* Herodotus lib. IV. *Dehinc habitant Scythae agricolae, quos Graeci, qui sub Hypane incolunt, Borysthenitas appellant, ipsi verò se Olbiopolitas.* Consule & Arrianum.

l. 62. *Callipidas Hypanis includit*] Hujus fluminis aut gentis Herodotus non meminit. Vitruvius lib. III. cap. 8. *Hypanis de montibus ortus.* Cicero lib. I. *Tuscul. Quaest. apud Hypanim fluvium, qui ab Europae parte in Pontum influit.* Aristoteles ait in eo bestiolas quasdam nasci, quae unum diem vivant. *Includit*, i. e. terminat, separat. Plinius lib. III. cap. 4. de Anione. *qui & ipse Latium includit à tergo.* & lib. VI. cap. 20. *Armant peditum* XXX. M. *elephantos* CCC. *equites* DCCCC. *Hos*

inclu-

includit Indus montium corona circumdatus & solitudinibus per IↃCXXXV. M.

l. 64. *Tandem non longè*] Pro *tandem* repone *tantum.*

l. 68. *Intra Callipidas*] V. C. *inter Callipidas.*

l. 69. *Hos ab Istricis Tyra separat*] Herodotus lib. IV. cap. 51. *Post hunc Tyrea, qui ab aquilone means ortum trahit ex ingenti palude, quae Scythiam terram à Nebride separat. Ad ostium hujus incolunt Graeci, qui Tyritae vocantur.* paullò antè: *flumen Tyra.* Ammianus lib. XXII. cap. 9. *Tyrus colonia Phoenicum, quam praestringit fluvius Tyras.* Idem Plinius tradit lib. IV. cap. 12. *Clarus amnis Tyra oppido nomen imponens, ubi antea Ophiusa dicebatur.*

l. 74. *Nam per immania magnarum gentium*] *Spatia* interponendum.

l. 75. *Deinde aliter appellantibus accolis fit Ister*] Fortè, *aliter eum appellantibus.* Pintianus lib. I. cap. 18. in Aeolide legendum putat, non *facta*, sed *dicta*, quae opinio ex hoc loco convincitur. *Ister*, inquit Mela, *fit*, id est, dicitur. Castigandus autem Martiani Codex, in quo sic legitur: *Ister fluvius ortus in Germania de cacumine montis novem sexaginta amnes assumens.* Legendum enim *montis Abnobae.* Cornelius Tacitus *de Moribus Germanorum: Molli & clementer edito montis Abnobae jugo effusus, plures populos adit.*

l. 79. *Totidem, quot ille, ostiis*] Ovid. lib. II. *Trist.* eleg. 1. v. 189.

Solus ad egressus missus septemplicis Istri.

Adde Strabonem lib. VII. de Istro, & Solinum cap. 13.

l. 79. *Navigabilibus*] V. C. *navigabilis.*

l. 82. *Ac festo coitu*] Pro *coitu*, *coetu* legitur in antiquo Codice.

l. 84. *Auro cincta*] Antiqua Exemplaria *juncta:* fortè, *vincta:* & sic legit Aldus. V. C. Solinus cap. 15. *incincta.*

l. 85. *Apud eos ipsos*] Particula *eos* redundare videtur.

l. 89. *Sarmatae*] *Satarichae* aliàs. *Sarichae* V. C. *Sarmatas* autem post *Agathyrsos* Pomponius nominavit, pòst

post mores singulorum ordine reddit; quare non omnino malè haberet *Sarmatae*, si postea adderetur *Satarchae*.

l. 91. *Admodum assidue*] Alàs *admodum assiduae*. V. C. De Sarmatis & eorum moribus & victu Diod. Siculus libro v. & Ammianus lib. xxxi. & Herodotus. & Turnebus pag. 289. Aliter Cornelius Tacitus.

l. 92. *Demersis in humum sedibus*] Herodotus fol. 294.

l. 93. *Totum braccati corpus*] Ovidius lib. III. *Trist.* eleg. 10.

Pellibus, & sutis arcent mala frigora braccis,
Oraque de toto corpore sola patent.

Idem lib. IV. *Trist.* & lib. V. *Trist.* eleg. 7.

Pellibus & laxis arcent mala frigora braccis,
Oraque sunt longis horrida tecta comis.

Adde Herodotum lib. IV. non longè à principio, & Diodorum Siculum lib. III. pag. 179.

l. 101. *Atque ut illa pecorum durant, ita diu statam sedem agunt*] Cùm paulo ante *pecorum* meminisset, non fuit necesse hic statim iterum addere. Quare legendum puto *atque ut illa perdurant, ita hi statam* &c. sic de Euphrate lib. III. cap. 8. *Tum Arabas ingressus, non perdurat in pelagus, verùm ingens modo & navigabilis, inde tenuis rivus, despectus emoritur.* Fortè etiam pro *statam sedem* leg. *storeas.* Caesar lib. II. *de Bello Civil.* cap. 9. *Storeas autem ex funibus anchorariis tres in longitudinem parietum turris, latas* IV. *pedes fecerunt.*

l. 112. *Exemtumque sanguinem, ubi permiscuere, degustant*] Legendum, *ubi vino permiscuere.* Sallustius ait, *Catilinam humani corporis sanguinem vino permixtum in pateris circumtulisse.*

l. 116. *Binisque poculis, qui plurimos retulere, perpotatis interlocantur*] Ante emendationem Hermolai legebatur, *perpotatis interlocantis honos praecipuus est.* Herodotus lib. IV. *Qui verò plures caedes fecere, ii duobus pariter, quos habent, calicibus potant.* Si conjecturis uti licet, hunc locum sic legerem, ut cum Herodoto

congruat, a quo haec omnia: *binisque poculis, qui plurimos retulere, perpotant. Is honos*, &c. nam *interlocant* ex verbo praecedenti *perpotant* factum existimo, cùm Librarii nescirent, ut saepe usu venit, esfetne scriptum *perpotant*, an *ter locant*, aut, quod idem est, *perpotatis* aut *ter locatis*; nam *est* adjunctum fuit ex inferiori clausula. Aliàs *inter perpotantes, interlocantes honos.*

l. 120. *Antropophagos*] Cùm haec ex Herodoto ad verbum descripsit Mela, & *Antropophagos* à Melâ dictos ipse Herodotus eos *Androphagos* vocet, quemadmodum & ipse Mela lib. III. cap. 6. sic hîc etiam esset legendum.

l. 121. *Epulae visceribus humanis apparantur*] Herodotus lib. IV. *Multi homines excoriatos & stipe lignea extentos super equos circumferunt.*

l. 123. *Melanchlaenis atra vestis*] Melanchlaenos in Asia degere scribit Herodotus fol. 217.

l. 124. *Neuris statum singulis tempus est*] *Statum annis singulis* legendum videbatur ex Herodoto. Sed quum Solinus verè, *Neuri*, inquit, *statis temporibus in lupos transfigurantur, deinde acto spatio, quod huic sorti attributum est, in pristinam faciem revertuntur*, addere non ausim, sed id significare videtur *statum.*

l. 127. *Mars omnium Deus*] *Scytharum* addit V. C.

l. ead. *Enses & cinctoria dedicant*] V. C. *tentoria.* Plinius lib. VII. cap. 7. *Tu cujus semper cinctoria est mens.*

l. ead. *Hominesque pro victimis feriunt*] Solinus cap. 20. *Populis istis*, inquit, *Deus Mars est: pro simulacris enses colunt; homines victimas habent; ossibus adolent ignes focorum.* ubi legendum fortè, *alunt*, non *adolent.* Adde Herodotum lib. IV. non longè à principio. & Diodorum lib. III. fol. 179.

CAP. II.

l. 1. *His Thracia proxima est, eaque à Pontici lateris fronte usque in Illyricos*] Id est, mari Aegaeo, nam ab Hellesponto ad Pallenen latus est Thraciae; reliquum autem ejus lateris montibus & iis gentibus terminatur, quas pòst enumerat. Sic suprà lib. I. cap. 3. *Hinc in Aegaei partem*

tem pertinens Thracia. Sic Plinius lib. IV. cap. 11. *Ita finit* supra Thraciam *Ister, à septentrione, & ab ortu Pontus ac Propontis, à meridie Aegaeum mare.*

l. 2. *Penitus immissa*] Suprà lib. I. cap. 9. *Asiae prima pars Aegyptus inter Catabathmon & Arabas, ab hoc litore penitus immissa.*

l. 3. *Istro pelagoque contingitur*] Tacitus fol. 649.

l. 6. *Quae feruntur*] Aliàs, *feruntur.*

l. ead. *Malignè admodum patiens*] Id est, non largè. Plautus in *Bacchid.* Act. 3. sc. 2.

Sisne nec ne, ut esse oportet: malus bonus, cujusmodi;
Justus injustus; malignus largus; commodus incommodus.

Virgilius *Aeneid.* VI. 270.

Quale per incertam lunam sub luce maligna
Est iter in sylvis.

l. 11. *Asper atque indecens*] Pro *asper* V. C. legit, *dispar.*

l. 12. *Ceterùm ad ferociam & numerum, ut multi immitesque sint, maximè ferax*] Hunc locum nemo ausus est attentare, cùm tamen verba illa, *ut multi immitesque sint*, idem valeant, quod *ad ferociam & numerum.* Haec ideo dixerim, quia sunt quidam nimis religiosi, qui apud Pomponium nullum verbum redundare affirmant.

l. 18. *Orpheo primum initiante*] Id est, instituente. Diodorus Siculus Orpheum sacra Bacchi ex Aegypto in Graeciam primum attulisse narrat. Suidas etiam dicit Orpheum Thracem primum instituisse Graecorum mysteria, & cultum Graecorum θρησκείαν appellatam, quia Thracum esset inventum.

l. 20. *Haemus in tantum altitudinis abit*] Strabo lib. VII. fol. 303. item Livius lib. XLII. de Philippo.

l. 24. *Getae utique*] Haec verba haud dubiè vacant. Vide Solinum de Thracia cap. 16.

l. 32. *Nec feminis quidem segnis est animus*] Suprà lib. I. cap. 5. *Regio solo quàm viris melior, & segnitie gentis obscura.*

l. 33. *Votum eximium habent*] Tacitus fol. 630. *cùm*

ſpe votoque uxoris ſemel tranſigitur. Sic *ad ſecunda vota tranſire*, Arnobius fol. 134. & 187. Solinus 63. Et Seneca *de Ira* lib. III. cap. 31. *Haec res ſua in reges arma convertit, fidisſimosque eò compulit, ut de morte eorum cogitarent, pro quibus & ante quos mori votum habuerant.* Sed Noſter lib. III. cap. 5. *Id eis funus eximium eſt.* Fortè igitur *funus* aut *fatum* legendum.

l. 34. *Et quia plures ſingulis nuptae ſunt, cujus id ſit decus, apud judicaturos magno certamine affectant*] Hoc eſt, ii, qui ſupra Creſtonaeos habitant. Sed ſuprà dixit: *Quia ſingulis aliquot ſimul conjuges.* Tullius *Tuſcul.* lib. v. cap. 27. *Mulieres verò in India, cùm eſt cujusvis earum vir mortuus, in certamen judiciumque veniunt, quam plurimùm ille dilexerit, plures enim ſingulis ſolent eſſe nuptae. Quae eſt victrix, ea laeta, proſequentibus ſuis, unà cum viro in rogum imponitur: illa victa, moeſta diſcedit.* Idem Valerius Maximus habet lib. II. cap. 16. & D. Hieronymus *contra Jovinianum* lib. I. pag. 40. Euripides in *Creſphonte*, citante Cicerone lib. I. *Tuſc. Quaeſt.*

Nam nos decebat coetus celebrantis domum
Lugere, ubi eſſet aliquis in lucem editus,
Humanae vitae varia reputantis mala:
At qui labores morte finiſſet gravis,
Omnes amicos laude & laetitia exſequi.

l. 36. *Moribus datur*] Quaenam dilecta fuerit praecipuè à marito. Herodotus lib. v. Fortè leg. *amoribus.*

l. 37. *In hoc contenditur*] Fortè, *hoc conceditur.*

l. 42. *Si detur in manus*] Catullus in *Epithalamio Juliae.*

Tu fero juveni in manus
Floridam ipſe puellulam
Matris è gremio ſuae
Dedis.

l. 45. *Publicè aut locantur ducendae, aut veneunt*] Hoc non Thracibus, ſed Babyloniis tribuit Herodotus

lib. 1. aitque ſervari eam legem ab Enetis, qui ſunt ex Illyriis. De Maſſagetis etiam hoc refert Idem lib. 1. & de Aſſyriis Stobaeus *Serm.* XLII. Aſſyriis id etiam in more eſſe ait Stobaeus *Serm.* CXLV.

l. 53. *In littoribus Iſtro proxima*] *In littoribus Iſtro eſt proxima*, legitur in V. C.

l. ead. *Iſtropolis*] Ptolemaeo, Ἰστροπόλις. Lat. verſ. *Iſtropolis*. Straboni & Stephano Ἴστρος.

l. 54. *Calatis & Tritonice*] Hîc à Ptolemaeo & Strabone collocatur *Tomis*. *Tomus* Ptolemaeo & Arriano. Strabo inter Iſtrum & Calatin collocat Τόμιν. Stephanus Τομεύς. Ammianus fol. 569. *Tomi*. Legendum fortè, *Calatis & Tomi*. *Calatis* in Ptolemaei verſione Latina *Gallatia*, non *Callatia*, ut Pintianus in *Caſtigationibus*. Strabo fol. 219. Κάλατις Ἡρακλεωτῶν ἄποικος.

l. 55. *Et portus Caria*] Arrianus in *Periplo*: Ἐνθένδε ἐς Καρῶν λιμένα, ὀγδοήκοντα καὶ ἑκατόν· καὶ ἡ γῆ ἐν κύκλῳ τοῦ λιμένος Καρὰ καλέζεται. ἀπὸ δὲ Καρῶν λιμένος εἰς Τετρισιάδα στάδιοι εἴκοσι καὶ ἑκατόν.

l. ead. *Tiriſtris promontorium*] Ante Hermolaum legebatur *Piſtris*. Hoc promontorium Strabo lib. VII. videtur appellare Κηπίζις ἄκρα. Ptolemeus Τρίστρια. At in Latino, *Tiriſtris*. Legendum fortè apud Strabonem, καὶ Τρίστρις ἄκρα.

l. 57. *Et niſi amplior foret, ſimilis*] Sic lib. II. cap. ult. de Creta: *Niſi major eſſet, Cypro ſimilis*. & alibi de Maeotide: *& citra magnitudinem Ponto ſimilis*.

l. 58. *Bizone*] Βιζώνη Strabo lib. VII. fol. 309.

l. 59. *Crunos*] Κροῦνοι appellari videtur à Strabone. Plinius lib. IV. cap. 11. *Nunc habet Dionyſiopolim, Crunos antea dictam*.

l. ead. *Anchialos*] Aliàs *Anchiales*.

l. 60. *Odeſſos*] Ptolemaei Lat. verſ. *Odeſſum*. Arrianus, Ὀδησσός. Strabo lib. VII. Ὀδησὸς cum ſimplici σ.

l. 61. *Atque ubi Pontus alterum ſui flexum angulo finit magno*] Haec verba delenda cenſet Pintianus in *Retractat.* quoniam eorum ſit inutilis repetitio.

l. ead. *Intimo in ſinu*] *In* deletur in veteri Codice.

l. 62. *Magna Apollonia*] Lege *magno*, ut ad *angulo* referatur, non ad *Apollonia*, quae non *magna* fuit.

l. 64. *Quod Thinniam vocant*] Strabo lib. VII. Ἡ Θυνιὰς τῶν Ἀπολλωνιατῶν χώρα.

l. 65. *Exit & incurvis*] *Et* redundat, atque abest à V. C.

l. ead. *Incurvis contra se littoribus obtenditur*] Ora, non promontorium Tacitus: *Omnium, quas expositi, gentium lateribus obtenditur.* Et suprà lib. I. cap. 4. de Africa: *Quia nec usquam Asiae & non totis hujus littoribus obtenditur*, id est, ora recta non procedit à septentrione in austrum, sed obtenditur curvis alterius lateris littoribus.

l. 66. *Urbemque sustinet*] *Urbesque sustinet* V. C.

l. ead. *Halmydessón & Phileas*] Ptolemaeus statim post *Halmudessón* collocat *Phileam* promontorium & *Phinopolim*, ut hîc *Phileam* sit legendum. Strabo lib. VII. pag. 309. & Ptolemaeus, Σαλμυδησσός. Herodotus, *Salmydesus*. Plinius, *Almedessos*. Xenophon *Salmydessos*. *Halmudessos* aliis vel *Almudessos* vel *Salmudessos* dicitur. Ante Hermolaum legebatur *Helini dessón & Philas*. Hermolaus ex Ptolemaeo *Philiam*, aut ex Stephano *Phileas* scribendum censet.

l. 67. *Phinopolim*] Φθινόπολις Straboni, sed, ut puto, mendosè. Livius lib. XXXII. cap. 33. videtur appellare, *Panopolin*, nisi mendum sit.

l. 69. *Selymbria*] Strabo *Selybriam* vocat fol. 309.

l. ead. *In Bosporo Byzantium*] Ptolemaeus: *Byzantium. Bathynii. fl. ostia. Athyrae fl. ostia. Selybria. Perinthus.*

l. 70. *Bitynis*] *Bathynias* Plinio lib. IV. cap. 11.

l. 71. *Erginos*] Hunc videtur appellare *Arzum* Ptolemaeus.

l. ead. *Tum Rheso regnata quondam pars Thraciae*] Non de mediterraneis hîc agit Mela, sed de oppidis, quae sunt in ora Thraciae. Rhesi autem meminit, quoniam de ejus equis fatalibus apud Homerum aliosque Poëtas crebra mentio. Plinius lib. VI. cap. 20. *Gens Pandae, sola Indorum regnata feminis.*

l. 75. *Et in radice magnae peninsulae sedens*] V. C. *& in radice montis magnae peninsulae sedens.* Mirum est Pintianum non attendisse ad verba cap. praeced. ubi describitur δρόμος Ἀχιλλεῖος, *terra tum longè distenta excedens tenui radice litori adnectitur.*

l. 80.

l. 80. *Ob multa memorabilis est*] V. C. *ob multa memorabile in ea.* & meus Liber. Aut aliàs, *ob multa memorabile est.*

l. 81. *Flumen Aegos, naufragio classis Atticae insigne*] Plutarchus in *Lysandro.* Hujus non ut fluminis, sed urbis meminit Xenophon lib. II. *Hist. Gr.* Ἐκεῖθεν δὲ εὐθὺς ἐπισιτισάμενοι ἔπλευσαν ἐς Αἰγὸς ποταμοὺς, ἀντίον τῆς Λαμψάκου.

l. 84. *Divisas spatio pelagoque terras*] Sic etiam locutus videtur Tacitus in *Vita Agricolae: Britannia spatio ac caelo, in orientem Germaniae, in occidentem Hispaniae obtenditur.* Ut infrà lib. III. cap. 6. *Gades à continenti angusto spatio & veluti flumine abscisa.* Quid si legas, *plaga pelagoque terras.* Prudentius lib. II. *contra Symmachum:*

Distantes regione plagae divisaque ponto
Litora conveniunt.

l. 87. *Non navigata maria*] Fortè, *non nâvigato mari.* Cicero *de Finib.* lib. II. *Ut si Xerxes, cum tantis classibus tantisque equestribus & pedestribus copiis, Hellespontо junctо, Athone perfosso, maria ambulavisset, terramque navigasset.* Et paulò pòst: *maria pedibus peragrantem, classibus montes.*

l. 89. *Est & portus Coelos*] Ptolemaeus ex Bilibaldi translatione, *Caela.*

l. 91. *Cynosscma*] Κυνὸς σῆμα.

l. 93. *In quam conversa*] V. C. *in quem conversa.*

l. 95. *Macidos*] Demosthenes *pro Corona* pag. 160. Μάδυτον appellat, Ptolemaeus Latinus *Madium*, nam in Graeco non legitur. Aldus legit *Mathios*, quae lectio confirmat legendum esse *Madytos.*

l. 98. *Sunium vocatur*] Aliàs *vocant.*

l. 99. *Magno ambitu mollique*] Sic in Aeolide lib. I. cap. 18. *sed longè ac molliter flexus.* Eadem fortè locutione, qua apud Persium *Sat.* III. 68.

——— — *& metae quàm mollis flexus.*

l. 100. *Praevectisque Masiusiam*] Aliàs *praevectis*, & V. C. *Praevectis* etiam legi posset, ut suprà lib. I.

cap. 2. *ab eo ad Sunium tendentibus praenaviganda.* & cap. 4. *Hunc enim praegressos Piceni litora excipiunt.*

l. 102. *Abluens, jugo facie vallis includitur*] Pomponius lib. II. cap. 6. in Hispania: *illud jam in occidentem & Oceanum obliquo jugo excurrens.* Aldus habet *Phacie vallis*: sed aliter habet meus Liber, ut ipse Mela lib. III. cap. 3. *vagum atque diffusum facie amnium spargitur.* & lib. II. cap. 1. *Et* (terra) *quasi in mucronem longa colligens latera, facie positi ensis allecta est.*

l. 104. *Alopeconesum*] *Alopeconnesum* Demosthenes *Orat. pro Corona.* & suprà ex eodem Demosthene *Madytos* legendum, non *Macydos.* Sic enim ille: Χερρονησιτῶν οἱ κατοικοῦντες Σηστὸν, Ἐλεοῦντα, Μάδυτον, Ἀλωπεκόννησον, στεφανοῦσιν Ἀθηναίων τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον χρυσῷ στεφάνῳ. Herodotus lib. VII fol. 481. *Chersonesi ora inter Sestion & Madyton est salebrosa.* & Eustathius *in Dionysium*: Σηστὸς μὲν Λεσβίων ἄποικος, καλὰ καὶ ἡ Μάδυτος. Stephanus: Μαδυτὸς, πόλις Ἑλλησποντία. Livius lib. XXXI. *Inde progressus ad Chersonesum, Eleunta & Alopeconnesum, tradentibus ipsis recepit. Callipolis quoque & Madytos dedita.*

l. 106. *Eximia est Aenos*] Pro *eximia* legendum fortè, *extra*, id est, extra sinum. ut h. l. cap 4. & 5. vel *extra eam.* Vide Herodotum lib. VII. & Ammianum Marcellinum fol. 566. Eustathius ad Dionys. Αἶνον in Melanensi sinu esse ait.

l. 107. *Trans eundem Doriscos*] Demosthenes & *Doriscei* & *Serrii*, ut urbium meminit in *Oratione de Chersoneso.* & Livius lib. XXXI.

l. 108. *Ab Aenea profugo condita*] Livius lib. XL. cap. 4. *Proficiscuntur ab Thessalonica Aeneam ad statum sacrificium, quod conditori Aeneae cum magna cerimonia quotannis faciunt.*

l. 110. *Promontorium Serrium*] Ante Hermolaum *Seriphium* legebatur. Solinus cap. 10. de Orpheo, *quem sive sacrorum sive cantuum secreta in Sperchio promontorio agitasse tradunt.* Marcianus Capella lib. VI. *Nam in Spartio promontorio ille vitam, aut sacris, ut ajunt, impendit, aut fidibus.*

l. 116. *Turris, quam Diomedis vocant*] Plinius lib. XXV. cap. 8. *Circa Abderam & limitem, qui Diomedis vocatur, equi pasti inflammantur rabie.* Marcianus lib. cit.

cit. *Mox regio Maronea ac Tyrida oppidum, in quo equi Diomedis ſtabulati.* Solinus cap. 15. *Regio Maronea, in qua Tyrida oppidum fuit equorum Diomedis ſtabulum. Sed ceſſit aevo, ſolumque turris veſtigium adhuc durat.*

l. 118. *Abdera*] Τὰ Ἄβδηρα.

l. ead. *Sed ea magis id memorandum habet*] Fortè, *illa*, vel *at illa.*

l. 120. *Ultra Neſtos fluit*] Livio pag. 346. *Neſus.*

l. 121. *Interque eam*] V. C. *eum.* Fortè *ea.*

l. 123. *Calarnea*] V. C. *Calarnia.*

l. ead. *Caprullon*] V. C. *Carpullimen.* Aliàs *Caprullimen.* Pintianus legit, *portus Capros cum inſula.* Sed in toto opere inſulae non meminit Mela, praeterquam in cap. ult. h. l. ubi de omnibus ſingillatim agit. Quare haec lectio tolerari nequit. Strabo lib. IX. fol. 393.

l. 131. *Capit opinio fidem*] Lib. I. cap. 6. *Si fidem res capit.* Silius Italicus: *cepit opinio fidem.*

l. 134. *Verùm totus eſt totoque longè dorſo procedit in pelagus*] Pro *eſt* fortè leg. *etiam.* V. C. *Verùm totus eſt, toto longoque dorſo procedit in pelagus.*

l. 138. *Et factus freto navigabilis*] Aldus & Antiq. *actus freto*, & V. C. Fortè *perfoſſus & freto navigabili pervius*, ut in Hiſpania de Calpe: *atque inde ingreſſis totus admodum pervius.* Athenaeus lib. VI. cap. 7. vel legendum *totus etiam.* Sic & loquitur ſuprà cap. 2.

l. 140. *Acroathon*] Ἀκρόθυνον Stephano.

l. 143. *Ut quinque urbium ſedes ſit*] Herodotus fol. 511.

l. 146. *Ab Eretriis*] Aldus, Antiq. *Haeretris.* V. C. *Eretris.*

CAP. III.

l. 1. *Tum Macedonum populi, quot urbes habitant*] Fortè, *Tum Macedonum populi aliquot urbes habitant.* Infrà lib. III. cap. 1. *Cantabrorum aliquot populi amnesque ſunt.* Aliqui (inquit Pintianus) hunc locum ſic accipiunt: poſt antedictas gentes ſequi populos Macedonum, & eſſe tot numero, quot ſint urbes, quas habitant. Quam rectè autem ſic intelligatur, arbitrio Lectorum eſto. Diod. lib. XLI. fol. 250. Aldus & Antiq. *Tum Mac. p. quod.*

COMISION PROVINCIAL DE MONUMENTOS - GRANADA - BIBLIOTECA -

l. 2. *Pellam maximè illustrem*] De *Pella* Demosthenes in *Oratione de Corona:* unde apparet, neque à principio neque post Macedonum regnum alicujus nominis fuisse Pellam, ad quae alludens Juvenalis *Sat.* x. vers. 168.

Unus Pellaeo juveni non sufficit orbis.

l. 5. *Promontoria dividit*] *Dirimit* V. C. vel *dirimet.*

l. 6. *Canastreum*] *Canastreum* verò promontorium est Pallenes. Scholiast. Apollonii Rhodii fol. 122. Κανάστρα ἀκρωτήριον τῆς Παλλήνης. Quod mirè quadrat cum nostra tabula. Apollonius *Argonaut* fol. 15. & Stephanus in dictione Καναστρέων. Sophocles autem cùm Argonautica percensuisset, ait Canastreum promontorium esse Pallenes. Vide Livium fol. 333.

l. ead. *Et portum*] Conjunctio *et* superflua est, & expungenda.

l. 10. *Mecybernaeus autem in medio, qua terra dat gremium*] Fortè vacat *in medio:* expositio videtur *gremii.* V. C. *Mecibernunsa in medio.*

l. 11. *In litora ingreditur*] *In* vacat, ideoque expungendum.

l. 12. *Ceterùm longis in altum immissis lateribus*] Fortè, *longus.* Sic cap. 7. *Ceterùm longa, totique Boeotiae appositа.* Quàm verò eorum locorum sit incerta traditio, docet Strabo in extremo l. IX. Locorum quoque series deinceps ordine positorum tenus Peneum non certa traditur, cum ea ignobilia sint, nec nos illa magni facere debeamus.

l. ead. *Axius per Macedonas, etiam per Thessalos Peneus excurrunt*] Ita est in emendatis codicibus; aliàs *penitus excurrunt* V. C.

l. 15. *Cydna, Azoros*] Aliàs *Cynda, Aloros. Aloros* legitur juxta emendationem Hermolai & in quibusdam excusis, & meo MS.

Ibid. *Icaris*] Fortè legendum, *Ichnae*, quam inter Axium & Aloron Plinius memorat. Quid si *Heraclea* ex Plinio, qui illam inter Axium & Pieres, sed Peneo junctam ponit?

l. 18. *A Peneo Sepias*] Legendum videtur *à Peneo ad Sepiada* ex consueto more Melae, & sic Liber meus MS.

MS. & V. C. habet, & haec vera hujus loci lectio est. Aliàs *à Peneo ad Sepida. Sepias* autem est terminus littoris hîc à Mela descripti, ut patet ex sequentibus. Nam infrà hoc cap. postquam mediterranea enumeravit, & littora ab eo leguntur, inquit, *à promontorio Sepiade per Demetrion.... ad Pagaseum sinum cursus est.* *Sepias* autem promontorium alio loco situm est, quàm Pintianus existimavit, qui id post Peneum collocat.

l. cad. *Cordynia*] Leg. *Erymne.*

l. ead. *Pares ad famam*] Sic suprà: *plures ad ferociam & numerum.*

l. 19. *Castanaea*] Plinio *Castaena*, Straboni Καστανικὴ dicitur.

l. 20. *Meliboeam illuminat*] Fortè, *illustrat.*

l. 22. *Hinc non longè est Olympus*] Fortè leg. *hic est Olympus.* cetera, *non longè*, vacant.

l. ead. *Hic Pelion, hic Ossa*] Particula *hic* utrobique juxta Vet. Cod. lectionem vacat: in eo enim legitur, *Olympus, Pelion, Ossa.*

l. 28. *Libethra*] Plinius lib. IV. cap. 9. *Thessaliae annexa Magnesia est, cujus fons Libethra.*

l. ead. *Carminumque fontes objacent*] Aliàs, *carmina, fontes objacent.*

l. 29, *Objacet tum jam vaste*] Fortè *vasta.*

l. 30. *Myrtoum pelagus*] Μυρτῶον.

l. 32. *Proximè spatiosa est Hellas nomine*] Pro verbo *est* in V. C. conjunctio *et* habetur: ut legendum sit, *ac proximè spatiosa & Hellas nomine* &c. Atque ita legit Aldus.

l. 34. *Et Ionio magis*] Pro *et* substituunt *sed* veteres exemplaria.

l. 35. *Donec quinque millia passuum pateat*] Ante Hermolaum legebatur, *quatuor millia.* atque ita V. C.

l. 41. *Ob sinus & promontoria*] *Ob* in *et* mutandum; ut legatur, *& sinus & promontoria*, ex V. C.

l. 42. *Quis ut fibris littora ejus incisa sunt*] Aliàs: *fimbriis.* Varro fol. 1072. *Antiqui fibrum dicebant extremum, unde in sagis fimbriae, & in jecore extremum fibra, hic fiber dictus est.*

l. 45. *In Macedonia prima est Thessalia, deinde Magnesia, Phthiotis. In Graecia Doris*] Fortè, pro *in Macedonia* erat scriptum *in ea*, scil. Graecia. Hoc autem ita esse

esse videtur, cùm suprà dixerit, *Tum jam vastè & multum prominens Graecia.* Thessaliam autem in Graecia esse, Strabo auctor est. Sic lib. I. cap. de Asia. *In ea primos hominum accepimus ab oriente Indos, Seres, & Scythas.* & cap. II. de Phoenicia. *In ea est Tyros, aliquando insula.* Et cap. 19. *In eo Maryandini urbem habitant.* Livius fol. 238. Infra h. l. cap. 7. de insulis. *Hae Thracum Grajorumque terris objacent.* & lib. III. cap. I. de Hispania. *In ea primi sunt Artabri.* In Aldino exemplari & antiqua lectione non est *in Graecia*, quod magis adjuvat hanc emendationem. At dubium esse potest, quare, cùm in enumeratione Macedoniae Thessaliam & Magnesiae partem numeraverit, deinde non eas provincias Graeciae tribuerit, cùm post eas numeratas dicat, *tum jam vastè & multùm prominens Graecia*; sed dici potest, Thessaliam, ut Strabo ait, in Graecia esse, neque excludi hic à Pomponio, sed ipsum dicere, à Thessalia Graeciam incipere, & à Sepiade illam prominere, cùm antea vastè retracta fuerit in Thermaico sinu. Sic in Europa post Macedoniam locat Graeciam Livius lib. XLV. fol. 346. Solinus cap. 13.

l. 53. *Larisa, aliquando Jolcos*] Fortasis eò retulit, quia patria Jasonis est. Strabo lib. IX.

l. 55. *Pindus & juxta situm Erineon*] Vide Diodorum Siculum fol. 615.

l. 59. *Cithaeron, fabulis carminibusque celebratus*] *Celebratus* pro celeberrimo.

l. 61. *Quàm ut indicari egeant*] V. C. *egeat.*

l. 68. *Pisae*] Aliàs *Pisa.* Πίσσαι Herodoto lib. II. & Ptolemaeo. Claudianus *de bello Gild.*

Quatitur Tyrrhena tumultu
Ora, nec Alpheae capiunt navalia Pisae.

l. 74. *Orchomenon*] V. C. *Orchomenos.*

l. 75. *Cyllenius*] Ovidio *Cyllene.*

l. 76. *In Aetolia Naupactos*] Maritimum oppidum omnibus.

l. 77. *Stratos oppida*] V. C. *oppidum.*

l. 82. *Boion-Phtheleon*] V. C. & *Pteleon.*

l. 83. *Pagaſeum ſinum..... Pagaſam*] Aliàs, *Pegaſium*, & *Pegaſam*.

l. 85. *Et quia Minyae Colchida petentes*] Interponendum, *Aphetae lucum*, ita ut legatur *& Aphetae lucum, quia Minyae*.

l. 86. *Argo navem ſolvere memoratur*] Aliàs *memorantur* V. C.

l. 87. *Illa praenaviganda*] Aliàs *pernaviganda*. V. C.

l. 89. *Thermopylae opes*] Fortè, *Thermopylae & intus*. Strabo lib. IX.

l. 93. *Marathon magnarum multarumque virtutum testis, jam inde à Theſeo*] Ita interpungendum, vel voces *jam inde à Theſeo* parentheſi ſunt includendae. Nam ibi Theſeum Marathonium mactaſſe taurum inquit Strabo lib. IX. fol. 384.

l. 46. *Perſarum maxima clade pernotus:*] Aliàs *Perſica maximè clade pernotus*. V. C. Nempe cùm ibi Miltiades copias funditus dedit in ſtragem, quae ducem Datin Perſicum fuerant ſecutae, non expectatis Lacedaemoniorum auxiliis, tardius & plena luna profectis, ut inquit Strabo ibid.

l. 97. *Phidiaca Nemeſis*] De hac conſulendi Pauſanias, Livius lib. XXXIV. Solinus cap. 12. & 13. Strabo lib. IX. Plinius lib. XXXVI. cap. 5.

l. ead. *Thoricos & Brauron*] Plinius, *Potamos, Brauron, quaedam oppida*. Strabo: *Thoricos, Potamos & Brauron*. V. C. habet, *Phociros, Brazion*.

l. 99. *Finitque id litus Hellados*] Fortè, *finitque id latus Hellados*. *Latus*, id eſt, frons.

l. 100. *Spectat ad orientem*] Particula *ad* expungenda. Sic cap. 7. de Pachyno; *Pachynum vocatur, quae Graeciam ſpectat*.

l. ead. *Inde ad meridiem terra convertitur usque ad Megaram, Atticae ut modò latere, ita nunc fronte pelago adjacens*] Scrib. *Attica*, & *adjacet*. Plinius lib. IV. cap. 7. *Attica*, inquit, *attingit Iſthmum parte ſui, quae appellatur Megaris*.

l. 106. *Hoc illi cognomen eſt*] Aliàs *de illo cognomen eſt* V. C.

l. ead *Quia quinque millium ſpatio*] Aliàs *quatuor milium* V. C. atque ita hîc & ſuprà ante Hermolaum lege.

legebatur, & sic leges apud Solinum.

l. 112. *Post clade notior*] V. C. *post cladem notior*. Saepe homines notiores sunt cladibus quam virtutibus. Ovidius lib. III. *de Ponto* Eleg. 1.

Exposuit mea me populo fortuna videndum;
Et plus notitiae quam fuit ante dedit.
Notior est factus Capaneus de fulminis ictu:
Notus humo mersis Amphiaraus aquis.

l. 114. *Peloponnesi oram sinus & promontoria lacerant*] Plinius: *Tot sinus Peloponnesi oram lacerant, tot maria albatrant.* Plutarchus in *Themistocle.*

l. 115. *Ab oriente Bucephalos*] Portum non promontorium faciunt Plinius & Ptolemaeus.

l. 117. *Ad meridiem Malea.... Ichthys*] *Ichthys* ad occasum non ad meridiem.

l. 119. *Habitant ab Isthmo*] Id est, ad orientem.

l. 122. *Scoenitas*] Plin. lib. IV. cap. 5. *Chenitas.* Ptolem. *Schoenus.* Aliàs, *Schoenitas* V. C. *Scoenus.*

l. 124. *Inter Scylleon & Maleam*] Scilicet ad meridiem: nam haec inversa fortè sunt.

l. 132. *Acherusium*] *Acherusiam.*

l. 135. *Hinc Cyparissus, illinc Asine*] *Huic* aliàs, & *illi Asine* vetus Codex & Aldus.

l. 142. *Et velut freto latus ore frequenti incidens*] Vide cap. 6. lib. III. Joannes Scribanus, Grammaticus Hispanus, emendandum censet, *latus orae sequentis.*

l. 145. *Amphilochii Ambracia*] V. C. *Amphilochis.* Plinius & Ptolemaeus, *Argos Amphilochium* vocant, Strabo *Amphilochos*, qui etiam lib. VII. ab Amphilocho *Amphilochicum* vocatum ait. Livius lib. XXXVIII. *Profectus ab Ambracia consul in mediterranea Aetoliae ad Argos Amphilochicum (viginti duo millia ab Ambracia abest) castra posuit.* De Amphilocho, urbis conditore Thucyd. lib. II. *Amphilochus Amphiarai filius post bellum Trojanum, cum domum repeteret, exosus Argo domicilium, condidit in sinu Ambracio urbem, quam nomine primae suae appellavit Argos nomine Amphilochium.* De Ambracia Pyrrhi regia Strabo lib. V. & Liv. lib. eod. fol. 207. Plinius lib. IV. cap. 1. Dionysius lib. 1. fol. 364. Miruth est,

est, Melam Nicopoleos non meminisse, quam tamen celebrat Strabo lib. IX. fol. 149.

l. 146. *Oluros*] Aliàs *Olyros*.

l. 147. *Creusis*] Ptolemaeo *Creusa*.. Aliàs *Creusae*. ut Livius lib. XXXI. Strabo.

l. 148. *Oeanthia*] Ptolemaeo *Cerinthia*, *Plicanthe*.

l. ead. *Calidon*] Caesar, Strabo, *Calydon*, quomodo Vetus Codex & Aldus.

l. 153. *Et quae minus mille passibus pateant*] Lege *ut* pro *et*, vel, *ut minus mille passibus pateant*. Strabo lib. VII. fol. 142.

l. 158. *Ab iis flexus in Adriam*] Aliàs, *ab iis jam flexus*, *jam* particula interposita.

l. 159. *Magno secessu littorum accepto*] Aliàs *recessu* Aldus & V. C.

l. 160. *Quà penetrat tamen vastius*] Id est, in longitudinem. Sic in Hispania: *&*, *quo magis penetrat*, *angustior*.

l. 162. *Parthini*] Aliàs *Partheni*.

l. 164. *Paulatim Encheleae*) V. C. *Taulantii*. alius V. C. *Paulanti Entellae*. *Taulantii* Dionysio Halicarnassaeo, Straboni, Thucydidi aliisque noti sunt.

l. 165. *Illyricos*] Aliàs *Illyrios*.

l. 166. *Liburni & Istria*] Leg. *Istri*.

l. ead. *Urbium prima Oricum*, *secunda Dyrrachium*) Fortè principem potentia, non ordine primam & secundam dicit: nam omnes etiam post *Oricum*, *Apolloniam* collocant, non *Dyrrachium*, de qua agit Strabo lib. VII. fol. 306. & Thucydides lib. I. fol. 16. Plautus Menechmis Act. II. Sc. I.

> *Propterea huic urbi nomen Epidamno inditum est,*
> *Quia nemo ferme huc sine damno divortitur.*

Appianus haec aliter tradit lib. II. *de Bell. Civil.*

l. 170. *Salona*] *Salonae* Caesari lib. III. *de bello civili*. Vide Stephanum.

l. ead. *Jadera*] Aliàs, *Jader* V. C.

l. 173. *In quantum res transeunt*] Quatuor hae dictiones supervacaneae existunt, & ab aliquo ex suo capite textui interpositae, proinde abolendae: duae dictiones,

nes, *ut ferunt*, quae istam sententiam praecedunt, etiam delendae.

l. 178. *Tergestum intimo in sinu*] Aldus, *Tergeste in intimo sinu*. Alius codex, *Tergestum intimo sinu*, abjecta particula *in*. Fortè leg. *Tergeste in intimo sinu Adriae*. Sed & ἄστυ Τεργεσταίων agnoscit in Macedonia Dionysius Periegetes.

CAP. IV.

l. 1. *Quàm quia monstrari eget*] Aliàs, *egeat*.

l. 3. *In altum excedere*] Livius lib. XXXII. *promontorium est adversus Sicyonem in altum excurrens*. Idem lib. v. fol. 60. & Solinus cap. 8.

l. 4. *Atque ut procedit*] Aliàs, *utque procedit*.

l. ead. *Mediam se perpetuo Apennini montis jugo attollens*] Aliàs, *se mediam perpetuo jugo Apennini montis attollens*. Solinus cap. 8.

l. 5. *Inter Adriaticum & Thuscum*] Livius lib. v. fol. 60. Solinus cap. 8.

l. 7. *Diu solida*] Lib. I. cap. 2. *Inde cùm aliquatenus solida processit*, id est, nullos admittit sinus.

l. 8. *In duo cornua scinditur*] Sallustius apud Servium *ad lib.* III. *Aeneid. Omnis Italia coacta in angustias, scinditur in duo promontoria, Bruttium & Salentinum.*

l. 10. *Alicubi multo*, &c.] Pro *alicubi*, *aliubi* legitur in V. C.

l. 11. *Interiora ejus aliae aliaeque gentes habitant.*] Quas Plinius commemorat lib. III. cap. 5. non hae, quas Pomponius infrà refert.

l. 12. *Sinistrâ parte Carni & Veneti colunt Togatam Galliam*] V. C. *sinistram partem Carni & Veneti colunt Togatae Galliae*. Cur autem dicatur Togata Gallia, vide Dionem Casium lib. XLVI. pag. 442.

l. 17. *Hetruria*] In aliis passim, *Etruria*.

l. 22. *Capua à Tuscis, & Roma quondam à pastoribus condita*] V. C. habet: *Capua à Tuscis, & Roma quondam pastoribus condita*.

l. 24. *At in oris proxima est à Tergeste Concordia*] Aquileia inter Tergesten & Concordiam est, sed quia non

non est in ora, ideo ait Concordiam litoralem proximam esse Tergeste.

l. 25. *Interfluit Timavus*] Non interfluit *Timavus* Concordiam: nam ab ea longè jacet, sed ait inter Tergestum & Concordiam *Timavum* fluere.

l. ead. *Novem capitibus exsurgens*] Claudianus *Paneg. in* III. *Consul. Honorii:*

Tardusque meatu
Mincius, inque novem consurgens ora Timavus.

Virgilius lib. I. *Aeneid.* v. 248.

Unde per ora novem vasto cum murmure montis
It mare proruptum.

Nam & hic Virgilii locus de novem capitibus intelligendus est, non de ostiis, siquidem *os* fontem significat: ut Pomponius infra lib. III. cap. 2. *Rhenus ab Alpibus decidens prope à capite duos lacus efficit.* Et lib. III. cap. 8. *Euphrates immani ore aperto, non exit tantùm unde oritur, sed & vastè quoque decidit.* Contrà verò *caput* pro ostio posuit Caesar libro IV. *de Bell. Gall.* de Rheno: *multisque capitibus in Oceanum influit.* Quid significet *caput aquae*, vide L. I. D. *de aqua cottidiana & aestiva.*

l. 29. *Superiora latè occupat littora Padus*] Aliàs *superna latè.* V. C. *super ora latè.* Polybius lib. II. fol. 19. de duobus ostiis Padi.

l. 33. *Ut se per septem ad postremum ostia effundat*] Ex Polybio fol. 25.

l. 35. *Indè citus prosilit*] Aliàs, *inde tam citus prosilit.* Suprà lib. I. cap. 19. & infrà lib. III. cap. 3. *Sonansque devolvitur adeò citus*, &c. *Inde*, id est, ab eo ostio.

l. 42. *A Pado ad Anconam transitur Ravennam*] V. C. *transitur Ravenna.* Livius lib. XXI. fol. 122. *A tergo Alpes magnae vix integris nobis & vigentibus transitae.* Sed fortè dictio *transitur*, redundat, ut legendum sit, *à Pado ad Anconam Ravenna*, locutione à Mela & Plinio frequenter usurpata.

l. ead. *Inter marinas aquas dulcis hauſtus eſt*] Seneca lib. III. *Nat. Quaeſt.* cap. 36. de Lyco.

Sic ubi terreno Lycus eſt epotus hiatu,
Exſiſtit procul hinc, alioque renaſcitur ore.
Sic modò combibitur, tanto modò gurgite lapſus,
Redditur Argolicis ingens Eraſinus in undis.

Et Apulejus *Florid.* pag. 328.

l. 43. *Faneſtris Colonia & flumen* &c.] Vitruvius lib. v. cap. 1. & lib. II. cap. 9. eam appellat *Coloniam Juliam Faneſtrim* non ſemel, & ait ipſum ibi Baſilicam collocaſſe. *Fanum* vocat Caeſar *de Bello Civili* lib. 1. & Claudian. in *Paneg. Conſul. Honor.*

Laetior hinc Fano recipit fortuna vetuſto,
Deſpiciturque vagus praerupta valle Metaurus.

l. ead. *Et illa in anguſto*] *At illa in* V. C. *& in illa.*

l. 44. *Metaurus atque Eſis*] Legendum *Aeſis* cum diphthongo. Strabo fol. 99. Ptolemaeus & Dionyſius.

l. ead. *Et illa anguſto duorum promontoriorum*] Fortè leg. *in angulo illorum duorum promontoriorum.* In promontorio, quod portum includit, ſitam eſſe Anconam, Strabo auctor eſt. Fortè ita claudebatur portus duobus promontoriis, ut apud Teium Geraeſticum portum claudi narrat Livius lib. XXXVII. *Promontoriis coëuntibus inter ſe ita clauditur portus, ut vix duae ſimul indè naves poſſint exire.* Habitabatur verò Ancona duobus promontoriis ex diverſo coëuntibus, & urbis gremio portum accipiebat.

l. 46. *Ac ideo à Grajis dicta Ancona*] Forte, *Ancon.* Livius lib. XXXVII. fol. 272. Vetus Codex, *& ideo.*

l. 49. *In quibus Numana*] Pintianus legendum putat, *in quo*, ſc. Piceno. Sed non advertit, praecesſiſſe *litora Piceni: in quibus* ſc. litoribus.

l. 50. *Claterna*] Aliàs *Clierna*, vel *Cliena.* Ptolemaeus: *Claternas.*

l. 51. *Truentum*) *Truentium* habet V. C.

l. 52. *Idem ei fluvio, qui praeterit, nomen eſt*] Aliàs, *id ei fluvio.* V. C.

l. 53.

l. 53. *Ab eo Senegallia maritima ad Aterni fluminis oſtia*] *Ab eo Frentra* (vel, ut habet alius V. C. *Frentia*) *villiae maritima habent Eterni fluminis oſtia, urbes Bucara & Hiſtonium. Dauni alit Trifernum amnem Clateniam, Latrinum, Teanum.* Aliàs: *Ab eo Senagallia, Villa marina, habens Eterni fluminis* &c. vel aliàs: *Ab eo Frentani Matrini habent, & Eterni fluminis oſtia* Ex Ptolemaeo, qui poſt Cupram locat Ματρῖνον: Plinius tamen *Trinium* vocat lib. III. cap. 12. cùm Strabo pag. 106. poſt Truentinum fluvium dicat, ὁ Ματρῖνος ποταμὸς, ῥέων ἀπὸ τῆς Ἀδριανῶν πόλεως, ἔχων ἐπίνειον τῆς Ἀδρίας ἐπώνυμον ἑαυτοῦ, legendum puto, *Ab eo Frentani*, quorum ſuprà meminerat Pomponius: & haec oppida Frentanis tribuuntur à Plinio lib. III. cap. 12. In *Itinerario* Antonini poſt Piſaurum Senegallia eſt.

l. 55. *Urbes Bucara, Hiſtonium*] Strabo: *Hiſtonium, Buca, Ortona.* Plinius: *Buca, Iſtonium, Ortona.*

l. 56. *Claterniam*] Ptolemaeus *Claternas* vocat.

l. ead. *Lucrinum, Theanum*] Aliàs *Latrinum*, vel *Larinum, Teanum.* Cicero *pro Cluentio: Alter autem filius Theani Appuli, quod abeſt Larino* XVIII. M. *paſſuum, apud matrem educaretur.* Et lib. VIII. *ad Att. Ep.* 11. *Cùm Theanum Sidicinum venisſem.* Liv. lib. XXII. fol. 133. inquit: *Legione claſſis Teanum Sidicinum praemiſſa.*

l. 58. *Extrà Sypuntum, vel, ut Graji dixere, Sypus*] Sic Plinius lib. III. cap. 4. *Oppidum Buxentum, Graecè Pyxus.* Aliàs, *extra Sipontum, vel, ut Graji dixere, Syppillum*, aut ut habet vetuſtus Codex *Spilluon. Sepus* ſeu *Sipus* Stephanus & Ptolemaeus.

l. 63. *Et in Calabria Brunduſium*] *Et* abundat; & legendum, *in Calabria.*

l. 64. *Valetium*] Fortè *Valeſium.*

l. 65. *Hydrus mons*] Fortè, *Hydrus, mox Salentini*, ut apud Plinium lib. III. cap. 5. *Ab eo* (Brutio) *Graeciae ora, mox Salentini* &c. quod ſequitur *tum* gloſſa eſt ad particulam *mox* adſcripta.

l. 66. *Et urbs Graja Callipolis*] *Graja* legendum videtur, ut ſit magnae Graeciae initium. Sic enim appellatur frons Italiae. Similiter Plinius lib. III. cap. 5. *Ab eo* (Brutio) *Graeciae ora, mox Salentini* &c. Livius Graecas urbes has vocat lib. XXXV. fol. 254.

l. ead. *Gallipolis*] Aliàs, *Callipolis.* Eſt in *Calabria.*

l. 68. *Frons ejus in duo quidem cornua*] Aliàs, *in duo quidem ſe cornua.*

l. 71. *Non uno margine circuit*] Aliàs, *neque uno margine circuit.*

l. 71. *Salen & Lacinium*] Ptolemaeus: Ἰαπυγίκ ἄκρα ἡ καὶ Σαλεντίνη. Legendum, *inter promontoria Salentinum & Lacinium.*

l. 76. *Croton, Turium*] Aliàs, *Croto, Thurium.* De Crotone Livius fol. 248.

l. 77. *Inter promontoria Lacinium & Zephyrium*] Superfluit vox *promontoria*, ideoque expungenda eſt.

l. 78. *Petilina*] Livius fol. 142. *Petellini populi ſecus Brutiis.* Idem fol. 143. *Petellina induciis* &c. poſt verò *Petilina*, & urbs *Petellia* Livio celebrantur.

l. ead. *Coecinum, Scyllaeum, Miſtrae*] V. C. habet, *Coecinus, Sillaceum, Mypae.*

l. 80. *Conſilinum*] Hermolaus ait hîc legi *Conſentia*, nec corrigit ipſe. Neſcio quis mutavit vocem *Conſentia* in *Conſilinum.* Vetus Codex habet *Conſentina.*

l. ead. *Cauloniam*] Ovidius lib. xv. *Metamorph.*

Romechiumque legit, Caulonaque, Naritiamque.

l. 81. *In Brutia*] Aliàs, *in Brutio*, & ſic Aldus & V. C.

l. 82 *Scylla*] Lege *Scyllaceon.*

l. 83. *Metaurum*] Lege *Metaurus.*

l. 84. *Deflexus*] Fortè, *flexus.*

l. ead. *Latus alterum Matiſana*] Aliàs, *latus alterum Mativarici.*

l. ead. *In Tuſcum mare*] Lege *in Tuſcum.*

l. 85. *Hippo, nunc Vibon*] V. C. *Ionium Vibon.* Fortè, *Hipponium Vibon.*

l. ead. *Temeſa Clampetia*] V. C. & *Enuſa Campetia.*

l. 86. *Velia*] Meminit ejus Cicero lib. VII. *Ep. ad Fam.* 19. & XVI. *ad Attic. Epiſt.* 7. & alibi, & Livio *Blandae* in Lucanis fol. 151.

l. 91. *Opima Lucaniae loca*] Aliàs, *omnia Lucaniae loca.* V. C.

l. 92.

l. 92. *Vesuvii montis aspectus, Pompeji*] Fortè, *Vesuvii montis aspectu Pompeji.* Plinius lib. III. cap. 5. *Herculaneum, Pompeji, haud procul aspectante monte Vesuvio.*

l. 94. *Lacus Lucrinus & Avernus*] Dion lib. XLVIII. fol. 517. Strabo: *sinus Lucrinus & Avernus.*

l. ead. *Misenum*] Aliàs, *Misenum;* promontorium Straboni.

l. 96. *Linternum*] Aliàs, *Liternum.* V. C.

l. 97. *Sinuessa*] Aliàs, *Sincessa.* Σινουέσσα Straboni. Mirum est Melam hoc loco *Caietae* non meminisse, cum celeberrima urbs sit inter Fundos & Terracinam, cujusque omnes meminere.

l. 98. *Liris*] Fluvius.

l. 99. *Circes domus aliquando Circeji*] V. C. *Circea.* Ita interpungendum, *Circes domus aliquando, Circeji* vel *Circejus*, id est, sunt & Circeji, ubi quondam fuit Circes domus. Solinus cap. 8. scribit, *Circen Circaeos insedisse montes.*

l. 102. *In hoc latere sunt*] Fortè, *in Latio sunt.* Reddit enim nunc urbes populorum, quos suprà in Volsco & in Latio memoraverat; aut legendum *in hoc litore.* Plinius lib. III. cap. 5. & Livius lib. IV. fol. 52.

l. 103. *Cosfa*] Aliàs, *Cosa.* Caesar lib. I. *de bello civili.*

l. 104. *Populonia*] *Populonii* memorantur à Livio lib. XXX. fol. 218.

l. 105. *Hetrusca*] *Etrusca.*

l. 106. *Deinde Luna Ligurum & Liguria*] Aliàs, *Ligulia, & Tigulia*, ut habet vetus Codex. Sed Ptolemaeus *Lunam* Tuscorum esse ait, non Ligurum.

l. 107. *Sabatia*] *Sabatira* aliàs.

l. ead. *Albigaunum*] Aliàs, *Albincanum. Albincanum* V. C. *Albigauni* Spartiano in *Proculo* sunt. *Albion Intimelium* Tacito lib. II. *Hist.* cap. 13. Ptolemaeo *Albintinimium*, appellatur & Varroni lib. III. *de Re Rust.* cap. 9. *Vintimilium.*

l. 109. *Sed Varum quia Italiam finit, aliquanto notius*] Aliàs, *sed Varus quia Italiam finit, aliquanto notior.*

l. ead. *Tum Paulon & Varum flumina*] Aliàs, *tum Paulon & Varus flumina.* V. C. *Paulo.* Plinius lib. III. cap. 5. *Pado fluvius.*

CAP. V.

l. 1. *Lemano*] *Lemanno* aliàs.

l. 2. *In duo latera divisa*] Id est, ad mare Tuscum seu Mediterraneum, & ad mare Oceanum.

l. 4. *Ad Pyrenaeum usque promittitur*] Lib. 1. cap. 19. *ad Agrippeos usque permittitur.*

l. 9. *Vasto Vocontiorum*] Plinius *Vasco*, sed mendose. MS. vetus Codex Pomponii habet *Vasto.*

l. 12. *Secundanorum Arausio*] Sic Livius *milites secundarios legionis* vocat fol. 243. V. C. *Aurato.*

l. 14. *Blytera*] Aliàs, *Beterrae*, V. C. Βαίτερραι Ptolemaeo, Βιλτέρα Straboni: nunc vulgò *Beziers* dicitur.

l. 16. *Martius Narbo*] Cicero *pro Fontejo* cap. 3. *Est in eadem provincia Narbo Martius, colonia nostrorum civium, specula Populi Romani, ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum & objectum.* Vellejus Paterculus fol. 776. *Subinde Porcio & Marcio Cos. deducta colonia Martius Narbo.* & Ausonius Gallus, & Eusebius Olymp. CLXVII. & in *Panegyrico* Sidonius Apollinaris.

l. 17. *In littoribus aliquot sunt cum aliquibus nominibus loca*] Ita V. C. Sed verbum *sunt* vacat. Suprà lib. 1. cap. 19. *Una gens, aliquot populi & aliquot nomina.*

l. 19. *Africo exposita est*] Sic lib. III. cap. 5. *procellis undique expositum* V. C. *opposita.*

l. 20. *Oppidum Deceatum*] Aliàs, *Deciarum.* Ante Hermolaum legebatur *Detiatum.*

l. 21. *Octavianorum*] V. C. & antiquus liber Plinii *Octavanorum* legit lib. III. cap. 4. quemadmodum *Septimanorum:* & sic legebatur ante Hermolaum.

l. 23. *Tunc pòst Athenopolis, & Olbia, & Glanon, & Citaristes, & Halycidon*] V. C. *Tum post Athenopolin & Olbiam, & Laurion, & Cytharisten, & Lacydon.*

l. 24. *Halycidon Massilienstum portus*] Eustathius *in Dio-*

Dionyſium fol. 21. Λακύδων legit. Vide hîc Hermolaum & Strabonem. In antiquo codice palam *Lacydon* legitur, ut non ſit dubitandum de integritate lectionis.

l. 25. *Maſſilia. Haec à Phocaeis oriunda*] Conſule Livium lib. xxi. cap. 20. & praeſertim lib. xxxix. cap. 31. & Ciceronem *pro Flacco*, & Ariſtotelem in *Politicis*. De moribus Masſilienſium Valerius Maximus lib. ii. cap 1.

l. 31. *Foſſa Mariana*] Plutarchus in *Mario*. & Solinus cap. 8. Strabo fol. 79. 80.

l. 32. *Eſt lapideum, in quo Herculem contra Albionem & Bergionem*] Pro *eſt* reponendum *et*. Λίβυσις Straboni fol. 79. Vide Arati Interpretem fol. 106. Sed ibi contra Atheos dimicaſſe dicitur.

l. 41. *Inde quia in occidentem ablatus*] Vetus Codex: *inde contrà in occidentem*. Fortè, *contra occidentem*· ut cap. 7. ſeq. *Contra Boſporum Thracium duae parvae* (inſulae) *parvoque diſtantes ſpatia, & aliquando creditae dictaeque concurrere.*

l. 43. *Hac intrat*] Redundant haec verba.

l. 45. *Cavaras*] Aliàs, *Cavares*. V. C. Pomponii & Plinii.

l. 47. *Meſua collis*] Straboni lib. vi. Σίγιον. Lat. *Singius*. Ptolemaeo *Setium*.

l. 49. *Anguſto aggere continenti adnectitur*] Suprà lib. 1. cap. 3. *anguſto tergore continenti adnexum.*

l. 50. *Arauraris*] Plinio *Araris*. Ante Hermolaum *Arauſis*. Fortè *Arauris*; & ſic legit Aldus. Hunc fluvium in *Sauconnam* mutaviſſe nomen auctor eſt Ammianus Marcellinus, pòſt in *Saonam* mutatum, & ſic hodie appellatur.

l. 51. *Obris fluvius*] V. C. *Orbis*.

l. 53. *Exiguus vadusque eſt ingentis*] Aliàs *exiguus vadoſusque & ingentis*. Verbo *eſt* in *et* conjunctionem mutato. *Atax*, de quo hîc fit ſermo, nunc vulgò *Aude*.

l. 57. *Lacus accipit eum Rebreſus nomine*] De hoc ſic Plinius lib. ix. cap. 8. *eſt provinciae Narbonenſis & in Nemauſienſi agro ſtagnum, Laterra appellatum, ubi cum homine delphini ſocietate piſcantur.*

l. ead. *Rubreſus*] Plinio *Rubrenſis*. Nunc *Lago de Perpignan*, o *lago de Vendres*.

l. 59. *Leucata*] *Leocata* & *lacus Leocatae* vulgò nunc dicuntur.

l. 60. *Salsusae fons*] Antiquus Codex, ut & Aldus *Salsule*. De fonte ipso vide Gasparem Battieros Lusitanum in *Chorographia* fol. 154. *Fuente de Salsas una legua de la fortaleza de Salsas.*

l. ead. *Non dulcibus sed salsioribus quam marinae sint, aquis defluens*] Antiquus Codex & Aldus, *non dulcibus aquis defluens.* Lege, *non dulcibus aquis, sed salsioribus, quia marinae sunt, defluens.*

l. 67. *Suffusum mare ostenditur*] Strabo de Rheno, Rhodano, & duobus aliis, qui in eum influunt, lib. IV. fol. 178. *His tribus fluviis evenit, ut initio in aquilonem, dehinc in occidentem deferantur, jamque in unum tandem amnem confluant: in austrum iterum curvatus excurrit, quoad erumpat, aliis acceptis fluminibus.*

l. 70. *Piscem è terra penitus oriri, qui ubi ex alto huc usque penetravit*] Antiquus codex & Aldus, *quod ubi ex alto.* Seneca lib. III. *Nat. Quaest.* cap. 17. & 19. Idem tradunt Polybius citante Athenaeo lib. VIII. fol. 165. & Strabo lib. IV. fol. 79.

l. 74. *Thelis & Thicis*] Aliàs, *Telis & Tycis.* V. C. *Thelim* & *Thiçim*, *Rhuscinonem* & *Iliberim* vocari ait Strabo & Polybius. Sed haec Graeca nomina sunt postea in haec mutata *Thelin* & *Thiçin.* nunc vulgo vocantur *Teth* & *Tec.* Nunc rectè legitur *Thelis & Thicis, ubi accrevere, per laeva: colonia Ruscino.*

l. 75. *Colonia Ruscino*] Est & *Ruscino* portus Africae non procul ab Utica ab oriente positus. Livius lib. XXX. fol. 212.

l. 76. *Vicus Eliberri*] Livius fol. 113. Theophrastus, Strabo, Plinius, *Iliberris: Eliberis* Baeticae urbs haud procul à Granata quondam fuit, nunc ruinae tantùm visuntur juxta oppidum Eluire, atque ideo Granatae *porta de Eluire* dicitur; eâ enim Eliberim itur. Alia est *Illiberis* in Gallia en el condado de Ruisselon, cujus nullum nunc exstat vestigium. Invenitur Concilium *Eliberitanum* in Eliberi Hispaniae celebratum.

l. 78. *In sinu Salso Cervaria*] Strabo sinum Galaticum duos sinus continere dicit, alterum majorem, proprie Galaticum appellatum, alterum minorem, qui sit ad Nar-

Narbonem, usque ad Pyrenam; Livius *sinum Gallicum* vocat. Verba Strabonis sunt non longè à principio libri quarti, sed ubi nomen deficere videtur: Τῶν δὲ κόλπων, ὁ μὲν μείζων ἰδίως πάλιν καλεῖται Γαλατικὸς, εἰς ὃν ἐξερεύγεται τὸ τοῦ Ῥοδανοῦ στόμα· ὁ δ' ἐλάττων ὁ κατὰ Νάρβωνα ἐστι μέχρι Πυρήνης.

CAP. VI.

l. 1. *Hinc in Britannicum procurrit Oceanum*] Aliàs, *occurrit.*

l. 2. *Fronte conversus*] Vox *fronte* redundare videtur, ideoque expungenda.

l. 4. *Exclusa trahit perpetua latera*] Quae hic appellat *latera* lib. 1. cap. 3. *frontes* dixit: *denique ad septentrionem diversis frontibus vergit. Excludere* est dividere, terminare, ut Plinius lib. IV. cap. 17. ait: *Agrippa universarum Galliarum inter Rhenum, & Pyrenaeum, atque Oceanum montes, Cebennam & Juram, quibus Narbonensem Galliam excludit, longitudinem* CCCCXX. *mil. pass. latitudinem* CCCXIII. *computavit.* Hoc aliàs *includere* Auctor dicit, ut *Callypidas Hypanis includit.* & alibi: *includit à tergo.*

l. 5. *Donec per omnem*] Aliàs, *per omnem donec.* V. C.

l. 6. *Quae occidenti sunt adversa*] Id est, objacent: infrà hoc cap. *Tum mons Jovis, cujus partem occidenti adversam eminentia cautium, quae intra exigua spatia, ut gradus subinde consurgunt.*

l. 8. *Undique incincta est*] Suprà: *incinctus mari penè undique.* lib. 1. cap. 2. de Asia; *Illic Caspiani Scythis proximi sinum Caspium cingunt.* & lib. III. cap. 1. *Quatuor amnium ostia incingit.*

l. 10. *Magis magisque latior*] Aliàs, *magisque & magis.* V. C.

l. 11. *Linum tamen aut spartum alat*] Plinius lib. XIX. cap. 1. *Et Hispania citerior habet splendorem lini praecipuum, torrentis in quo politur natura, qua alluit Tarraconem.*

l. 12. *Auroque tam abundans*] Aliàs, *auro & tam abundans*. V. C.

l. 14. *Et sui disſimilis eſt*] Aliàs, *ac sui disſimilis eſt*. V. C.

l. 23. *Ad occidentem, Atlanticum, ad meridiem, noſtrum*] Pintianus ita immutandum & legendum putat, *ab occidente, Atlanticum, à meridie, noſtrum*. Verùm lib. II. cap. 3. *Peloponneſi oram, ut diximus, ſinus & promontoria lacerant, ab oriente Bucephalos, ad meridiem Malea, ad veſperam Chelonates*. quare nihil immutandum.

l. 29. *Aſtigi*] Aliàs, *Aſtygi*.

l. ead. *Ipalis*] *Hiſpalis*.

l. 32. *Thicis flumen*] Aliàs, *Ticis*. V. C.

l. ead. *Ad Rhodam, Clodianum ad Emporia* &c.] Lege, *Emporias*. Livius lib. XXXIV. *à Rhoda ſecundo vento Emporias perventum: jam tunc Emporiae duo oppida erant muro diviſa*, & reliqua, quae illic pulchrè exſequitur Livius fol. 171. & 242. *Emporia* in Africa memorat Livius lib. XXIX. fol. 207. 209.

l. 34. *Cujus partem occidenti adverſam eminentia cautium*] V. C. habet, *cujus parti occidenti adverſa eminentia*. Salluſtius fol. 27.

l. 35. *Inter exigua ſpatia*] *De poco à poco trecho* Livius lib. XXVIII. fol. 195. *per modica intervalla* dixit.

l. 38. *Blanda, Illuro*] Aliàs, *Blandae, Loro*. V. C. Cùm autem Ptolemaeus ſtatuat in mediterraneo Baeticae oppidum, nomine *Illurgin*; fortè ea eſt potius, quae à Stephano *Illurgia*, quàm quae à Mela hîc *Illuro* vocatur.

l. ead. *Betullo, Barchino*] V. C. *Baetulo, Barcino*.

l. 41. *Tholobin*] *Thelobin* aliàs. V. C. *Colobin*. Aliàs *Telobis*. Ptolemaeo Τηλοβὶς civitas mediterranea hoc loco ponitur, & *Telobis* legit Aldus. V. C. *Colobi*.

l. 43. *Tulcis eam modicus amnis ſuper* &c.] Fortè, *Tulcis eam modicus amnis ſubit, ingens Iberus dorſum attingit*, ex Plinio, qui poſt Tarraconem ſtatim memorat Tulcim fluvium, ut in Prooem. *Litora ut intrà extràque ſunt, atque ut ea ſubit ac circumluit pelagus*. & iterum: *mare ſubit noſtro receſſum*. Turnebus legit *Dertoſam attingit*. Fulvii liber habet claris literis, *dorſum attingit*.

l. 50.

l. 50. *Serabim & Duriam*] Aliàs, *Sorobin & Turiam*, V. C. habet *Sorbin & Turiam.* Vide Salluſtium fol. 257.

l. 54. *Saguntum illam fide & aerumnis inclytam*] Livius fol. 116. & Salluſtius.

l. 56. *Lucentiam, & unde ei nomen eſt, Illicen*] *Lucentum* Plinius & Ptolemaeus, vulgo *Luchante*, ſicut *Illicen*, *Elche.* In Regno Valentino & Hiſpania Tarraconenſi utraque Urbs.

l. 6. *In illis oris ignobilia ſunt oppida*]Fortè, *in illius oris*, ſcilicet Baeticae.

l. 65. *Suel, Hexi, Menoba*] V. C. *Suel ex Menobia.*

l. ead. *Malaca, Salduba, Lacippo, Barbeſul. Aperit deinde*] Aliàs, *Malaca Ecſal, Dubal, Accipito, Barbeſula perit deinde.* Fortè, *Barbeſula. Fit deinde.*

l. 66. *Aperit deinde anguſtiſsimum pelagus*] Fortè legendum, *aperit deinde Atlanticum pelagus.* Suprà lib. 1. cap. 19. *Tum rurſus fit apertius mare.* Curtius: *anguſtias aditus, qui Ciliciam aperit.* Fortè etiam addenda particula *et*, & legendum: *Et aperit deinde.*

l. 74. *Atque inde ingreſſus totus admodum pervius prope quantum patet ſinus, & ſpecus ultra eſt*] Aliàs, *atque inde ingreſſus totus admodum pervius, propè quantum pateat ſpecus, & ſinus ultra eſt.* V. C. niſi quod *ingreſſi* legit.

l. 75. *Specus ultra eſt*] Plutarchus in *Sertorio.* Κότταν μὲν ἐν τῷ περὶ τὴν Μελλαρίαν πορθμῷ κατεναυμάχησέν που.

Ibid. *In eoque Carteia*] Livius fol. 197. *Carteia urbs in ora Oceani ſita eſt, ubi primum è faucibus anguſtis panditur mare.*

l. 76. *Aliquando Tarteſſos*] Plinius lib. III. cap. 1. *Carteia, Tarteſſos antiquis dicta.* Vide Strabonem. Ego ex Tarteſſo oriundum eſſe Melam credo, & ſic hunc locum legendum: *Aliquando Tarteſſos, quam transvecti ex Africa Phoenices habitant, atque unde nos ſumus, ex gente Mela. Tum Mellaria, Bello & Beſippo, usque ad Junonis promontorium oram freti occupant.* Adde quod *Tarteſſum*, non *Mellariam* dicat, Euſtathius coloniam dicit eſſe Phoenicum, & *Mellariam* vicum appellat. Plinius lib. III. cap. 1. inter non ignobilia oppida numerat. Donatus *in Terent. Eunuchum* fol. 60. *Habes, id eſt,*

est, dicis, ut Sallustius, Tartessum, Hispaniae civitatem, quam nunc Tyrii mutato nomine Gaddir habent. Sed & Plinius lib. IV. cap. ult. ait Gades insulam *Tartessum* vocari & à Poenis *Gadyr.*

l. ead. *Et quam transvecti ex Africa Phoenices habitant,*] Pintianus hoc loco pro *Phoenices* scribi vult *Poeni*, sicut lib. II. *Carthaginem condidisse* legitur Asdrubal, Dux Poenorum, non Phoenicum. Verum Strabo lib. XVII. Carthaginem Novam, Phoenicum coloniam appellat, atque complura Iberiae loca à Phoenicibus possideri ait, & Eustathius *Dionysii interpres*: Ἀβδηρὸς δὲ καὶ Ταρτησσὸν Φοινίκων κτίσματα φησίν.

l. 78. *Cingeratum, Melaria*] Aliàs, *Tingenteratum Mellaria.* V. *cingente ratum Melaria.*

l. 83. *Ampelusiam esse dixeramus*] Τὸ *esse* forte vacat, & legendum, *Ampelusiam dixeramus.*

CAP. VII.

l. 4. *Oratio excedat*] Fortè, *oratio exeat.*

l. 5. *Inde enim videtur commodissimum incipere*] Ita lib. I. *Inde est commodissimum incipere.*

l. 7. *Hac re habitantibus caro magnorum piscium sole siccata*] Hoc Herodotus Babyloniis tribuit; quamvis sole fieri non possit, cum frigidissima sit regio.

l. 9. *Et in pulverem usque contusa*] Aliàs, *polinem.* V. C. *pollinem.*

l. 12. *Non longe accolitur Aria*] Aliàs, *accollis Aria* ante Hermolaum. Aliàs, *Acolisaria.* V. C. *Chollisaria.*

l. ead. *Thynnias*] Scholiastes Apollonii lib. II. *Argon. Callisthenes refert à Graecis regionem & insulam Thyniadem vocari, à Barbaris verò Thyniam.*

l. 13. *Marti sacrata*] Aliàs, *sacra*, ut lib. III. de Hispania cap. I. *& sunt Augusti nomine sacrae.*

l. 18. *Quam quia Bithyni*] V. C. pro *quia* habet *et.*

l. 19. *Contra Thracium Bosporum*] Suprà cap. praec.

l. 22. *Cyaneae vocantur & Symplegades*] Plinius lib. IV. cap. 13. *In Ponto duae*, M. D. *p. ab Europa* XIV. M. *ab ostio, Cyaneae, ab aliis Symplegades appellatae, traditaeque fabulis inter se concurrisse; quoniam parvo dis-*

discretae intervallo, ex adverso intrantibus geminae cernebantur, paululumque deflexa acie coëuntium speciem praebebant. Quapropter retinenda antiqua lectio.

l. 23. *Proconesos*] Προκόννησος aliqui. Προκόννησος Eustathius.

l. 26. *Et quo dicentur ordine*] Lib. I. cap. 18.

l. 27. *Ad promontorium Tauri montis expositae*] Aliàs expungitur dictio *expositae*, ut redundans, & pro *quidam* V. C. habet *quondam*.

l. 28. *Macaron, sive quod fortunati* &c.] Μακάρων, id est, fortunatorum. De Antandro duplicem causam nominis profert Diodorus lib. VI. cap. 16.

l. 33. *Cirava*] Fortè, *Arisba*. Fuit in Lesbo urbs quondam *Arisbe*, teste Plinio lib. v. cap. 31. ex qua Librarius *Cyravam* fecit. *Antisam* à Methymnaeis teneri tradit ibidem Plinius. Adde Strabonem lib. IX. Sensus superioris sententiae hujusmodi est: à Tenedo usque ad promontorium montis Tauri, quod ad finem Syriae est, has insulas, quas noster commemorat, eodem ordine jacere; at his littoribus innumerae aliae adjacent, quas Plinius & alii retulere. Caesar lib. v. *de Bello Gallico*.

l. 37. *Camiros*] Κάμιρος, *nomen urbis*, inquit Eustathius, Κάμειρος, *nomen proprium*.

l. 39. *In sinu, quem maximum Asia recipit*] Scilicet *Isico*.

l. 42. *Recto jugo in Ciliciam Syriamque porrigitur*] *Jugo*, id est, tractu. Solinus de Creta.

l. ead. *Syriamque*] Aliàs, *Syriasque*, ut habet vetus Codex.

l. 43. *Novem regna ceperit*] Aliàs, *receperit*. V. C. *nomen regni ceperit*. Plinius lib. v. cap. 32. *quondam novem regnorum sedem* appellat.

l. 47. *Arados etiam in Phoenice*] Aliàs *etiam* redundat. De Arado Hieronymus *in Ezechielem* cap. 27. *Aradum insulam, quae tota sit civitas, & contra se positum oppidum Antaradum habeat, vicinaque sit Tyro, & praetendat in Phoenicio litore continentis terrae, usque hodie cernimus*.

l. 49. *Subter aliena tecta*] Aldus & V. C. *super*.

l. 50. *Canopus Nili ostio*] Confer Tacitum lib. II. *Annal.* de Germanico: *Nilo subvehebatur ortus oppido à Canopo-*

po. Condidere id Spartani ob ſepultum illic rectorem navis Canopum, qua tempeſtate Menelaus Graeciam repetens, diverſum ad mare terramque Libyam dejectus. Inde proximum amnis os dicatum *Herculi*, &c. Et Seneca *Nat. Quaeſt.* lib. VI. cap. 6.

l. 51. *Menelai gubernator Canobus*] Aliàs, *Canopus*. V. C. *Canopos*. Vide Suidam in dictione Κανοβός.

l. ead. *Mitylene*] Stephanus: Μυτιλήνη. Aliàs, *Mytilena*.

l. 53. *Pharos Alexandriae nunc ponte conjungitur*] Aliàs, *jungitur*. V. C. *Pharus nunc Alexandriae ponte conjungitur*.

l. 55. *Olim ut Homerico carmine*] Aliàs, *Homeri carmine*. Plutarchus in *vita Alexandri*.

l. 63. *Cercinna*] Aliàs, *Cercina*. V. C. Dionyſius & Euſtathius, Κέρκινναι.

l. 64. *Tarichiae & Aegathes*] Aliàs, *Chyare, Tyle & Egate* V. C. *Aegate*. Livius *Aegates* inſulam memorat lib. XXII. fol. 135.

l. 65. *Aegathes*] Aliàs, *Aegates*.

l. ead. *Romana clade memorabiles*] *Clades* intelligenda, non quam acceperunt, ſed quam intulerunt Romani. Sic enim quandoque Auctores loquuntur. Livius lib. XXI. *Annibal agrum omni clade belli pervaſtat*. Et lib. XL. *prima legatio Eumenis & Pharnacis regum, & Rhodiorum, querentium de Sinopenſium clade*. itaque dicitur *metus, injuria, vulnus*. Virgilius ſimiliter lib. II. *Aeneid*.

——— *& vulnere tardus Ulyſſei.*

Notat Gellius lib. IX. cap. 12. & ex Salluſtio Servius *ad Virgilium lib.* IV. *v.* 153. *Georg. injuriam validiorum*, id eſt, quam inferebant validiores. Quare nihil mutandum hîc eſt.

l. 69. *Omnibus qui mares erant caeſis*] Vide Commentarium in Apollonium fol. 114. 6.

l. 72. *Pagaſaeus ſinus Scyathon proſpicit*] Aliàs, *Pegaſeus*. V. C. aliàs *Scyron*. V. C. *Schiron* pro *Scyathon*.

l. 74. *Gereſton & Caphareum*] V. C. *Gereſtheon & Chafereum*. & pro *Cenaeum* Idem *Caunaeum*.

l. 77.

l. 77. *Totique Boeotiae appoſita* &c.] Solinus cap. 19. de Euboea. *Nam latere, quem vocant Euripum, terrae ponte jungitur, & per fabricam longiſſimae machinae aditur pede.*

l. 79. *Alterno curſu ſepties die, ac ſepties nocte fluctibus invicem verſis*] Plinius lib. II. cap. 97. Livius etiam lib. XXVIII. cap. 6. *A terra venti ſubiti & procelloſi decidunt, & fretum ipſum Euripi, non ſepties die, ſicut fama fert, temporibus ſtatis reciprocat: ſed temere in modum venti, nunc huc, nunc illuc verſo mari, velut monte praecipiti devolutus torrens rapitur.* Adde Euſtathium *in Dionyſium.* Strabo lib. IX. de Euripo. ὅτι ἑπτάκις μεταβάλλειν φασὶ καθ' ἡμέραν ἑκάστην καὶ νύκτα. Quae verba amphiboliam habere videntur. Idem lib. I. ait Siculum fretum bis refluere eodem pacto quo Oceanus. Quae planè declarant bis die & bis nocte intelligendum; quater enim in die una naturali curſus Oceani mutatur, ut inter omnes convenit. Verba Strabonis ſunt: διὰ δὲ τοῦτο καὶ τοὺς εὐρίπους ῥοώδεις εἶναι, μάλιστα δὲ τὸν κατὰ Σικελίαν πορθμὸν, ὃν φησιν ὁμοιοπαθεῖν ταῖς κατὰ τὸν Ὠκεανὸν πλημμυρίσι τε καὶ ἀμπώτεσι· δίς τε γὰρ μεταβάλλειν τὸν ῥοῦν ἑκάστης ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καθάπερ τὸν Ὠκεανὸν, δὶς μὲν πλημμυρεῖν, δὶς δὲ ἀναχωρεῖν, ex Eratoſthene. & paulo poſt: οὐ γὰρ ἂν ὁ μὲν Σικελικὸς (πορθμὸς) δὶς ἑκάστης ἡμέρας μετέβαλλεν, ὡς οὗτός φησιν, ὁ δὲ Χαλκιδικὸς ἑπτάκις.

l. 80. *Plenis velis navigia fruſtretur*] Aliàs, *plena ventis navigia fruſtretur.* V. C. habet *plena ventis navigia fruſtret.*

l. 83. *Heſtiaea*] Eadem quae *Ortus* Straboni.

l. 84. *Caryſtos & Chalcis*] Non concordat cum eo oppido aut cum his urbibus, quas ſuprà memorat, Caryſtos.

l. 86. *Et Salamis excidio claſſis Perſicae notior*] Plutarchus in *Themiſtocle*, & Juſtinus lib. II.

l. 88. *Phitiuſa*] Aliàs, *Pytiuſa.*

l. 89. *Inter ignobiles alias leto Demoſthenis nobilis*] Leg. *inter ignobiles aliquot leto.* Sic Plinius lib. V. cap. 31. *Atque inter ignobiles aliquot, duas Camelidas Mileto vicinas.* Stephanus Καλαβρία. Euſtathius *in Dionyſium* rationem reddit, cur Καλαβρία ſcribatur.

l. 91. *Contra Maleam, Emiſa & Theganuſa*] Aliàs, *contra Maleam, Oenuſa & Tegra, Niſa.*

l. 92.

l. 92. *Prote, Hyria*] *Prote, prima*, Ptolemaeus. V. C. *proſturium*. Aliàs *Proſtuma*. Paullo ante lego, *contra Maleam Oenuſſe, Theoniſſa*, nam illud *et*, ex poſteriore litera praecedentis dictionis, & prima ſequentis fuit factum. V. C. *contra Meleam Aenuſſa & Tegra, Riſa contra Acritam.*

l. 95. *Strophiades olim Plotae*] Aldus: *Et olim Plotae, nunc Strophades*. V. C. *Strophades olim Plotae dictae*. Adde Dionyſium, & interpretem ejus Euſtathium fol. 76.

l. ead. *Dionyſa*] V. C. *Dionyſia*.

l. 100. *Olearos*] Aliàs, *Olaros*.

l. ead. *Cathon*] Aliàs, *Cothon*. & ſic legendum ex Plinio lib. IV. cap. 12.

l. 101. *Hyaros*] Aliàs, *Yaros*, & *Giarus*.

l. ead. *Cianos, Chalcis*] Aliàs, *Cyanos*. V. C. *Cianos, Calchis*.

l. 102. *Pinaria*] Aliàs, *Cinara*, & *Pynara*.

l. ead. *Niſyros*] Aliàs, *Nyſpiros*.

l. 103. *Lebynthos, Calydnus*] Aliàs, *Lybentus, Camynus*.

l. ead. *Aſine*] V. C. *Haſime*.

l. 104. *Ab eis Sicynus, Cythnos, Siphnos, Scriphos, Rhene*] Aliàs, *Nabeos, Cycinos, Sypanos, Seryphos, Athena*.

l. 105. *Paros, Styros, Tenos, Myconos, Naxos*] Aliàs, *Paros, Mycon, Spyros, Tenos, Naxos*, vet. MS. *Styros* Euſtathio Σῦρος.

l. 107. *Cyclades dictae ſunt*] Verbum *ſunt* redundat.

l. 111. *Criumetopon*] Κριοῦ μέτωπον.

l. 112. *Cypro ſimilis*] Aliàs, *Cypri ſimilis*. V. C.

l. 113. *Alventu Europae*] Suprà hoc lib. cap. 2. *Tauri, Iphigeniae & Oreſtis adventu maxime memorati*.

l. 114. *Daedali operibus & fuga, tum ſtatione atque morte*] Aliàs, *operibus & fugata in ſtatione atque morte*. MS. habet *fuga tali ſtatione* de Talo agit Apollodorus lib. I. & Plato in *Dial. Minois* vel *de Lege*: Νομοφύλακι γὰρ αὐτῷ ἐχρῆτο ὁ Μίνως κατὰ τὸ ἄστυ· τὰ δὲ κατὰ τὴν ἄλλην Κρήτην, τῷ Τάλῳ· ὁ γὰρ Τάλως τρὶς περιῄει τοῦ ἐνιαυτοῦ κατὰ τὰς κώμας, Φυλάττων τοὺς νόμους ἐν αὐταῖς, ἐν χαλ-

χαλκοῖς γραμματείοις ἔχων γεγραμμένους τοὺς νόμους, ὅθεν χαλκοῦς ἐκλήθη.

l. 116. *Clarum veſtigium ſepulchrum eſt*] *Eſt* redundat.

l. 120. *Cydon*] Euſtathius, Κυδωνία, & Apollonius fol. 101.

l. ead. *Phaeſtos*] Aliàs, *Pharcapnae*. V. C. *Phaſcanae*.

l. 121. *Manethuſa*, *Dictynna*] Aliàs, *Camoratuſa*; *Dyctima*. *Marathuſa* legit Aldus.

l. 123. *Aſticla*] Aliàs, *Aſtypalea*.

l. 124. *Criſe*] Sic vetus Codex. Aliàs, *Chryſe*.

l. 125. *Muſagoros numero tres*] In antiquiſſimo Plinii codice lib. IV. cap. 22. *Muſagorus* habetur. Et ſic omnino eſt legendum, atque ita Pintianus, & Aldus, & vetus meus MS. Codex legunt.

l. 127. *In Adria Apſoros*] *Abſyrthium* Plinio.

l. 128. *Abſoros*] Aliàs, *Apſoros*.

l. ead. *Dicedalos*] Aliàs, *Dyceledos*. V. C. *Diceledos*.

l. ead. *Trucones*] Aliàs, *Tytana*.

l. 130. *Tragurium*] Aliàs, *Lingarum*, vel *Lingarium*, ut habet vetus Codex. Strabo lib. VII. Ἴσσα, Τραγούριον, Ἰσσίων κτίσματα, Φάρος, ἡ πρότερον Πάρος, Παρίων κτίσμα.

l. ead. *Diomedia*] Plinius: *promontorium Diomedis*, *vel*, *ut alii*, *peninſula Hyllis*.

l. 131. *Brunduſio adjacens Pharos*] Feſtus: *Barium urbem Italiae appellarunt conditores ejus*, *expulſi ex inſula Bara*, *quae non longè eſt à Brunduſio*. Lactantius lib. I. cap. 11.

l. 133. *Poſt freto maris Siculi abſciſſa eſt*] Salluſtius fol. 296.

l. 136. *Scylla & Charybdis*] Caeſar Scaliger *de Subtilitate ad Cardanum* pag. 154. *Rupes imminet*, inquit, *Oceano Scythico*, *quae Zlota babba*, *hoc eſt anus aurea dicitur*. *Anus enim prae ſe fert formam*. *Eſt promontorium*, *à ſpecie*, *quam refert*, *Naſus ſacer appellatum*, *in finibus Finlapiorum*, *ſub quo ſpecus*, *quae ſenis horis mare vomit*, *totidem reſorbet tanto impetu*, *incautas ut hauriat naves*, *Charybdis vera*, *non illa Graeciae mendaciſſimae*. Servius autem ad illa Virgilii lib. III. *Aeneid.* verſ. 420.

Dextrum Scylla latus, laevum implacata Charybdis
Obsidet.

inquit. *Sallustius* Scyllam *saxum esse dicit, simile formae celebratae procul visentibus. Canes verò & lupi ob hoc ex ea nati videntur* &c. Vide & Gellium fol. 302.

l. 137. *Nominibus inclytum*] Aliàs, *nominibus inditum.*

l. 141. *Pachynum vocatur*] Lege, *Pachynus.* Ovid. lib. IV. *Fastor.*

Jamque Peloriadem, Lilybaeaque, jamque Pachynon
Lustrarat, terrae cornua prima suae.

Et lib. V. *Metamorph.*

l. 142. *Lilybaeum*] Eustathius *ad Dionysium.* Λιλύβη μὲν πρὸς ζέφυρόν ἐστιν εἰσανέχουσα, ἥτις καὶ οὐδετέρως Λιλύβαιον λέγεται, ὡς κεφαλή, κεφάλαιον.

l. 143. *Peloris*] *Peloris* etiam Eustathio ad Homerum fol. 1101. 12. & 1623. 6. Plinio *Pelorum* lib. III. cap. 5. & *Pelorus* cap. 8. Ipse Pomponius infrà, *inter Lilybaeum & Pelorida Panormus & Himera.* & Cicero *in Verrem Act.* VII. fol. 630. *Peloridam*, & Livius lib. XXIV.

l. 145. *Pelorus gubernator ab Annibale ibidem conditus*] Sallustius fol. 297. Simile quid narrat Strabo lib. IX. de Salganeo Euripo Chalcidensi. De ipso Peloro gubernatore lib. I. fol. 9. & Seneca *Natur. Quaest.* lib. III. cap. 26. Isidorus lib. XIV. cap. 7. *Pelorum promontorium Siciliae respiciens aquilonem secundum Sallustium dictum à gubernatore Annibalis illic sepulti.* Servius ad lib. III. Aeneid. v. 248. quo loco de abscisione Siciliae agit. Sallustius fol. 297.

l. 146. *Quem idem vir profugus*] Vocabula *idem vir* redundant.

l. 152. *Catinam*] Cicero lib. XIII. Epist. *Catinam* etiam vocat.

l. ead. *Megarida*] Thucydides lib VI. καὶ Λάμις ἐκ Μεγάρων ἀποικίαν ἄγων. Ovidius lib. IV. *Fast.*

Liquerat Ortygiam Megareaque, Pantagienque.

l. 153.

l. 153. *Mirabilem Arethuſam. Fons eſt, in quo viſuntur jacta in Alphaeum*] Negat id fieri poſſe, quod de Alphei fabulantur emiſſione in Arethuſae fontem, Strabo lib. VI. Vide *Carmen* Moſchi apud Stobaeum lib. IV. 1. fol. 162.

l. 155. *Alphaeum amnem*] Lege *Alpheum* ſine diphthongo.

l. ead. *Peloponneſiaco littori infuſum*] V. C. *Peloponneſico.*

l. 162. *Interius Leontini, Centuripinum*] Cicero *in Verrem: ut Centuripis, civitate totius Siciliae multum maxima, omne argentum congereret.* Legendum autem apud Pomponium videtur *Centuripini* ex Plinio lib. III. cap. 8. *Intus*, inquit, *Laeſtrygonum campi. Oppida Leontini*, & ſtatim, *intus Latinae conditionis Centuripini. Leontinos* vocari hanc urbem apparet ex Livio etiam lib. XXIV. *Nec ut Leontinos irent, proditos ad caedem commilitones querentes, perpelli potuere.* atque Ovidius lib. IV. *Faſtor.*

Jamque Leontinos Amenanaque litora curſu
Praeterit.

l. 164. *Famam habet ob Cereris templum Enna praecipua*] Fortè, *praecipuam:* ut lib. III. de India. *Famam hinc praecipuam habent.*

l. 165. *Eryx*] V. C. *Erice, et.* De Eryce agit Polybius lib. II. fol. 92.

l. 166. *Aetna, quae Cyclopas olim tulit*] Aliàs *quòd Cyclopas* &c.

l. 168. *De amnibus Himera referendus, quia in media admodum ortus*] Id eſt, quia ferè. De Himera Vitruvius fol. 318. Vibius Sequeſter *de Flumin. Himera oppidum Tauromenitanorum dedit nomen.* Hoc flumen in duas findi partes ait Stephanus, unam in Tyrrhenum mare, alteram in Lybicum decurrere pontum. Vox *admodum* autem *ferè* ſignificat, prout ea uſus videtur Curtius lib IV. *Mille admodum equites praemiſerat.* quod huc ſatis quadrat, & Livius lib. XL. *Armorum hoſtilium magnam vim tranſtulit, nullam pecuniam admodum*, id eſt, ferè. & ſuprà cap. praec. *Atque inde ingreſſus totus admodum pervius.*

l. 177. *Quae ut Aetna*] Fortè, *ea ſicut Aetna*, vel *ac ſicut Aetna.*

l. 178. *Hiera*] Thucydides lib. III. fol. 46. *Audivitque in Hiera Vulcanum exercere ferrarium, & noctibus per multum ignem diebusque fanum videri.*

l. ead. *Pithecuſa*] *Pithecuſae* plurali numero apud Strabonem, Ptolemaeum, Euſtathium, Dionyſii interpretem.

l. 179. *Sinomam*] Aliàs *Sidonia* ex V. C. *Sinonia* aliàs.

l. 180. *Pandataria*] Liber MS. *Pandateria.*

l. 181. *Phytonia*] Alias, *Synonia* MS. codex.

l. 182. *Tiberina oſtia objacent*] Lege *jacent:* nam illud *ob* redundat.

l. 184. *Fretoque diviſae Etruſco*] Aliàs *freto diviſae Corſica Etruſco.* Forſan *Etruſio* abundat.

l. 185 *Iginium*] Aliàs, *Igilium*, ex Plinio lib. III. cap. 6. & Marciano Capella. *Ilium* MS. codex. Pauſanias fol. 267.

l. 187. *Mariana*] Ita ſcribendum, non *Marianae*, quod ex veteri meo Codice conſtat.

l. 189. *Niſi quod in occidentem, quam in orientem anguſtius ſpectat*] Salluſtius lib. II. *Hiſtor.* citante Nonio, v. *Facies: Sardinia in Africo mari, facie veſtigii humani prominet, in occidentem quàm in orientem latior.* Sed legendum videtur, *in orientem quàm in occidentem latior.* Et ſic legitur apud Gellium lib. XIII. cap. 28. *In orientem quàm in occidentem latior prominet.* & Iſidorum lib. XIV. cap. 6. Addit praeterea ex eodem Salluſtio; *ferme paribus lateribus, quae in meridiem & ſeptentrionem vergunt: ex quo ante commercium à navigantibus Graecorum ἴχνος appellata eſt.*

l. 190. *Par & quadrata undique*] De Corſica cùm Strabo dicat, eam patere in longitudinem mill. 130. in latitudinem vix 70. non video, quomodo par ſit & quadrata undique. Sed & de Corſica Idem ait longit. 220. ex Graeco codice latit. 98. Plinius lib. III. cap. 6. ait *Corſicam longam eſſe paſſuum* CL. *millia; latam majore ex parte quinquaginta. Sardiniam verò ab oriente* CLXXXVIII. *millia paſſuum; ab occidente* CLXXV. *millia; à meridie* LXXVII. *millia; à ſeptentrione* CXXII.

l. 191.

l. 191. *Spatiosior quàm ubi latissima est Corsica*] V. C. *longissima*, quod forsan melius est. Diodorus lib. XIV. cap. 6. Dividitur autem à Sardinia viginti milliaribus. De Sardinia Claudianus *de Bello Gildonico*, in fine.

l. 194. *Penè pestilens*] V. C. *pestilens penè*.

l. ead. *Urbium antiquissimae*] Aliàs, *populorum antiquissimi* V. C.

l. 195. *Ilienses*] Sic & Plinius. Pro qua lectione quoque stat Pausanias, & Livius lib. XLI. fol. 371. & Solinus. Sed Strabo & Livius *Iolenses*, & sic legendum videtur; ab Iolao enim deducit Strabo atque etiam Diodorus lib. V.

l. 196. *Calathis & Sulchi*] Alàs, *Calaris & Sulci*. *Caralis* etiam Livio lib. XXX. fol. 218. *ita vexata classis Caralem tenuit*. & lib. XXIII. *Manlius navibus longis ad Caralem subductis*. itemque alibi. Strabo Καράλις καὶ Σοῦλχοι. Caesar, *Sulchi*.

l. 199. *Baleares*] Aliàs *Baliares*. V. C. Eustathius Βαλιαρίδες.

l. 200. *Ex spatio suo*] Aliàs, *sui*.

l. 201. *Majores minoresque*] Fortè, *major minorque*, & mox *in minori* & *in majori*. Ptolemaeus.

l. 203. *Jamno*] Ptolemaeus, *Jamna*.

l. 204. *Ebusos*] Dionysius, Βοῦσος, & Eustathius ex Herodiano Βουσός.

l. 210. *Si invecta sunt*] Aliàs *sint*.

l. 215. *Sine pernicie & tuta est*] Aliàs, *& rata est*, vel *& tracta est*.

LIB. III. CAP. I.

l. 6. CINGIT *Oceanus*] Aristoteles lib. *de Mundo*: ὁ περιξ Ὠκεανός.

l. ead. *Ingens & infinitum pelagus*] Hinc liquet tum duas zonas habitabiles poni à Mela.

l. 7. *Nunc ad alios aliosque invicem*] Alias, *non aliosque invicem neque alternis accessibus*. Lego, *non alios aliosque* (subintellige *campos*) *invicem*, *neque alternis accessibus*. Et ita Codex Fulvii Ursini. Quae hîc scribit

bit Pintianus, ſtatim declarant eum hunc locum non intellexisſe.

l. 8. *Neque alternis acceſſibus*] i. e. non quemadmodum Euripus, de quo lib. 11. cap. 7. *Alterno curſu fluctibus invicem verſis.* & cap. eod. de Siciliae freto. *Id anguſtum & anceps alterno curſu modò in Thuſcum, modò in Ionium pelagus perfluit.*

l. 10. *In omnia litora quamvis diverſa terrarum inſularumque*] *Diverſa*, id eſt, contraria. ut lib. 1. cap. 1. *Tanais à ſeptentrione ad meridiem vergens, in mediam ferè Maeotida defluit: & ex diverſo Nilus in pelagus.* Cicero *de Natura Deorum: Quin etiam* (aër) *movetur nobiſcum, quacunque enim imus, quacunque movemur, videtur quaſi locum dare & cedere: quaeque in medium locum mundi, qui eſt infimus, & quae à medio in ſuperum, quaeque converſione rotunda circum medium ferantur, ea continentem mundi efficiunt, unamque naturam.*

l. 16. *Anhelitune ſuo Mundus efficiat*] Strabo lib. 1. fol. 22. Juſtinus lib. XLI. *Mundus* ibi pro terra.

l. 17. *Regerat undam undique*] Aliàs *utique.*

l. 18. *Scut doctioribus placet*] Plato pag. 478. in *Timaeo*, & Ovidius lib. ult. *Metamorph.* v. 342.

Nam ſive eſt animal tellus, & vivit, habetque
Spiramenta locis flammam exhalantia multis.

Et Solinus cap. 36. Et hinc ex Ovidio alii hic legendum putat *vivum animal eſt.*

l. 19. *Unum animal eſt*] Aliàs *vivum animal eſt.* Ovidius d. l.

l. 20. *Atque inde*] Aliàs, *unde* V. C.

l. 22. *Cauſas tantis meatibus praebeat*] Fortè leg. *motibus praebeat.* Juſtinus lib. 1. cap. 19.

l. 23. *Neque eodem aſſiduè tempore, ſed ut illa ſurgit*] Retinenda illa lectio contra Pintianum. Vide Plinium lib. 11. cap. 97. & 99. & Solinum cap. 26.

l. ead. *Neque eodem aſſiduè tempore*] Plinius lib. 11. cap. 97. *Nec unquam eodem tempore quo pridie reflui ut ancillante ſydere, trahenteque ſecum avido hauſtu maria, & aſſiduè aliunde quàm pridie exoriente.* At qui fidas ſequuntur diſciplinas, contendunt meatus iſtos commoveri

veri Lunae curſibus, adeò ut, ſicut infrà ait, neque eodem ſemper tempore, ſed prout illa mergatur & ſurgat, varient ſe alternantes receſſus, ſed non ut mergitur & oritur, adventet & recedat. Vide diligentius Plinium lib. II. cap. 97.

l. 25. *Huc egreſſos*] Scil. ad Oceanum.

l. 32. *Oleaſtrum appellant*] Ptolemaeus in medit. numerat *Oleaſtrum*.

l. 33. *Ebora in litore*] Legendum *Ebura*, ex Strabone, Plinio, Antonino.

l. 34. *Procul à litore Aſta colonia*] Fortè voces *à litore* ſuperfluae ſunt; nam de maritimis agit. Aſtam coloniam inter aeſtuaria Baetis collocat Plinius lib. III. cap. I.

l. 35. *In ipſo mari*] Dictio *mari* vacare videtur.

l. ead. *Monimentum Geryonis*] *Capionis* aliàs antiq. & V. C. MS. ut *Arati poëtae monimentum*. Fortè *Cepionis* V. C.

l. ead. *Scopulo magis quàm inſulae impoſitum*] Plinius lib. I. cap. 7. *Scopuli verius quàm inſulae*.

l. 39. *Pòſt ubi non longè à mari grandem lacum facit*] Aliàs *fecit*.

l. 44. *Olitengis, Onoba, contingunt*] Legendum *Olitegi & Oſſonoba*. Aldus & antiq. *Oſſoneba*. ſic legit Plinius lib. III. cap. I. Nam *Onoba* mediterranea eſt appoſita Baeti fluvio ibidem, & Ptolemaeus Ὄνοβα. Aliàs *Onolappum*, prout habet V. C.

l. 45. *Atlanticum mare*] Illud non eſt ſilentio praetereundum, Atlanticum mare à Strabone appellari Oceanum, qui terras circumdat; nam de Indico & Eoo dicit lib. XVI. fol. 655.

l. 49. *In tria promontoria diſpergitur*] i. e. dividitur.

l. 51. *Cuneus ager dicitur*] Fortè, *Cuneus hac re dicitur*. Suprà lib. I. cap. 9. *Ne illud quidem à vero nimium abſceſſerit in illis ortum amnem, ubi ſubter maria coeco alveo penetraverit, in noſtris rurſus emergere, & hac re ſolſtitio accreſcere, quod tum hiems ſit unde oritur*. & cap. 13. *Tunc ingenti urbe celebris Iſſo fuit, & hac re ſinus Iſſicus dicitur*. Strabo fol 97.

l. 53. *Mirtylis Balſa*] *Myrti alco* V. C.

l. 54. *In Sacro Latobriga*] Aliàs *Lattobriga*, & *Lottobriga*. Plinius *Menobricam* vocat lib. IV. cap. 22.

l. 55. *Ebora*] Plinio *Eburo* lib. IV. cap. 21. sed cap. 22. *Ebora*.

l. ead. *Sinus interjunt & est in proximo Salacia*] Alii, *sinus interjunt duo, in proximo est Salactia*. Et sic paulo antè: *bis in semet recepto mari, in tria promontoria dispergitur*. Et lib. I. cap. 7. *deinde tria promontoria vaste projecta in altum, duos grandes sinus efficiunt*.

l. 59. *Ad illam partem, quae recessit*] Alias *in illam partem, quâ recessit*. Suprà *resistit*.

l. 61. *Amnis autem Monda, in medium ferè ultimi promontorii* &c.] Aliàs, *amnis autem in medium ferè Munda ultimi promontorii latus effluens* V. C.

l. 63. *Et radices ejusdem abluens Durius*] Aliàs, & *radices ejusdem abluens aduria*.

l. 65. *Deinde modico flexu accepto*] Aliàs, *dein modico*, i. e. [non] magno ad Celticum. Plinius lib. IV. cap. 21.

l. 70. *Nebris, Minius*] Aldus: *Naebis*. Vide Strabonem lib. III. fol. 107.

l. 71. *Et cui oblivionis cognomen est, Limia*] Sallustius: *cui nomen oblivionis condiderant*. fortè. pro *indiderant*. Vide Plinium lib. IV. cap. 22.

l. 72. *Lambriacam urbem amplexus*] Aliàs, *Lambricam* in V. C. legitur. Plinius lib. IV. cap. 20.

l. 73. *Recipit fluvios Jernam & Viam*] Aliàs, *fluvios Lanos & illam*.

l. ead. *Recipit fluvios Jernam & Viam*] *Latros & illam partem* legit Aldus & antiquus Codex. Alii *Lareos & illam*, vel *Lareos & Ullam* ex lectione veterum Codicum. In Retractationibus, „ à Plinio lib. IV. cap. „ 21. tradi, id promontorium Nerium à quibusdam" „ appellari, sed loco ita depravato & alieno, ut pro"- „ montorium id statuatur longè ab eo situ in quo" „ est, quod mihi causa hallucinandi fuit" inquit Pintianus. Idem ait Plinius lib. II. cap. 18. Delendum in castigationibus Pintiani hoc loco ab illo verbo, „ Neque id promontorium dictum est" usque ad „ promontorium est *Nerium*" & paulo infrà illa verba „ Plinius & Pomponius *Celticum*.",

l. 75.

l. 75. *Tamaris*] V. C. *Tameris* habet. Strabo fol. 107. & 108.

l. ead. *Arotebrarum portum*] Aliàs, *Ebora portum* V. C. Legendum, *Arotrebatum portum*.

l. 80. *Deinde ad ſeptentrionem*] *Dein*.

Ibid. *Ad occidentem verſa*] Sic ſuprà lib. 1. cap. 2. *ad orientem verſa*.

l. 82. *A Celtico promontorio ad Scythicum usque. Hinc perpetua ejus ora, niſi ubi modici receſſus ac parva promontoria ſunt, ad Cantabros penè recta eſt*] Fortè, *à Celtico promontorio ad Scythicum usque perpetua ejus ora n. u. m. r. ac parva promontoria ſunt, ad Cantabros penè recta eſt*. Nam Aldus & antiqui Codices *hinc* non habent, & Auctor duos ſinus, quos poſtea *magnos* vocat, cum hoc comparat. Itaque perpetua ora & non interrupta videtur, ut Europae ad mare Mediterraneum.

l. 85. *In eo primi Artabri ſunt*] Sic Mela in Ponto lib. 1. cap. 19. *In eo primi Mariandini urbem habitant*.

l. ead. *Artabri ſunt & Janaſum Celticae gentis*] Lege, *& nunc Celticae gentis*, ut eſt in V. C. vel lege, *etiam nunc Celticae gentis*. atque ita habet vetus meus codex.

Ibid. *Deinde Aſtures*] Aliàs, *dein Aſtures*.

l. 87. *Admixtum mare*] Aliàs, *admiſſum*, ut de Ambracio ſinu lib. 11. cap. 4. *Facit ſinus, qui anguſtis faucibus, & quae minus mille paſſibus pateant, grande pelagus admittit*. & cap. 5. *ceterum mare, quod inter utraque admittit, tenuibus* &c. & lib. 1. cap. 5. de Arabia: *portum admittit Azotum*.

l. 87. *In Artabris ſinus ore anguſto*] Aldus & antiq. *in Artabros ſinus*. Fortè, *in Artabro ſinus*. ut ſup. *in Brutio*, nempe agro.

l. 88. *Adobricum urbem*] V. C. *Adopricam urbem*.

l. 90. *Ignobilia ſunt*] Verbum *ſunt* redundat, & expungendum eſt.

l. 92. *Mearus & Narius*] Strabo *Meltus*, ni fallor 116. Aliàs *per alia Ducanaris exit & Libyca* in V. C.

l. 94. *Et ſunt Auguſti nomine ſacrae*] Particulae illae duae *& ſunt* redundant, & fortè ſunt expungendae, (vel) lege, *eae ſunt Auguſti nomine ſacrae*, ſcil. arae. Et adhuc ſunt qui dicant tempore Caeſaris Dictatoris

scripsisse Pomponium, cùm de Britannia dicat, *quippe tam diu clausam aperit eam nunc principum maximus*, & suprà hoc cap. *Turris Augusti titulo memorabilis.*

l. 96. *Usque adeò semet & terras angustantibus*] Legendum, *semet terris angustantibus.*

l. 101. *Littus exporrigunt*] Fortè *exporgunt.*

l. 104. *Per eosdem & Salenos Sannium* &c.] Aliàs, *Perenudi*, vel *Pereundi & Salenos Saurium per Avarigenos & Orgenomes, quos Manasa descendit & Devales Tritino bellante cingit & Deciumta à Turia sonans Samso & Magrada.* n. v. *Ergaonos, quo Nannosa d. & Devalles Decimaturia.* Aldus: *per eundem & Salenos Saurium.* Aliàs, *Salaeum & Saunium.* V. C.

l. 108. *Varduli una gens*] *Vardulos* unam gentem semper fuisse atque eandem usque ad sua tempora, videtur Auctor innuere.

CAP. II.

l. 1. *Galliae latus alterum*] Nam lib. 11. cap. 5. *Gallia*, inquit, *in duo latera divisa.*

l. 4 *Hispania abscesserat*] Sic lib. 1. cap. 19. *Sed quia it contra minus quàm ad dexteram & laevam abscesit.*

l. 5. *Grandi circuitu inflexa*] Aldus, *amplexa*: alii, *afflexa.*

l. 6. *Tunc ad septentriones*] Aliàs *tum.*

l. 9. *Et pabuli*] V. C. *ac pabuli.*

l. 10. *Quicquid ex satis frigoris impatiens est*] Strabo fol. 47.

l. 11. *Ager & ubique alit & salubris*] Aldus, *aegrè nec ubique alit salubris, & noxio genere* &c.

l. 12. *Gentes superbae*] Strabo fol. 138.

l. 13. *Aliquando etiam immanes*] Caesaris tempore.

l. 14. *Ut hominem optimam & gratissimam diis victimam crederent*] Arnobius lib. 111. scribit, *Mercurio Gallos humanas vel inhumanas victimas caedere.* Et paullò pòst pag. 326. *Qui hominem periculo subripit, optimam victimam caedit.* Sed Festus, *Optatam*, inquit, *hostiam alii optimam appellant eam, quam Aediles tribus constitutis hostiis optat, quam immolari velit.*

l. 17.

l. 17. *Ubi devotos altaribus admovere*] Sua etiam aetate idem fieri solitum refert Cicero *pro Fontejo*. *Aut immolant, aut se immolaturos vovent.*

l. 19. *Druidas*] De Druidis multa Plinius & Lucanus lib. I. & X. Diodorus fol. 452.

l. 20. *Hi terrae Mundique*] *Mundus* pro coelo.

l. 21. *Quid Dii vellent*] Sic Horatius lib. I. *Epist. ad* Iccium.

Quid velit & possit rerum concordia discors.

Nam Caesar de vi inquit & potestate Deorum. Sed vide Ciceronem lib. I. *de Divin.* fol. 240. ut legi possit *valeant*, id est, possint, pro *vellent*.

l. 23. *Clam & diu vicenis annis in specu*] Caesar *de Bello Gall.* lib. VI. pag. 212. Aliàs, *clam & diu annis aut in specu.*

l. 25. *In vulgus effluit*] Antiq. *effluxit.*

l. 27. *Cum mortuis cremant ac defodiunt*] V. C. *atque defodiunt* delet. Pro *ac*, fortè leg. *aut.*

l. 28. *Apta viventibus olim*] Fortè *grata.*

l. 29. *Deferebatur ad Inferos*] V. C. *referebatur.*

l. 30. *Erantque qui se in rogos suorum, velut unà victuri, libenter immitterent*] Caesar lib. VI. *de Bello Gall.* cap. 19. *Funera sunt pro cultu Gallorum magnifica & sumtuosa; omniaque, quae vivis cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia; ac paullo supra hanc memoriam servi, & clientes, quos ab iis dilectos esse constabat, justis funeribus confectis, unà cremantur.*

l. 32. *Comata Gallia*] *Comata Gallia* quare sit dicta, vide apud Dionem in extremo lib. XLVI. sic etiam Caesar dividit Galliam in initio *de Bello Gallico.*

l. 33. *Populorum tria summa nomina sunt*] i. e. las mas principales.

l. ead. *Terminanturque fluviis ingentibus*] Aliàs, *terminabanturque.*

l. 38. *Celtarum Hedui*] Caesar & Vett. *Aedui.* & Tacitus lib. III. *Annal. Apud Aeduos major moles, exorta, quanto civitas opulentior, & comprimendi procul praesidium. Augustodunum caput gentis armatis cohortibus Sacrovir occupaverat.*

l. 39.

l. 39. *Belgarum Treveri*] Omnino legendum *Treviri*, ex Caesare, & Cicerone lib. VII. *Epist. ad Trebatium. Treviros vites censeo: audio capitales esse, mallem auro, argento, aere essent.*

l. 41. *Elusaberris*] In India ponit Curtius *Elimberrium.* Itinerarium Antonini *Elimberrum.* V. C. *Elumberrum.* In antiquissimis Plinii exemplaribus *Illiseberre* & *Eliseberre*, quapropter fieri potest, ut verum nomen sit *Elusaberris*, inquit Pintianus, sed *Elusaberris* in Narbonensi provincia Plinio statuitur: Pomponius *Eliberrim* appellat, Livius *Illiberim.* Hermolaus in Plinium lib. IV. cap. 19. ait Antoninum commemorare in Aquitania oppidum Elusaticum. Claudianus *in Rufinum: muros invadit Elusae.* Plinius lib. IV. cap. 19. *Ausci, Elusates.*

l. 47. *Et quanto magis procedit, eo latior fit*] Sic lib. I. cap. 18. *& quanto decrescit, eo clarior fugat novissime noctem.* ut & cap. 13. *Tunc altè demissus, & quantum demittitur, amplior.* vel vacat dictio *fit.*

l. 53. *Aquis increscentibus*] Aliàs, *increbrescentibus.* V. C.

l. ead. *Incolae*] V. C. *accolae.*

l. 62. *Santonibus*] Aliàs, *Santonis.* Lucanus lib. I. v. 422.

——— *gaudetque amoto Santonus hoste.*

l. 64. *Pertinentque ad ultimos*] *Pertinent* scilicet littora. Sed vacat dictio *pertinent.*

l. 66. *Geforiacum vocant*] Aliàs *Gesoritiacum.* vulgo *Bologna* in Picardia.

l. 69. *Acronion*] V. C. *Acronon.*

l. ead. *Mox diu solidus & certo alveo lapsus*] Tacitus lib. II. *Annal.* cap. 6. *Nam Rhenus uno alveo continuus aut modicas insulas circumveniens apud principium agri Batavi, velut in duos amnes dividitur, servatque nomen & violentiam cursus, donec Oceano misceatur. Ad Gallicam ripam latior & placidior adfluens, verso cognomento (Vahalem accolae dicunt) mox id quoque vocabulum mutat Mosa flumine, ac in eundem Oceanum effunditur.* & Plinius lib. IV.

l. 71. *Sod ad sinistrum amnis etiam tum*] Aldus & V. C.

V. C. *etiamnum.* Videtur etiam legendum *ad finiſtram*, cum ſequitur *ad dexteram.*

l. 77. *Fluvius emittitur*] Aliter Caeſar fol. 138.

Cap. III.

l. 1. *Germania hinc ripis ejus usque ad Alpes*] i. e. ab hoc littore retroëundo usque ad Alpes.

l. 2. *Ab oriente Sarmaticarum confinio gentium*] Tacitus *de Moribus German.* cap. 1. *Germania omnis à Gallis Rhetisque & Pannoniis Rheno & Danubio fluminibus, à Sarmatis Dacisque mutuo metu aut montibus ſeparatur.* Vides non inſula terminari, ut Hermolaus cenſet, ſed Sarmaticarum confinio gentium.

l. 6. *Ad inſitam feritatem*] Forte *ab inſita feritate*, vel *ad inſitam feritatem* eſt, praeter inſitam. Livius: *Sive ab inſita regibus vanitate ad conſilium ſpecie amplum, re inane, animo adjecto.*

l. 7. *Bellando animos, corpora ad conſuetudines laborum*] Aliàs, *ad conſuetudinem.* Fortè leg. *corpora adſuetudine laborum.* Cicero IV. *in Verrem. Satis mihi videor eorum conſuetudine, uſu tractandoque cognoviſſe.* Idem in *Paradox.* primo: *An quicquam in potiundis voluptatibus gloriando iſte & praedicatione extollit.* Et Livius lib. XXI. fol. 120. *Feſſisque labore & pugnando quies data.* Idem fol. 241. *Uſu tot annorum & experiundo comprobaſtis.* Tacitus: *conſiliis & periclitando tuti ſunt.*

l. 9. *Antequam puberes ſint*] Tacitus *de mor. Germ. Nudi aut ſagulo leves.*

l. ead. *Longiſſima apud eos pueritia eſt*] Tacitus *de Morib. Germ. Sera juvenum venus, ideoque inexhauſta pubertas.*

l. 10. *Sagis velantur*] *Sagum* Gallicum vocabulum eſſe, ait Varro lib. IV. *de L. L.* quod Caeſar lib. VI. *de Bell. Gall.* & Strabo aliique teſtantur.

l. 12. *Nandi non patientia tantùm illis, ſtudium etiam eſt*] Cicero lib. VII. *ad Fam. Epiſt.* 10. *ſtudioſiſſimus homo natandi.*

l. 14. *Ex libidine accerſunt*] Sulluſtius in *Catilin. Sed poſtquam in Aſia Cyrus, in Graecia Lacedaemonii atque*

que Athenienſes capere urbes atque nationes ſubigere, libidinem dominandi, cauſam belli habere &c. Pro *accerſunt* lege *arceſſunt.*

l. 16 *Sed ut circa ipſos quae jacent, vaſta ſint*] Vide Caeſarem lib. IV. & VI. *Bell. Gall.* & Tacitum *de Morib. German.*

l. 17. *Jus in viribus habent*] Cicero *pro Caecina, in verbis jus conſtituere* dixit, ad quod alluſiſſe Auctor videtur.

l. 21. *Ut cruda etiam carne veſcantur*] Tacitus: *Cibi ſimplices, agreſtia poma, aut recens fera, aut lac concretum.* Verùm cruda carne eos veſci, non inveni qui diceret.

l. 25. *Sylvis ac paludibus*] Tacitus fol. 623.

l. 26. *Sueſia, Metia*] Ita Aldus. at V. C. *Suetia, Metia* vel *Meltia.*

l. 28. *Et aliquot ſunt*] *Et aliquot etiam ſunt.*

l. 30. *Taurus*] Tacitus *Taunum*, non *Taurum* appellat, & ſic eſt omnino legendum. Aldus etiam & V. C. ita legunt.

l. 34. *Moenis & Lupia*] Ammianus Marcell. *Moenium* vocat. De ſequentibus vide Vellejum Paterculum.

l. 35. *Amiſtius, Viſurgis*] V. *Amiſtis.* V. C. *Arus, Siſius, Urgis.* Vellejus Paterculus fol. 80.

l. 39. *Mari ſimilis*] Aliàs, *maris ſimilis.*

l. 42. *Ripis contentum inſularum*] Aliàs *contentus.*

l. 43. *Et ubique penè*] V. C. *& ubi penè.*

Ibid. *Ut anguſtum*] Aliàs, *it anguſtum.* ut & V. C. meus.

l. 44. *Curvantque ſe ſubinde*] Aliàs, *curvansque ſe ſubinde.*

l. 45. *In eo ſunt Cimbri & Teutoni*] Caeſar *de Bello Gallico* lib. I. *ut antè Cimbri Teutonique feciſſent.* Item lib. II. *ipſi erant ex Cimbris Teutonisque prognati.* Semel apud eum legi *Teutones*, lib. II. *Teutones Cimbrosque intra fines ſuos ingredi prohibuiſſent.* Sed fortè legendum *Teutonos.* Plinius lib. IV. cap. 14. *Quorum pars Cimbri Teutonique.* & Tacitus *Hiſtor.* lib. IV. cap. 73. *Quot praeliis adverſus Cimbros Teutonosque, quantis exercituum noſtrorum laboribus, quove eventu Germanica bella tractaverimus, ſatis clarum.*

l. 47.

l. 47. *Hermiones*] Tacitus *de Morib. Germ.* cap. 2. *Herminones* appellat, non *Hermiones*. Vide locum.

Cap. IV.

l. 1. *Ab iis quae sequuntur, Visula amne discreta*] Sic lib. 1. cap. 19. *Olympus mons flumen Rhyndacum in ea, quae sequuntur, emittit.* & infrà: *at ille qui Scythiae populos à sequentibus dirimit.* & lib. 1. cap. *Arabia angusta fronte sequentia litora attingit.*

l. 2. *Visula amne*] V. C. *Vistula.* Et sic Ptolemaeus & Plinius: Germania ab oriente terminatur Vistula amne, ut inter Sarmatiam & eam intersit. Pomponius verò non Germaniam, sed Sarmatas eo terminari ait; nam suprà Germaniam terminarat ab oriente Sarmaticarum confinio gentium, non Vistula amne: intelligendum tamen Sarmatas à confinio Germanorum porrigi ad Vistulam amnem, qui terminus inter Sarmatas & Scythas, quos sequenti cap. in Europa collocat; atque ideo ait, *intus quam ad mare latiorem* esse *Sarmatiam.*

l. 4. *Gens habitu armisque Parthicae proxima*] V. C. *Gens armis habituque Parthicae proxima*, id est, similis.

l. 6. *Tenet & ne statis quidem sedibus*] Conjunctio *et* vacat, ex ultima prioris dictionis syllaba conflata.

l. 7. *Ut cedens & sequens hostis exigit*] Fortè, *aut sequens.* V. C.

l. 8. *Exigit*] Aliàs *exegit.* V. C.

l. 10. *Ut feminae etiam cum viris bellum ineant*] V. C. *ut feminae etiam bella cum viris ineant. cum viris*, id est, adversus viros.

l. 11. *Atque ut habiles sint*] Fortè, *ad quae.*

l. 13. *Ut inde expedita in ictus manu, quae exeritur, virile fiat pectus*] Aldus: *inde expedita in ictus mammae, quae exuritur, virile fit pectus.* & in meo Codice haec omnia verba vacare videntur. Fortè, *quâ exuritur, virile fit pectus.*

l. 17. *Sitque eis poena virginitas*] Aldus, *sit eis poenae virginitatis nota.*

CAP. V.

l. 1. *Nisi ubi perpetuae hyemes sedent*] V. C. *perpetuae nives sedent.*

l. 3. *Ferè omnes & in unum Sagae appellati*] Plinius lib. IV. cap. 12. de Danubio: *ab eo in plenum quidem omnes Scytharum sunt gentes, variae tamen litori apposita tenuere.* Ut hîc legi posset *in plenum*, non *in unum.* Vel fortè illae dictiones, *ferè omnes*, in margine fuerunt adscriptae, & erroneè pòst textui insertae.

l. 4. *Sagae appellati*] Aliàs *Sacae.* Fortè *Belcae.* M. & V. C. antiqua lectio *Belgae* habet, non *Sagae*: & cap. seq. ubi insulas ab angulo Baeticae ordine enumerat, post easque, quae Sarmatis objacent, *Tule*, inquit, *Belgarum littori appositа est.* Quae satis indicant, aut hîc *Belgae* esse legendum, aut illic *Sacarum.* Herodotus lib. VII.

l. ead. *In Asiatico litore*] Sc. Oceani. Pintianus *in Asiatico latere* legit, sed *litore* legendum. lib. I. cap. 21. *Haec terra inhabitabilis. . .* Antiquus Codex meus etiam habet *in Asiatico litore.*

l. 6. *Sub ipso siderum cardine* &c.] Vides Pomponium, Astronomiae imperitum; habitabilem enim hanc nostram sub polo habitari ait, & ab Hispania huc usque recta esse litora, id est, sub eodem parallelo, ut infrà cap. 7. & lib. I. cap. 3. *Quo procurrit ad septentrionem, nisi ubi semel iterumque grandi recessu abducitur, penè ut directo limite extenta est.*

l. 10. *Terra angusta, aprica, per se fertilis*] Quia ibi aquilo non flat, unde dicti Hyperborei. Vide Strabonem lib. V.

l. 14. *Sacris operati*] *Operari* pro sacrificare usurpat Tacitus lib. II. cap. 14. *Mox eadem laeta Germaniae quietem tulit, viditque se operatum, & sanguine sacro respersam praetextam.* Curtius lib. VIII. *Et rem fortuitam, licentiam non adversatus, largè ad epulas omnibus praebitas per decem dis Libero Patri operatum habuit exercitum.* Solinus cap. 21. Vide Plinium lib. IV. cap. I.

l. 18. *Donec vitio gentium temperatus est*] Aldus legit, *turbatus est.* Pintianus melius, *temeratus est.* Vel-

lejus

lejus pag. 791. *atque omni pretio temperata vendente rempublicam consule.* ubi *temerata* legendum.

l. 19. *Et ubi eos vivendi satietas magisque taedium cepit*] Tacitus lib. XVI. *Meque ipsum satietas caperet, aliorumque taedium expectarem.*

l. 20. *Magisque taedium cepit*] Aldus & Cod. MS. meus *magis quam.*

l. 21. *Semet ipsi in pelagus ex certa rupe praecipites dant*] V. C. *Semet ipsi ex certa rupe praecipites dant.* Fortè leg. *praecipitant.*

l. 22. *Id eis funus eximium est*] Suprà lib. II. cap. 2. *Votum eximium habent.*

l. 24. *Terras, quasi fluvius irrumpit*] Plinius lib. III. cap. 3. *Irrumpit autem arctis faucibus, in longitudinem spatiosis.*

l. 28. *Et totius nomine Caspium*] Aliàs, *& totius nominis.* Fortè, *ex totius nomine.*

l. 32. *Ad introëuntium dextram*] Sic lib. I. cap. 5. & lib. II. 1.

l. 38. *Dribices*] Aldus, *Bebrices.* Fortè *Debrices.* & sic habet antiqua lectio. Curtius lib. II. *Derbices.*

l. ead. *Multi in eo sinu magni parvique amnes fluunt*] Fortè verba *sinu* & *fluunt* vacant; nam *mare* appellat, non *sinum*; dividitur verò in tres sinus.

l. 40. *Ex Cerauniis montibus*] Deest *Rha*, nomen fluminis; legendumque, *Rha ex Cerauniis montibus.*

l. 41. *Araxes Tauri latere demissus*] Ex Matienis montibus fluere Herodotus ait lib. I. cap. 202.

l. 50. *Casurus est in subjectam*] Fortè, *casus est in subjecta.* Pintianus etiam legit *in subjecta* ex Aldi exemplaribus, cui favet antiqua lectio V. C. *in subjecta casurus est.*

l. 56. *In id litus elabitur*] Scilicet Caspium.

l. 57. *Ex radicibus Coraxici montis vicinis editi & in diversa abeunt*] Hermolaus *montis vicini* legit. Aliàs interponenda particula *fontibus*, & legendum, *Coraxici montis vicinis fontibus editi in diversa abeunt*, expuncto *et.* Pro *Coraxici* aliàs *Corfici*, V. C. meus *Corisci.* Sensus hujus loci est: eos per gentes diversas, & multum distantes fluere, alterum nempe per Iberas, alterum per Albanos, cùm

vicinis fontibus sint editi, & uno ore in Caspium mare perveniant.

l. 67. *Inter Amardos & Paesicas os aperit*] Aliàs, *inter Amardos & Paesicas os aperitur.*

l. 68. *Sylvae, aliaque dira animalia*] Sic legit hunc locum Pintianus idem: *Sylvae, utique Hyrcaniae alia quoque dira animalia, verùm & tigres ferunt, saevum ferarum genus.* Fortè vacat, *utique Hyrcaniae.* ut lib. II. cap. 1. *quae utique.*

l. 77. *Frustraturus astu*] V. C. *frustratus astu.*

l. ead. *Projectum accipiunt*] V. C. *excipiunt.*

l. 81. *Ultra Caspium sinum quidnam esset*] Versus orientem. Herodotus fol. 293. Caspium mare per occultos meatus exonerari in Pontum, sunt qui affirment. Certè ab Oceano nullus ei aditus reperitur. Caesar Scaliger ad Cardanum pag. 78.

l. 85. *Universum orbem mari circumfusum*] Fortè *circumfluum.* Strabo.

l. 87. *Ut recentior auctoritate, sic certior tradit*] Fortè, *Ut recentior aetate, sic certior.* Suetonius in *Tiberio: Sed ut plures certioresque tradunt, Romae natus. Tradit* non habent alia exemplaria, neque Antiq. neque necessarium est.

l. 89. *Celerem adjicit*] V. C. meus *adicit.* Fortè *adducit.*

l. 90. *Cum Galliis*] V. C. *Galliae.*

l. 91. *A Rege Suevorum*] MS. Cod. *Getorum.* Fortè *Baetorum.*

l. 95. *In Germaniae litora exisse*] Tullius verbo *exire* quoque utitur pro de navi descendere. Vide Victorium *Castigat. in Ciceronem* pag. 25.

CAP. VI.

l. 1. *His oris, quas angulo Baeticae*] Interponenda particula *ab*, & legendum, *quas ab angulo Baeticae.* h. lib. cap. 7. *Colis alterius partis angulus.* & hoc cap. *grandi angulo Rheni ostio prospicit.*

l. ead. *Huc usque perstrinximus*] V. C. *Adhuc usque.*

l. 3.

l. 3. *Etiam adjacent*] Particula *etiam* vacat & expungenda est.

l. 5. *Eaque à continenti*] V. C. *eoque*. Codex Fulvii, *eoque angusto spatio & veluti flumine à continenti abscisa*, quomodo & tertius Codex, nisi quod *eaque* habet. Fortè *atque ang. spatio*: vel vacant voces *eaque* vel *que*.

l. 11. *Aegyptii Herculis*] Alter enim Grajus, de quo lib. I. *Urbs ab Argivo (ut ferunt) Hercule data.*

l. 12. *Tyrii condidere*] V. C. meus tertius *constituere*.

l. 13. *Annorum queis manet numerus*] Aliàs, *annorum numerus*.

l. 16. *Quem Geryone habitatam accepimus*] Herodotus lib. IV. in princ.

l. 19. *Recidivis seminibus segetem novantibus, septem minimum*] Non quotannis serunt, sed citra arationem, inquit, septem messes ferunt; recidiva enim seminant se.

l. 20. *Interim plures*] Aliàs *interdum*.

l. 21. *In Celticis aliquot sunt*] Eustathius decem esse dicit.

l. 25. *Cujus antistites perpetua virginitate sanctae*] Vide Strabonem, Eustathium *in Dionysium*, & Ciceronem *in Verrem*.

l. 27. *Gallicenas vocant*] Pintianus legit *Gallicinas*, ut *fidicinas*, *lyricinas*; carmina enim illis tribuit. Postea ille legit *Galli cenas*. Fortè melior lectio erit, *Galli Benas vocant*.

l. ead. *Ingeniis singularibus*] Sic de antro Corycio lib. I. cap. 13. *Suprà specus est nomine Corycius singulari ingenio, ac suprà quam describi facile sit, eximius.* Vide Senecam ad Polyb. cap. 32.

l. 31. *Sed non nisi dedita navigantibus*] Fortè, *eo navigantibus edita*. Lucanus lib. IX. v. 246. aut illud *dedita* est superfluum.

l. 33. *Britannia*] Dion. lib. XXXIX. & Julius Celsus in *Vita Julii Caesaris*.

l. 36. *Indomitarum modò ante se, verùm ignotarum*] Aliàs legendum, *indomitarum modò, verùm ante se ignotarum*.

l. 38. *Qui propriarum rerum fidem, ut bello affecta-*

vit, ita triumpho declaraturus portat] *Et* aliàs. Codex meus, Aldus & Antiqui legunt, *propriarum rerum fidem ut bello affectavit* &c. Ita Solinus cap. 65. *Res Indicas scripsit, ut fidem, quam oculis subjecerat, memoriae daret.* Livius fol. 238. *suarum aurium fidei minimum credentes.* Dion. fol. 466. Asconius fol. 49. At fortè vacant ea verba, usque ad *portat*, ut legi debeat, *ignotarum quoque gentium victor. Ceterùm ut adhuc habuimus.* Posset etiam legi, *Qui incorruptam rerum fidem ut bello affectavit, ita triumpho declaraturus portat.* Quomodo Seneca ad Marciam: *ad quos venit incorrupta rerum fides.* Pro *propriarum* reponi etiam possit *priorum.*

l. 40. *Inter septentrionem occidentemque profecta*] Lege *porrecta.* ut lib. I. cap. 1. *Ab ortu porrecta in occasum.* Et lib. II. *Recto jugo inter Ciliciam Syriamque porrigitur:* aut *projecta*, ut Aldus & V. C. vel *provecta*, quomodo *evecta* hoc cap. & *vecta* lib. II. cap. 3. *à septentrione in meridiem vecta.*

l. 45. *A tergore abducta*] Fortè, *obducta*, ut lib. I. cap. 21. *Quâ mari propior est (nisi ubi aperitur) aequali margine obductus.* Et lib. III. cap. 3. *Germania, quâ septentrionem spectat, Oceanico litore obducta est.*

l. 50. *Alterius motibus*] Prior vox superflua est.

l. ead. *Modo retro fluentia, & quaedam gemmas margaritasque generantia*] Non id de omnibus dicitur, ut neque quòd retro fluant.

l. 56. *Ultro corpora infecti*] *Luteo* legit Victorius. Turnebus verò *vitro* lib. VI. cap. 17. Adde Caesarem lib. V. *Bell. Gall.* Pintianus putat addendam dictionem *glasto* à Librariis praeteritam, ut legatur, *ultro corpora glasto infecta*; sed hunc locum retractat dein, quia *glasto* non habetur in exemplaribus correctis Plinii & Caesaris, relicta veteri sua lectione. Servius *ad Virgil. Georg.* IV. vers. 335.

——— *hyali saturo fucata colore.*

adnotat, *vitreo, viridi, Nymphis apto.*

l. 57. *Causas & bella contrahunt*] Alii, *causas tamen bellorum & bella contrahunt.*

l. 58

l. 58. *Gallicè armati*] Fortè *Gallico armatu*, id eſt, armatura. Liv. lib. XXXVII. *eodem armatu Cares.*

l. ead. *Covinos vocant*] Fortè, *connos* i. e. ſublata. Cornelius pag. 743.

l. 59. *Studioque ea prolatandi*] Vocula *ea* abeſt à V. C. & redundat.

l. 61. *Et bigis*] Haec redundant.

l. 64. *Par ſpatio, ſed utrimque aequalis*] Sc. Britanniae. Strabo. Caeſar dimidio minorem dicit. Vide Plinium lib. IV. cap. 16. & Tacitum.

l. 68. *Triginta ſunt Orcades*] Plinius *quadraginta*, Ptolemaeus *triginta.*

l. 69. *Diutiùs paſta diſſiliunt*] Quia ſunt dulces herbae.

l. 70. *Et omnium virtutum ignari magis, quàm aliae gentes*] *Magis* particula redundat, eamque nec Aldus habet, neque antiqui.

l. 72. *Anguſtis inter ſe diductae ſpatiis*] V. C. meus *ductae.*

l. 73. *Septem Hemodes*] Plinius *Aemodes* V. C. *Hemodae.*

Ibid. *Contra Germaniam projectae*] Aldus legit *vectae.* V. C. meus *verſae. Vecta* tamen dixit lib. II. cap. 3. *à ſeptentrione in meridiem vecta.* Sic & hoc cap. *Evecta*, ſed Aldus *projecta* legit & V. C.

l. 77. *Quae Sarmatis adverſa ſunt*] Aliàs, *adverſae ſunt*, ſcilicet inſulae.

l. 78. *Acceſſus recurſusque pelagi*] Pro *recurſus* meliùs legas *receſſus.*

l. 83. *Hippopodas & Satmalos*] V. C. *Sathinalos.* Solinus *Phaniſios* appellat. Iſidorus lib. II. cap. 3. *Phanoctiaſi apud Scythas eſſe feruntur, tam diffuſa aurium magnitudine, ut omne corpus iis contegant.* Pro *& Satmalos* fortè leg. *eſſe & alios.* ut ſit *eſſe Oonas.... eſſe.... Hippopodas, eſſe & alios.* De his omnibus Solinus cap. 22.

l. 85. *Pro veſte ſunt*] Alii *ſint.*

l. 88. *Thule Belgarum litori oppoſita eſt*] V. C. *Tyle.* & leg. *appoſita:* ut legit antiquus Codex & Aldus. Vides hîc ordinem non ſervaſſe Melam, cùm à Sarmatia in Galliam redeat. Sed cùm antiqua lectio cap. 5. h. l. init. non *Scythas* vel *Sacas*, ſed *Belgas* appellet,

Belgarum litori hîc se rectè habet, aut emendandum *Sacarum*, si eo loco *Sacas* legas. Ptolemaeus autem *Thylen* locat adversam Germaniae, sed si id vellet Mela, supra Britanniam eam esse sitam diceret, ut Juvernam.

l. 89. *Celebrata Carminibus. In ea qua sol longè occasurus exsurgit*] V. C. particulas *in ea* rejicit, & legit, *celebrata carminibus, quia ibi sol longe occasurus exsurgit.* Sensus est: quia per id tempus sese altius evehit. Vide Strabonem lib. II. & Eustathium in Dionysium.

l. 90. *Breves utique noctes sunt*] Nota imperitiam Melae, cùm in Hyperboreis sex mensium dies esse dicit, cùm sint meridionaliores. Breves dixit noctes, non dies, ut Juvenalis *Sat.* II. vers. 161.

& minima contentos nocte Britannos.

& Tacitus de Britannia: *Dierum spatia, ultra nostri orbis mensuram, & nox clara & extrema Britannis parte brevis.*

l. 97. *Talga in Caspio mari*] V. C. *Tale.*

l. 101. *Diis parata*] V. C. *peracta.*

CAP. VII.

l. 1. *In Eoum mare cursus inflectitur*] Solinus cap. 43. *Quâ ab Scythico Oceano & mari Caspio in Oceanum Eoum cursus inflectitur.*

l. 2. *Orientem pertinet*] Fortè *pertinet* expungendum est, ut quod ex margine irruperit.

l. 3. *A Scythico promontorio appositа*] Pintianus legit *expositа*, sed legendum puto, *ad Colida.*

l. 4. *Ob immanitatem habitantium*] V. C. *ab immanitate.*

l. 6. *Androphagoe*] Sic in Sicilia *Soloe.* V. C. & Aldus, *Androphagae.*

l. 11. *Genus plenum justitiae*] Solinus cap. 53. *Seres ipsi quidem mites, & inter se quietissimi, alios verò reliquorum mortalium coetus refugiunt, adeò ut ceterarum gentium commercia abnuant. Primum eorum fluvium mercatores ipsi transeunt, in cujus ripis nullo inter partes lin-*

linguae commercio, ſed depoſitarum rerum pretia oculis aeſtimantes ſua tradunt, noſtra non emunt. Adde Euſebium lib. VI. ex Bardeſane tradentem eorum leges. Euſtathius *ad Dionyſium Perieget.* v. 752.

καὶ ἔθνεα Βάρβαρα Σηρῶν.

ὅτι δὲ ἀπροσμιγεῖς ἀνθρώποις εἰσὶ καὶ ἀνομίλητοι οἱ Σῆρες δῆλον ἐκεῖθεν· τῶν πολουμένων τὸ τίμημα σακκίοις ἐπιγράψαντες ὑποχωροῦσιν, εἶτα ἐλθόντες οἱ ἔμποροι, καὶ θέντες τὴν τιμὴν ἀναχωροῦσιν· ἐφ' οἷς ἔρχονται οἱ Σῆρες, καὶ εἰ μὲν ἀρέσκονται, λαμβάνουσι τὴν τιμήν· εἰ δὲ μήγε, τὰ ἴδια.

l. 13. *Notiſſima India*] Lege *noviſſima*, vel *notiſſimum* & ſuperiori capiti annecte. & paulò antè *& commercio* pro *ex commercio*. Solinus cap. 55. & de India ait: *Nam Alexandri Magni armis comperta & aliorum poſtmodum regum diligentia peragrata penitus cognitioni noſtrae addita eſt.* Quare amplius indubium non eſt, Solinum illo capite multa ad verbum ex Mela ſumpſiſſe. Illud verò non omiſerim, Strabonem lib. XV. palam dicere, ignotam eſſe Indiam, quem vide etiam lib. II. Si inſpicias, fateberis multa ad verbum ex Mela ſumpſiſſe. Adde Strabonem libro II. ubi de India agit.

l. 14. *Sed & ei, quod ad meridiem ſpectans Indicum diximus*] Fortè, *quod à meridie Indicum d.* Sic lib. I. *Eous ab oriente, à meridie Indicus, à ſeptentrione Scythicus.* Nam littora ſive terrae ad meridiem ſive ad ortum ſpectare dicuntur, non maria. Pro *ſpectans* aliàs *ſpectat.*

l. 16. *Ab occidente Indo finita*] Plinius lib. VI. cap. 17. *usque ad Indum, qui eſt ab occidente finis Indiae.*

l. ead. *Tantum ſpatium litoris*] V. C. *ſpatio.* Vide Plinium loco citato.

l. 19. *Ut in aliqua parte ejus neuter ſeptentrio appareat*] Fortè, *in ea parte neuter* &c. Nearchi ſententiam vide apud Strabonem lib. II.

l. 20. *Aliterque quàm in aliis oris*] Vetus Codex meus, *aliterque in aliis oris.*

l. 21. *Umbrae rerum ad meridiem jaceant*] Delenda fortè vox *rerum*, & ſimpliciter legendum, *umbrae ad*

meridiem jaceant. Plinius lib. II. cap. 37. *Sol dexter oritur, umbrae ad meridiem cadunt.* Strabo lib. II.

l. 24. *Non minores maximis canibus*] Aliàs, *non minus maximas canibus.* Liber Latinii & V. C. *non minus maximis canis.* Adde Herodotum & Sallustium.

l. 27. *Immanes & serpentes aliqui, ut elephantos morsu atque ambitu corporis afficiant*] Fortè, *immanes etiam serpentes alit, qui elephantes morsu atque ambitu conficiant.* vel, *serpentes alit, ut qui elephantes* &c. Sic lib. II. cap. 7. de Cypro, *ingens, ut quae aliquando novem regna ceperit.* Sed verbo *afficio* pro *conficio* usus videtur lib. I. cap. 21. *inedia totius diei afficiunt*, pro quo tamen ibidem legendum videtur *conficiunt.*

l. 30. *Ut in ea*] Aldus; *ut in eam.*

l. 31. *Arundinum fissa internodia, veluti navitas binos* &c.] Plinius lib. XVI. cap. 36. de harundine Indica. *Navigiorumque etiam vicem praestant (si credimus) singula internodia.* Verum Solinus, qui sua hinc transtulit cap. 53. sic habet: *quae palustria sunt, arundinem creant ita crassam, ut fissis internodiis, lembi vice vectitet navigantes.* Pintianus *singula internodia* legit. Aliàs *fcissa internodia.*

l. ead. *Veluti navitas*] V. C. *navita.* Fortè: *navigia*, quomodo Solinus: sed dictio *navitas* juxta vetus quoddam Exemplar redundat.

l. 33. *Cultorum habitus moresque dissimiles*] Tacitus de Britannis pag. 688. *habitus cultorum varii.* vide & pag. 708. & Herodotum fol. 249. Curtius lib. VIII. de Indis. *Unum agreste & horridum genus est, quos sapientes vocant: apud hos occupare fati diem, pulchrum; & vivos se cremari jubent. Quibus autem segnis aetas, aut incommoda valetudo est, exspectatam mortem pro dedecore vitae habent; nec ullus corporibus, quae senectus solvit, honos redditur; inquinari putant ignem, nisi qui spirantes recipit.*

l. 41. *Quidam proximos parentesque*] Aldus & Codex meus, *quidam proximi parentes.* Fortè, *quidam parentes, priusquam.* Solinus tamen *proximos parentesque* habet cap. 65. ut & Strabo.

l. 46 *At ubi senectus aut morbus incessit*] Fortè, *alii, ubi*

ubi senectus, sed rectius est *at ubi senectus*. Adde Herodotum lib. III. de Indis, Sallustium & Tacitum.

l. 47. *Prudentiores eis*] Fortè, *et*, vel *ex eis*, vel vacat dictio *eis*.

l. 48. *Non exspectant eam*] Strabo pag. 680.

l. 50. *Et cum gloria accersunt*] Aliàs, *arcessiunt*.

l. 53. *Famam hinc praecipuam habent, quod*] Aldus & MS. Cod. meus non habet *quod*. Fortè τὰ *famam hinc praecipuam habent* vacant; pro *hinc* alii legunt *hanc*.

l. 55. *Unde Graecis auctoribus, ut femori Jovis insitum dicerent*] Curtius lib. VIII. & Plinius lib. VI. cap. 21.

l. 56. *Materia ingessit*] Fortè, *incessit*, ut cap. 10. *libido incessit*. Virgilius:

saepe duobus
Regibus incessit magno discordia motu.

l. 57. *Oras tenent ab Indo ab Gangen Palibotri* &c.] Pintianus castigat in hunc modum, *Oras tenet ab Iolide ad Indum Nysaei, ab Indo ad Gangen Palibotri:* sed lege ad hunc potius modum, *Oras tenent ab Indo ad Gangen Palibotri, à Gange ad Colida, nisi ubi magis, quàm ut habitetur exaestuat, atrae gentes & quodammodo Aethiopes: à Colide ad Taurum recta sunt litora* &c. Plinius lib. VI. cap. 19. *Sed omnium in India propè non modò in hoc tractu, potentiam claritatemque antecedunt Prasii amplissima urbe ditissimaque Palibotra: unde quidam ipsam gentem Palibotros vocant, imò verò tractum universum à Gange.*

l. 58. *Ad Jolida Nysii, ubi magis quàm ut habitetur, exaestuat*] Aliàs *ad Colida, nisi.* Sic suprà cap. 5. *Inde Asine confinia, nisi ubi perpetuae nives sedent* &c. Et lib. I. cap. 2. *nisi quae aestus inhabitabilem efficiunt.* Et ibid. *nisi unde frigoribus arcentur.*

l. 60. *Ab Jolide ad Cudum*] Aliàs, *à Colide ad Cudum.* Fortè *ad Taurum.* Strabo pag. 102. Hujus loci *Coriacos* memorat Strabo Latinus pag. 474. Sed fortè *Coliacos* legendum. Hoc promontorium Ptolemaeus lib. VII. *Cory* sive *Calligicum* appellat, Κῶρυ ἄκρον τὸ καὶ Καλλιγικον.

l. 62. *Marinis opibus affatim dites*] Curtius lib. VIII. *Gemmas margaritasque mare litoribus infundit, neque alia illis major opulentiae causa est.*

l. ead. *Tamos promontorium est, qoud Taurus attollit*] Plinius lib. VI. cap. 17. *Primum eorum (Serum) noscitur flumen Psitaras, proximum Carabi, tertium Lanos, à quo promontorium.* Hoc ergo promontorium, quod Mela refert, est incertum, an apud Plinium *Lanos* vocetur, ut flumen. Sequitur ibi statim *Chryse sinus*, quam *Chrysem* insulam vocat Mela, & ad Taurum ait jacere. Sed idem Plinius paullò pòst: *Gentes, quas memorare non pigeat, à montibus Emodis, quorum promontorium Imaus vocatur, incolarum lingua nivosum significante, Isari, Cozyri* &c. Ecce promontorium *Imaum* vocari ait, nam Tami nusquam meminit. Videndum etiam an huc non pertineat *Tamarus*, cujus meminit Strabo lib. XI.

l. 63. *Collis alterius partis angulus*] Quid si *Colis* legas: suprà enim fines posuerat Indiae Gangem, Iolida, sive Colida, Cudum, Taurum, sive Tabin. At nunc ait Gangem & Indum amnes esse, Colida verò angulum alterius partis, initiumque lateris ad meridiem versi, Taurum verò promontorium. Et hic videtur germanus Pomponii sensus. Vide Dionysium Gr. & Lat. fol. 518. Caesar lib. v. de Britannia. *Insula natura triquetra, cujus unum latus est contra Galliam: hujus lateris alter angulus, qui est ad Cantium, quo fere naves ex Gallia appelluntur, ad orientem solem.* Fortè etiam legendum, *Colis alter Eoae partis angulus.* alter enim est promontorium Scythicum, aut *ultimus frontis angulus*, vel *hujus partis angulus.*

l. 67. *Fit omnium maximus, & alicubi latius*] Fortè ea verba, *& alicubi latius*, ex margine sunt translata in contextum. Nam Mela annotare videtur tantum minimam latitudinem. Ut lib. II. cap. 7. de Euboea, *nusquam lata, duum millium spatium habet ubi arctissima est* Plin. lib. VI. dap. 18. majorem ejus latitudinem & minorem asserit.

l. 70. *Indus ex monte Paropamiso exortus*] Antiqua lectio, *ex monte Caroparnaso.* Fortè *Caucaso.* Arrianus de Indo: Ὅτι αἱ πηγαί εἰσιν ἑπτὰ ἐπὶ τοῦ ὄρους τοῦ Παροπαμισ-

σοῦ

σου ἢ Καυκάσου. Vide infrà fol. 90. Aristotel. *Meteor.* lib. 1. *In Asia igitur plurimi ex Parnaso vocato monte videntur fluentes & maximi fluvii. Hic autem mons dicitur esse maximus omnium.* Et infrà: *Fluit autem Indus ex ipso omnium fluviorum Rheuma plurimum.* Hujus Parnasi, montis Asiatici meminisse Dionysium eumque Bactris imminere, ait Caesar Scaliger. Vide Dionysium 109. Eustathius tamen legendum existimat Παρπαμισσὸν non Παρνησσόν. Strabo fol. 301. Vide Vicomercatum in Meteor. fol. 141.

l. 71. *Et alia quidem flumina admittit*] Quindecim, ut ait Strabo.

l. 75. *Cingit jugum*] V. C. non habet *jugum*. Fortè expungendum est; vel leg. *scindit*, duobus sc. ostiis non longè distantibus.

Ibid. *Ubi aliquot saepe magnis flexibus*] *Se pro magnis* aliàs V. C.

l. 81. *Atque ita ut maximè videtur*] Posterior vox delenda, & sic meus Codex Vet.

l. 82. *Aut ex vocabulo ficta fabula est*] Antiq. & Aldus τὸ *ficta* delent.

l. 83. *Aut grandis admodum insula, aut prima*] Fortè, *aliis grandis admodum insula, aliis prima.*

l. 84. *Pars orbis alterius Hipparcho dicitur*] Alii & V. C. *Hipparchus*. Aldus *à plerisque*. Sed fortè vacant τὰ *Hipparcho dicitur sed*, errore in contextum Melae illapso.

l. 85. *Sed quia habitatur*] Dion. lib. XXXIX. simile quid de Britannia refert.

l. 86. *Contra indè ostia illa sunt*] Aliàs legendum, *contra Indi ostia alia etiam quae* aut *illa etiam, quae.*

l. 87. *Quae vocant Solis*] Solinus cap. 57. *Solis insula rubens semper & omni genere animantium inaccessa.* De Neride, quae insulam illam tenuit, agit Philostratus in *Vita Apollonii* lib. III. cap. ult.

l. 89. *Rara tenet regio*] Fortè, *Patalene est regio.* Memorant Eustathius *in Dionysium*, Strabo lib. XV. Ptolemaeus lib. VII. *Regio quae juxta occidentalem Indi partem est, omnis communi vocabulo Indo-Scythia appellatur. Hujus autem pars, quae juxta divisionem ostiorum est, Patalene.* Vides regionem hic appellari, ut jam non sit dubitandum, quin rectè ita legatur. & Plinius lib. VI. cap.

cap. 21. *Patalen* appellat: *Patale insula in ipsis faucibus Indi triquetra.* Arrianus lib. v. *de Exp. Alex. Patala, Indorum lingua Aegyptium Delta, appellatur.* Priscianus:

Dividua cujus Patalene cingitur unda.

Patalam urbem esse *Patalenes* inquit Strabo lib. xv.

l. 91. *Rubri maris pertinet*] Postrema vox videtur ejicienda.

l. 92. *Humus & cineri*] Copula *et* expungenda.

l. 93. *Quorum Tuberonem*] Plinius lib. v. cap. 23. *Tuberum* flumen in hoc tractu refert.

CAP. VIII.

l. 1. *Rubrum mare Graeci, sive quia ejus coloris est, sive quia ibi Erythras regnavit*] Curtius lib. x. cap. 13. *Inter quae Rubrum mare non è colore undarum, ut plerique crederent, sed ab Erythra rege appellari.*

l. 6. *Aequaliter impellit*] V. C. *aequabiliter.*

l. ead. *Ut non intret*] Fortè, *intraret.*

l. 8. *Sed quas ripas inflexerat, his irrumpit*] Fortè, *qua ripas inf.* sed Solinus cap. 68. *irrumpit* (inquit) *haec litora Rubrum mare.* Plinius lib. vi. cap. 23. *Irrumpit deinde & in hac parte geminum mare terras, quod Rubrum dixere nostri.*

l. 12. *Grande ostium quasi cervice complectitur*] Strabo fol. 690.

l. ead. *Deinde terris in omnem partem*] V. C. meus & Fulvii, *Dein terris ad omnem partem.*

l. 13. *Aequa portione cedentibus*] Fortè *recedentibus*: ut suprà cap. 2. de Rheno: *Ripis longè ac latè recedentibus jam non amnis, sed ingens lacus.* Et lib. i. cap 1. *Tunc longè latèque diffusum abigit vastè recedentia litora.*

l. 15. *Reddit formam capitis humani*] Curtius lib. iii. cap. 2. *Armati bipennibus levibusque scutis cetrae maximè speciem reddentibus.*

l. 22. *Ubi Chelonophagi morantur, deserta sunt*] Aliquid hîc deesse videbit, qui Melae numeros observabit, inter

inter *morantur* & *deserta*. Interponendum fortasis *orae*. Habitant autem *Chelonophagi* in angulo Carmaniae.

l. 26. *Toto corpore hirsuti*] Fortè, *hirti*. Plinius lib. VI. cap. 31. *Penetravit in eas (insulas) Hanno Poenorum imperator, prodiditque hirta feminarum corpora, viros pernicitate evasisse.*

l. ead. *Andanis & Corios*] V. C. *Sandes et Coros*. Ptolemaeus: Καρίου ποταμοῦ ἐκβολαί· Ἀνδάνιος ποταμοῦ ἐκβολαί.

l. 28. *Zethis per Carmanios*] Antiq. & V. C. meus *Setis*. & fortè is est, quem *Saralim* appellat Ptolemaei Interpres, Graecè Σάρου ποταμοῦ ἐκβολαί.

l. 31. *Tigris ut natus est descendens usque* &c.] De Tigride vide Isidorum lib. XIII. *Orig.* cap. 21. Seneca: *Sallustius autem, auctor certissimus, asserit Tigrim & Euphratem uno fonte manare in Armenia, qui per diversa euntes longiùs dividuntur, spatio medio relicto multorum millium; quae tamen terra, quae ab ipsis ambitur, Mesopotamia dicitur.*

l. 33. *Usque in litora*] Vetus Liber particulam *usque* non habet.

l. 34. *Immani ore aperto, non exit tantùm, unde oritur* &c.] Nota *os* pro fonte; & quod propriè dictum sit illud *unde oritur*. Curtius lib. VI. cap. 4. de Rhidago fluvio: *Incolae affirmabant, quaecunque demissa essent in cavernam, quae propior est fonti, rursus, ubi aliud os amnis aperit, existere.* Sic enim legendus est locus, non ut in editis corruptissimè legitur. Seneca lib. III. *Nat. Quaest.* cap. 26. Ovid. XV. *Met.* 273.

Sic ubi terreno Lycus est epotus hiatu.
Exiliit procul hinc, alioque renascitur ore.

l. 36. *Sed latè diffusus*] Particulam *sed* Aldus & meus Codex non habent.

l. 41. *Ad meridiem avertitur*] V. C. *advertit*. ut suprà: *ad occidentem litus advertit*.

l. 44. *Indè tenuis rivus, despectus emoritur*] Legendum fortè, *in pertenues rivos dissectus*, vel *dispersus*, ut cap. 7. de Gange: *in septem ora dispergitur*, & lib. VII. cap. 9. de Nilo: *it per omnem Aegyptum vagus atque dispersus*. Adde Plinium lib. XV. cap. 27.

l. 48.

l. 48. *Arabia dicitur, cognomen Eudaemon*] Aldus, εὐδαίμων.

l. 51. *Ostio proximam & Carmanis contrariam partem Macae, quae inter ostia ostenditur*] Antiquus liber, *ostio proximam & Carmanis, contrariam magnae frontemque inter ostia ostenditur.* Legendum fortè *extenditur*, ut lib. II. cap. 7. *Ab eo ad Pachynum ora, quae extenditur, Jonium mare attingens, haec fert illustria.* Et Plinius lib. v. Epist. 6. *Est sanè gravis & pestilens ora Tuscorum, quae per litus extenditur.*

l. 54. *Ogyris*] V. C. *Sitogyris.* fortè, *sed Ogyris.* Sic legit Pintianus. V. C. *insulae sitae gensque in ea.* Dionysius v. 606.

Ἔστι δέ τοι προτέρω, Καρμανίδος ἐκτοθεν ἄκρης,
Ὤγυρις· ἔνθά τε τύμβος Ἐρυθραίου βασιλῆος.

Appellatur & *Erythra* inquit Eustathius. Strabo lib. xvi. fol. 227. hanc insulam Τυρίνην appellari scribit. Arrianus in *Historia Indica, Hoaracta* nominat. Adde Curtium VII. cap. 9.

l. ead. *Quod in ea Erythrae regis monumentum est*] Plinius lib. VI. cap. 28. *Maximum horum promontoriorum contra Carmaniam est* &c. *Insula in alto objacet Ogyris, clara Erythra rege ibi sepulto: distat à continente* CXX. *mil. passuum, circuitu* CXII. *mil. passuum.*

l. 57. *Ab ea parte quae introëuntibus dextra est*] Sic lib. I. cap. 4. *ab ea parte, quae Lybico objacet.* & saepe alibi.

l. 58. *Urbes sunt Carrae, Arabia, Gandamus*] V. C. meus *Chara & Arabia & Gadanus.* Verùm non vidit Pintianus hos tam à Pomponio, quàm à Strabone in occidentali latere sinus Persici statui, non in orientali latere sinus Arabici; cùm dicat Pomponius de sinu Persico majorem partem Sabaeos tenere. Incipit enim primo exponere latus Arabici sinus, dein persequitur oram Arabici sinus orientalem, id est, ut ipse ait, Trogloditicae oppositam, aitque se nomina prisca propterea non ponere, quod pronunciare facile non posset. Nec tamen ignoro in hac ora Meriabam Sabaeorum metropolim, quam prius Mariabam vocarunt, ab ipso Strabone collocari.

Et

Et Plinius lib. VI. cap. 8. de ea scribit. *Sabaei Arabum propter thura clarissimi, ad utraque maria porrecti gentibus; regia omnium est Mariaba. Sinum obtinet refertum insulis odoriferis.*

l. 60. *Inter Heroopoliticum & Strobilum*] *Heroopoliticus sinus est Rubri maris in Aegyptum vergentis*, Plinius lib. V. cap. 11. & lib. V. cap. 9. *Quidam ex his aliqua nomina permutant, & substituunt alias appellationes, Heroopolitem & Crocodilopolitem.* Unde forsan hîc legendum, *inter Heroopolitem & Crocodilopolitem.*

l. ead. *Ab iis in Eoum mare cursus inflectitur*] Solinus cap. 43. *Quâ ab Scythico Oceano & mari Caspio in Oceanum Eoum cursus inflectitur.* Isidorus lib. XIII. cap. 21.

l. 61. *Deinde inter promontoria Moronenon & Colloca*] Aliàs, *Menorenon & Collaca.* Διογένους ἄκρον. Πτολεμαΐς θηρῶν. Κολοβῶν ὄρος ἄκρον. Haec per intervalla Ptolemaeus. De Colobis etiam Strabo lib. XVI. Εἶτα Ἀντιφίλου λιμὴν, [καὶ ὑπὲρ τοῦτο Κρεωφάγοι, κολοβοὶ τὰς βαλάνους, καὶ αἱ γυναῖκες Ἰουδαϊκῶς ἐκτετμημέναι. & paullò pòst: Τὸ δὲ Ἀντιφίλου λιμένι ἑξῆς ἐστι λιμὴν καλούμενος Κολοβῶν ἄλσος.

l. 62. *Ptolemais*] Arrianus in *Periplo maris Erythraei.* Πτολεμαΐς ἡ τῶν θηρῶν λεγομένη, ἀφ' ἧς οἱ ἐπὶ Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ θηρευθέντες ἐνέβησαν.

l. 65. *Quod ex Nili alveo Dioryge*] V. C. legit, *quod ex Nili alveo diorege.* Est etiam *Dira* civitas in angustiis oris sinus Arabici Straboni memorata lib. XVI.

l. 66. *Extra sinum, verùm in flexum*] Ita Aldus legit; at MS. *in flexu etiamnum.* Pintianus legit *inflexu tamen etiamnum.*

l. 69. *Candaei habitant* &c.] V. C. *Panchaei.* Legendum fortè, *Candaei habitant, quos, quia vescuntur serpentibus, Ophiophagos vocant.* Vide Solinum cap. 46.

l. ead. *Hi quos ex facto, quia serpentibus vescuntur, Ophiophagos vocant*] Aliàs, *nec hos ex facto Ophiophagos vocant.* Illo enim tempore quòd id esset, notum erat, aut vacant omnia verba. Plinius lib. VI. cap. 29. *Introrsus Candaei, quos Ophiophagos vocant, serpentibus vesci assuetos.*

l. 75. *In magno examine volantes Aegyptum tendere*] Leg. *hinc magno examine Aegyptum.* Pintianus legebat, *magno examine volantes in Aegyptum*; sed *in Aegyptum*

tum legi non est necesse; infrà enim hoc cap. *ossa pristini corporis inclusa myrrha Aegyptum exportat.* De serpentibus his scribit Herodotus lib. II. Λόγος δὲ ἐστι, ἅμα τῷ ἔαρι πτερωτοὺς ὄφεις ἐκ τῆς Ἀραβίας πέτεσθαι ἐπ' Αἰγύπτου· τὰς δὲ Ἴβις τὰς ὄρνιθας ἀπαντώσας ἐς τὴν ἐσβολὴν ταύτης τὴς χώρης, οὐ παριέναι τοὺς ὄφις, ἀλλὰ κατακτείνειν. & lib. III. Τὰ γὰρ δένδρεα ταῦτα τὰ λιβανωτοφόρα ὄφιες, ὑπόπτεροι μικροὶ τὰ μεγάθεα, ποικίλοι τὰ εἴδεα, Φυλάσσουσι, πλήθε πολλοὶ περὶ δένδρον ἕκαστον, οὗτοι ὅπερ ἐπ' Αἴγυπτον ἐπιστρατεύονται.

l. 84. *Perpetua duravit*] Fortè, *perpetuò*.

l. 85. *Incubat, solviturque deinde*] V. C. *incubat solviturque dein* &c. Fortè leg. *incubans*, & pro *renascitur*, *enascitur*.

l. 90. *In urbem*] V. C. *in urbe*.

l. 93. *Ipsum promontorium, quo id mare clauditur, à Ceraunis saltibus*] Ceraunios montes esse in Africa ait Diodorus lib. IV. propinquos promontorio, cui *Hesperuceras* cognomen est. Strabo lib. XVI. 734. Καὶ τελευταῖον ἀκρωτήριον τῆς παραλίας ταύτης τὸ Νότου κέρας. Hanno in *Periplo* non videtur asserere esse ultimum illius orae.

CAP. IX.

l. 1. *Aethiopes ultra sedent, Meroën habent terram*] Fortè, *Aethiopes ultra, qui Meroën habent*, ita ut dictio *terram* sit superflua; vel aliàs, *Aethiopes ultra Meroën habent terram*, ita ut *sedent* tanquam superfluum expungatur. Aethiopas suprà lib. 1. cap. 2. in Asiae parte locat.

l. 6. *Automalae*] Forté *Automales*. *Asmachos* vocari tradit Herodotus lib. II.

l. 7. *Aequi corporis parumque veneratiores*] Fortè, *parumque venatores*, vel, *& corporis plurimum valent robore*. Solinus cap. 43. *Hi Macrobii justitiam colunt & aequitatem, plurimum valent robore, praecipua vigent pulchritudine, ornantur aere, auro vincula faciunt noxiorum.* Herodotus: μέγιστοι καὶ κάλλιστοὶ ἄνθρωποι.

l. ead. *Veluti optimarum alumni virtutum*] Aldus & meus

meus Codex aliique non habent illud *alumni*, quare superfluum videtur.

l. 10. *Apud hos plus auri quàm Persis est*] Aliàs, *apud hos plus auri quàm aeris est.* quam lectionem confirmant verba adjuncta, *ideo quod minus est, pretiosius censent*, & Herodotus lib. 1.

l. 12. *Et quia ut lubet vesci volentibus*] Solinus: *quibus indiscretè omnes vescuntur.* Herodot. in *Thalia.*

l. 16. *Innasci subinde*] Posterior vox redundare videtur.

l. 18. *Et ad sustinenda*] Lege, *sed ad sustinenda.*

l. ead. *Non natantia ferat*] Aliàs *innatantia* in V. Solinus cap. 41.

l. 19. *Ut folia etiam proximis decisa frondibus*] *Frondes* habet etiam Solinus cap. 43.

l. 21. *Sed passim & penitus accipiat*] Aliàs *pessum*, in V. Fortè, *pessum euntia accipiat.*

l. 23. *Sphingas*] Aliàs, *Sphinges.* V.

l. 24. *Tragopomones*] Fortè, *Tragopanes.* Solinus cap. 73.

l. 25. *Ceterùm oras ad eurum sequentibus*] i. e. si naviges euro. Solinus cap. ult. Aliàs, *oris ad eurum.*

l. 27. *Ripae potiùs sunt quàm litora*] *Ripa* est littus. Fortè, *rupes.* Sueton. in *Tiber. Capreas se contulit, praecipue delectatus insula, quod uno parvoque litore adiretur, septa undique praeruptis immensae altitudinis rupibus.* Suprà lib. 1. cap. 19. de Ponto Euxino: *Non molli neque arenoso circumdatus littore.*

l. ead. *Et equinis auribus Pegasi*] Solinus cap. 43. *illius caeli ales est Pegasus, sed haec ales equinum nihil praeter aures habet.*

l. 28. *Sine cultoribus tractus*] Vocabulum *tractus* redundare videtur, nec agnoscit V. C.

l. 29. *An exhausta fructu sine fine Africa se extenderet*] Fortè *an inexhausta fluctu.* Pro *Africa* alii legunt *fracta*, alii *amfractu*, alii *se Africa*, vel *ad Africam extendit*, expuncta sequenti particula *sed.* Aldus, *inexhausta anfractu*, seu *inexhausto anfractu.*

l. 31. *Per Oceani ostia*] Aliàs *ostium* meus V.

l. 32. *Verùm etsi Hanno*] Lege *verùm & Hanno*, expuncta particula *si* veluti superflua. Adi Polyb. lib. III. fol. 272.

l. ead. *Exploratum misſus*] Habitatum dicit Hanno in *Periplo Africae*, non exploratum misſum: ἔδοξε Καρχηδονίοις Ἀννωνᾷ πλεῖν ἔξω στηλῶν Ἡρακλείων, καὶ πόλεις κτίζειν Λιβυφοινίκων· καὶ ἔπλευσεν, πεντηκοντόρους ἑξήκοντα ἄγων, καὶ πλῆθος ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν εἰς ἀριθμὸν μυριάδων τριῶν, καὶ σῖτα, τὴν ἄλλην παρασκευήν· Cùm pervenisſet ad eam inſulam, quam à foeminis habitari infrà narrat Pomponius, οὐκ ἐπλευσάμεν, inquit, προσωτέρω, τῶν σιτίων ἡμᾶς ἀπολιπόντων.

l. 33. *Sed commeatu defecisſe memoratum retulerat*] Aldus *memoratu*, & in V. Fortè, *commeatu defecisſe in mari retulerat.*

l. 37. *Gades usque pervectus eſt*] Aliàs *pervetus* V.

l. 43. *Alii ſine ſono linguae, alii ſine linguis*] Haec verba non videntur esſe Melae, ſed alterius, qui in margine expoſuit, *mutos* & *cohaerentibus labris*, ſine ſono linguae esſe & ſine linguis.

l. 45. *Sub naribus etiam fiſtula eſt*] Fortè, *ſub naribus eis fiſtula eſt.* Vetus Codex pro *etiam* legit *eis.*

l. ead. *Libere avent*] V. C. *bibere avent.* Fortè leg. *bibere avenis, & cum incesſit libido* &c. Vid. Plin. lib. VI. cap. 30.

l. 47. *Adeoque uſus mirum in modum placuit*] Aliàs *viſui.* Aldus, *adeoque viſus*, rectius.

l. 48. *Ante adventum Eudoxi*] Qui Lathyrum Aegypti Regem fugiebat.

l. 53. *Grandem inſulam includit*] Fortè, *claudit.* Plinius lib. VI. cap. 31.

l. 54. *Toto corpore hirſutas*] Forté *hirtas.* Vid. Solin. cap. ult.

l. ead. *Et ſine coitu marium ſua ſponte foecundas*] Plinius lib. VI. cap. 26.

l. 56. *Ut quaedam contineri*] Particula *quaedam* fortè redundat.

l. 62. *Longo tractu, longis litoribus obductus*] Suſpectum eſt illud *longis*, & fortè vacant iſta verba, *longis litoribus obductus.*

l. 64. *Panum Satyrorumque. Hinc* &c.] Vide Hannonis *Periplum* & Plin. lib. VI. cap. 30. Damaſcenus lib. II. *Fid. Orthod.* cap. 9. Marcian. Capella lib. II. *Ipſam quoque terram, quia hominibus invia eſt, referciunt longaevorum chori, qui habitant ſylvas, nemora, lucos, la-*

cus,

tus, *fontes ac fluvios, appellanturque Panes, Fauni, Satyri, Sylvani, Nymphae*, &c.

l. 67. *Solitudo in diem vasta*] Aliàs *per diem.*

l. 68. *Et veluti castra late jacentia ostenduntur*] *Castra* videtur redundare.

l. 70. *Tibiaeque sonantes majus humanis*] Aliàs *magis humanis.*

l. 71. *Tunc rursus Aethiopes*] Aliter tamen Herodotus lib. II.

l. ead. *Nec jam dites sunt, ut hi*] Fortè, *Nec tamen divites.* Duae illae particulae *ut hi* redundare videntur.

l. 75. *Aliqua parte credibile est*] Dictio *parte* redundare videtur.

l. ead. *Nuchul*] Aliàs *Nicris.*

l. 76. *Et videri potest non alio nomine appellari*] Scil. quàm Nilus, ideo Hermolaus *Nuluch* legit. In V. C. habetur, *& videri potest nunc alio nomine.*

l. 77. *Alit & flumen & minora quidem*] Fortè, *alit id flumen*, vel *et* superfluit. Aliàs *aliter pyrum & minora.*

l. 78. *Ejusdem tamen generis animalia gignens*] *Gignens* abundat, ut cap. 15. in V.

l. 80. *In mediam regionem ad orientem abit*] V. C. *in mediam regionem & in orientem abit. Et* igitur interponendum.

l. 87. *Catoblepas non grandis fera, verùm grave & grando caput*] Aliàs *grande & praegrande.* Fortè, *grande & praegrave.*

l. 93. *Insulae Gorgones*] Aliàs *Dorcades.* Meus V. C. *Gorgades.* Fortè *Gorgodes* ex Diodoro Siculo lib. IV. & Solino. Athenaeus lib. V. extr. etiam *Gorgonas* appellari à Numidis ait. Isidorus lib. XIV. *Origin.* cap. 6. *Gorgodes insulae Oceani, obversae promontorio, quod Hesperuceras vocatur, quas incoluerunt Gorgones foeminae aliti pernicitate, hirsuto & aspero corpore, & ex iis insulae cognominatae.* Hae *Gorgones* ab Hannone in promontorio (*Notuceras* vocat) collocantur, aliter quàm Plinius, ut & Solinus: praeterea ille non *Gorgonas*, sed Γορίλλας appellat, nisi codex fallat.

CAP. X.

l. 4. *Aut arenis obducta*] Caesar *arenas* dici posse negat.

l. 5. *Exustis insulae appositae sunt*] Fortè, *insulae arduae sunt.*

l. 6. *In arenis mons est satis de se consurgens*] Hoc modo loquendi utitur Mela lib. I. cap. 13. *Mons litori appositus & decem stadiorum clivo satis arduus.* Et cap. 15. *Taurus ipse ab Eois litoribus exsurgens, vaste satis attollitur.* Aldus *dense.* Plin. lib. v. cap. 1. *Ejus radix densis altisque repletus silvis.* Fortè, *mons satis spatiose consurgens.* Herodotus lib. IV. Curtius lib. VIII. cap. 11. *Petra non ut pleraeque modicis ac mollibus clivis in sublime fastigium crescit, sed in metae maximae modum erecta est, cujus ima spatiosiora sunt, altiora in arctius coëunt, summa in acutum cacumen exsurgunt.*

l. 10. *Usque in nubila erigitur*] V. *exigitur.*

l. 12. *Contra fortunatae insulae abundant*] De illis Nonius 1373. 66.

l. 15. *Beatiùs quàm aliae urbes excultae*] Plutarchus in *Sertorio.* De Fortunatis Insulis vide Isidorum lib. XIV. cap. 6.

l. 17. *Risu solvuntur in mortem*] Dictiones *in mortem* superflua sunt.

l. 20. *Inflexi lentis cruribus*] Fortè, *inflexis lenti cruribus.* Sic Solinus cap. 34. *Himantopodes flexis nisibus crurum repunt potius quàm incedunt.*

l. 21. *Serpere magis quàm ingredi*] Aliàs *potius* V. M. C.

l. ead. *Deinde Pharusii aliquando tendente ad Hesperidas*] Aliàs, *dein & ad Hesperides.*

l. 25. *Terotae & Berini*] Aliàs *Terothebenno.* Antiq. & Aldus, *Terotae, Berini.* Dionysius hìc locat: Κέρνην· πυμάτης παρὰ τέρπεα Κέρνης. Hermolaus in *Corollario ad Dioscoridem*, dum agit de cytino sic ait: „ Etenim Sisenna *ferabitim*, pro sylvestri arbusto posuit: *Partim* inquit, *Ferabite, partim lauro atque pinu abundant.*" Quod si Sisenna de his loquitur, ac-

accommodatissimè hoc loco legi posset, *Ferabite, pinu & lauro abundant.* Quaerendus Sisennae locus, qui est apud Nonium in eo verbo; sed legendum *vite.*

l. 29. *Et ubique, quae tinxere, clarissima*] Legendum, *ubi quaeque tetigere clarissima.* Plaut. *Bacchid. atque acerrima ea est, absorbet viros, ubi quemque attingit.*

l. 30. *Ora Mauritaniae exterior*] Aliàs *ora Mauretaniae*, Meus.

l. 31. *Fastigantis se*] Aliàs *fastigantis*, in Meo.

l. 33. *Et adeò fertilis etiam*] Aliàs *& adeò est fertilis.* ut V.

l. 35. *Profundat etiam nata*] V. C. *nota.* Fortè, *è se nata.* Sic enim Varro appellat quae non seruntur lib. 1. *de R. R.* cap. 27. *Sed interea terram rudem proscindere oportet, quae sunt ex ea enata, priusquam ex iis quid seminis cadat, ut sint eradicata.* Sic Cicero lib. VII. *ad Famil. Epist.* 27. *Nam dum volunt isti lauti terra nata, quae lege excepta sunt, in honorem adducere*, (addit autem quae terra nata sunt) *fungos, heluellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil possit esse suavius.*

l. 37. *Et signum quod fabulae clarum*] Aut legendum *quoque* pro *quod*, aut vacat.

l. 38. *Imagine jacentis, illius, ut incolae ferunt, tumulus*] Plutarchus in Sertorio pag. 200. Strabo pag. 361.

l. 40. *Solent imbres spargi, & donec effossa repleantur, veniunt*] Tertullianus, si tamen ejus est *de Trinitate* liber pag. 244. in fine. *Venti spirare coguntur, imbres veniunt, maria commoventur.*

l. 41. *Donec effossa repleantur, eveniunt*] Corrupta haec. Legendum *donec effossa repleant, eveniunt.* Pro *frequentant* V. C. *frequentat*, pro *habitant, agunt.*

l. 42. *Horum pars sylvas frequentant*] Aliàs *horum pars sylvas frequentat.* V.

l. 43. *Pars in urbibus habitant*] Aliàs *agunt.* V.

l. 45. *Gildano, Dulbritania*] Aliàs *Dubritania.* V.

l. 47. *Lixo flumini Ininxo proxima*] Aliàs *limo.* V. Hannoni in *Periplo* Λίξος & Λιξίτας appellatur.

l. 48. *Colonia & fluvius Gna*] Pintianus legit, *Colonia & fluvius Zilia.* At Strabo lib. XVII. ibi corruptus videtur, & ubi εἰς δὲ τὴν ἐκτὸς θάλασσαν πλέουσιν ἀπὸ

Λιγγὸς πόλις ἐστὶ Ζῆλις καὶ Τίγα, legendum ἐντός. nam ad fretum navigat ab exteriore sinu.

l. 50. *Operis hujus atque Atlantici litoris terminus*] Elegantior lectio; *Atlantici litoris, atque operis hujus terminus.*

FINIS.

PETRI IOANNIS NUNNESII,

VALENTINI,

EPISTOLA

DE PATRIA

POMPONII MELAE

ET

ADNOTATA

In Prooemium atque duo priora Capita Libri I.

AD

ANDREAM SCHOTTUM.

PETRI IOANNIS NUNNESII,

VALENTINI,

EPISTOLA

DE PATRIA

POMPONII MELAE

ET

ADNOTATA

In Procemium atque Duo Priora Capita Libri I.

AD

ANDREAM SCHOTTUM.

PETRI IOANNIS NUNNESII,

VALENTINI,

EPISTOLA

DE PATRIA

POMPONII MELAE

ET

ADNOTATA

In Prooemium atque duo priora Capita Libri I.

AD

ANDREAM SCHOTTUM.

Disputas, mi Schotte, in Prooemio tui *Specilegii* accurate de patria *Pomponii Melae*: sed, quia sequeris sententiam eam, in qua major fit scripti mutatio, & absque fide codd. MSS. facere non possum, quin ab ea discedam, & Hermolao assentiar. Nam illud Eliae Vineti commentum plane videtur, dum non liqueat apud quem alium Scriptorem *Tingenterae* nomen legatur: ego lectionem Hermolai probo quidem, sed ita ut pro *freto* reponam *fretu*, ne longius absim à MSS. CINGENTERATUM (exhibentibus) quam etiam lectionem retinuit Franc. Nunnes in eo exemplari, quod Salmanticae, annos ab hinc LXXXV. edendum curavit: extremum autem illud *m* irrepsisse videtur, quod fieri plerumque solet ex initio proximi vocabuli. Nam *fretu* pro *freto* Tullianum esse monuit Gellius; & Priscianus lib. I. apud Lucretium lib. I. de Sicilia legi observavit:

Anguſtoque fretu rapidum mare dividit undis.

Hinc quod difficilius eſt, cur *cingente fretu* legendum videatur, planum faciemus. Nam Hermolai obſervatio hoc loco preſsa nimis eſt & brevis, ut ſaepe aliàs, & locum, quem citat Strabonis, adhuc non potui invenire. Pomponius itaque freti totius Hiſpanici oram voluit à monte Calpe ad Junonis usque promontorium pertinere; Plinius ſi attentè legatur, anguſtiores fines circumſcripſit à Calpe ſcilicet ad Mellariam; recte vero uterque. Nam ut ab iis, qui luſtrarunt haec litora, memini me accepiſe, ſinus ille, quem ultra Calpen facit Pomponius, finditur medio monte in duos ad Junonis usque promontorium, è quibus is, qui occidentem ſpectat, flectitur magis ad ſeptemtrionem, at is, qui ad orientem & noſtrum mare ſpectat, anguſtiis maris magis premitur, quod & comprobat Plinius lib. III. cùm docet anguſtiſsimum fretum eſſe à vico Mellaria ad promontorium Album Africae. Sic fit, ut Plinius anguſtiorem tantum partem freti, quod in ea aeſtus magis ferveat, *fretum* nominaverit; Pomponius autem longius fretum produxerit, quod promontorium Junonis adverſum eſſe ei, quod Ampeluſiam in Africa nominant, animadverteret, & illo Africam, hoc Europam occidentem verſus finiri. His ita poſitis cum *terra* dicatur Latinè *cingi mari*, cùmque *fretum* ſit Pomponio totum illud mare à Calpe ad Junonis usque promontorium, findaturque praetererea ad Mellariam, praeclarè Pomponius & illuſtri brevitate patriae ſuae ſitum expreſsit, *atque unde nos ſumus cingente fretu Mellaria.* Illud etiam noſtram ſententiam videtur confirmare, quòd Pomponius, cùm enumerat oppida, quae oram totius freti occupant, ſingulis eas conjunctiones praeponit, quae vim copulandi habent. Itaque nullo modo fieri poſſe videtur, ut locus ille, *& quam transvecti ex Africa Phoenices habitant*, de Carteia accipiatur, nec ille qui deinceps ſequitur, *atque unde nos ſumus* &c. quo loco ſuſpicor in veſtra Pomponiana editione praetermiſſam conjunctionem, quae *Beſipponi* in omnibus, quae videre licuit, vulgatis exemplaribus, etiam in illo Salmanticenſi Franc. Nunnes, atque in unico MS. in quod incidimus, praeponitur: niſi fortaſſe praeterita, quòd *portus* ſit Plinio, at Antoni-

tonino in *Itinerario oppidum* vocetur, aut certè, ut ille libellus loquitur, *manſio:* ſed eò, unde abieram, redeo. Verba illa, *& quam transvecti ex Africa Phoenices habitant*, de eo oppido intelligo, quod Ptolemaeus in hac ora inter Mellariam & Carteiam *Tranoductam* appellat, ut legendum videatur more antiquo *Transducta.* Eodem modo & Claudius Caeſar Tingi ex altera parte freti cùm coloniam feciſſet *Traductam Juliam* appellavit: auctor Plin. lib. v. cap. 1. Potuit autem facillime depravari nomen & τὸ σ Graecum extrito apice verti in ο. Perbellè verò reſpondet nomen poſitum à Ptolemaeo loco Pomponiano; cui oppido poſtea videtur *Portus Albi* nomen impoſitum, ut diſertè apud Antoninum legitur. Nam *Barbeſula* apud Ptolemaeum migravit in alienum locum, quod ex flumine cognomine in mari interno & ex aliis Geographis liquidò conſtat. Quod autem torſit noſtrum Pintianum, legendumne ſit *Phoenices*, an *Poeni*, nulla obſtructum eſt difficultate, cùm Avienus, quem ille etiam legerat, de his locis diſertè canat, *Nam ſunt feroces hoc loci Libyphoenices.* Illud potius ſcrupulum mihi injeciſſet hoc loco, quòd in optima editione Ptolemaei, quae à Pircheymerio vulgata eſt, *Transdumenorum* legatur; nomen quidem corruptum, ſed fortaſſe ex *Transducta Maneorum* ſic conformatum. Quod Avienus in *libello de Oris Maritimis* Hispaniae gentem *Maneûm* finitimam Tartesſiis & Cilbicenis commemoret: gentem inquam *Maneûm* pro *Maneorum* more Poëtico, quamvis horum regio mediterranea eſt Avieno, & à freto aliquantulum disjuncta: fortaſſe autem, ut diſtingueretur à *Traducta Julia*, aliqua facta huic nomini acceſſio; in quo tamen nomine licet depravato illud lucrifacimus, ut τὸ σ, quod in τὸ ο mutatum falſò fuerat, in integrum reſtitutum agnoſcamus. Quod autem affertur, ſi Mellariae natus fuiſſet Pomponius, *Mellarienſem*, non *Melam* nominandum eſſe; haec oratio pro certo & explorato ſumit, cognomina tantum à loco, ubi quis natus ſit, peti debere, quod perabſurdum planè eſſet, aut nomina ἐθνικὰ ſemper κατ' ἀναλογίαν ex primis nominibus oppidorum flecti, quod in *Meſſana* & *Mamertinis*, in *Capua* & *Campanis* multò aliter evenire Varro obſervat; aut certè, quod huic proximum eſt, nomina ἐθνικὰ contractiora nominibus oppidorum eſſe non poſſe,

posse, quod tamen incertum esse satis multa declarant, ut Graecè Κρὲς à Κρήτη, & Latine *Cressa* à *Creta*, & Θρὰξ ἀπὸ τῆς Θράκης, & Latinè *Trax* (à *Thracia*) & alia hujusmodi: sed ne diligentius in ista inquiram, nonne fieri potest, ut idem cognomine *Melae* appellaretur, quod erat in Hispania usitatum, & Mellarienſis esset patriae origine, ut apud nos *Sola* & *Soler*, qui *Sollariae* natus sit. In quo vides, ut in cognomine Melae, unum *l.* at in nomine ἐθνικῷ duplicatum *Sollarienſis*, ut in *Mellarienſis*. Haec de patria Pomponii, sed antequam hanc disputationem misſam faciam, illud praeterire non possum, locum Salluſtii ex lib. II. *Hiſtor.* non multùm videri convenire *Carteiae* Pomponianae. Poſtulat enim locus Salluſtianus, ſi attentè conſideretur, ut ea civitas *Tartesſus* dicatur, quam Tyrii *Gadir* appellabant. Pomponius autem, qui optimè nosset Eratoſthenem illum Philologum clariſsimum, qui *Beta* eruditorum appellatus est, exagitatum ab Artemidoro, qui haec loca peragraverat, quod *Carteiam Tartesſon* nominari etiam ſcripſisset, ut legimus apud Strabonem, quia animadverſionem Artemidori verebatur, noluit gratiae Carteiae illud dare, neque nomen alienum illi affingere, ſed prudenti & verecundiae plena accesſione verborum, *ut quidam putant;* quae de Eratoſthene planè accipienda ſunt, judicium Artemidori ſubterfugit. Plinius autem minus prudenter ſine ulla praefatione, *Carteia Tartesſos à Graecis dicta.* Quare locum illum fragmenti Salluſtiani de Gaditana potius civitate interpretarer, ut & locus Plinii & Solini, qui à te proferuntur, illud luculentè aſſerunt. Avienus tamen, cum eadem de nomine *Tartesſi & Gadir* afferat, proximam arci Gerontis, à qua Geryonem nuncupatum ait ſe accepiſe, diſertim facit, atque civitatem in inſula ea, quam Baetis ſuis oſtiis cingit, cui Euſtathius *in Dionyſium* aſſentitur: Strabo ſanè illius inſulae meminit, ſed ſine nomine: Pomponius, cui major fides habenda ſcopulum potius quà inſulam esse arbitratur, cum ſcribit lib. III. cap. I. *In ipſo mari monumentum Geryonis ſcopulo magis, quam inſulae impoſitum.* Quamquam in MS. Melae, quem ego vidi, legitur *Scipionis* vitiosè, ut ſuſpicor, cùm caeteri praeferant ſine ulla dubitatione *Gerionis*, etiam illud Salmanticenſe perantiquum Franciſci Nunnes. Ex quo loco

obiter

obiter emendandus videtur Strabo, qui *Capionis turrim* habet proclivi, ut fit, migratione τοῦ G in τὸ C, ut in praenominibus *C.* & *Cn.* & propter similitudinem litterae, qua notantur *P* Romanum & *R* Graecum, quod vehementer miror à Xylandro non animadversum fuisse. Ex Pomponii igitur verbis, qui his locis propinquior erat, videtur *Tartessos* civitas Avieni in insulam proximam Gaditanam deportanda: sunt autem aliqua ejusmodi apud illum, quod ex illis Scriptoribus Graecis ea accepisset, quos multa mentitos in Hispanicis prodidit Strabo. Redeo ad fragmentum Sallustianum: *Tartessum Hispaniae civitatem, quam nunc Tyrii mutato nomine Gadir habent.* Ex hoc loco à Tyriis, qui eam bello Sertoriano tenuerant, *Gadir* nuncupata non videtur, tantum illud agnosco, à Tyriis tunc illam habitari nomine *Gadir*, *Tartessos* primò nominata, ut ait Avienus, à proximo fluminis *Tartessi*, id est, Baetis ostio; pòst à Tyriis, qui eo venerant, Punico nomine *Gadir*, id est, *sepes*, ut Plinius & Solinus explicant, aut *conseptus locus*, ut Festus Avienus. Quamquam Plato εὔμηλον, quasi dicas *pecore abundantem* interpretatur, qui etiam nos monere potest, quàm priscum sit nomen *Gadir* in his oris Hispaniae. Tyrii certè dicuntur nostro Pomponio templum in hac insula Herculis Aegyptii condidisse, cujus ille conditores & vetustatem non celebrasset, si de Tyriis, qui Sertoriano bello haec loca habebant, locutus fuisset. Revocandus praeterea in memoriam locus Strabonis de adventu Tyriorum in haec loca, & de oraculo illis dato, ut intelligatur prorsus, quàm vetus sit nomen Tyriorum in his partibus; & Plinii de Gaditano oppido à Tyriis condito. Mitto apud Eratosthenem nomen τῆς Γαδείρας lectum, & apud Eupolim τοῦ Γαδειρικοῦ ταρίχους. At *commutato nomine*, additur in fragmento Sallustii: est ita, sed non additur nominatim ab illis *Tyriis*, qui tum eam habebant, commutatum fuisse, neque ex eis verbis planè colligi illud potest. At enim Plinio ab eo latere, quo Gaditana insula Hispaniam spectat, passibus fere centum altera insula est, in qua priùs, ut ille ait, *oppidum Gadium* fuit: est ita; sed ut ut fit, nomen *Gadir* nusquam legimus *Carteiae* attributum, ut locus Sallustii de *Carteia* minime exponi possit. Porro de nominibus, quae nostro saeculo usurpantur, quî respondeant

deant illis priſcorum nominibus, tu optime exiſtimabis! ſed quoniam de patria nimis diſputatum, quod in eo plus eſſet obſcuritatis, ad indicem libri ὕστερον πρότερον, quod levius eſt, meam orationem traducam. Indicem illum *de Chorographia* non damnas; meritò quidem, ſi Chorographi tantum partes eſſent deſcribere orbem ἁπλῶς, Geographi autem addere menſuras praeterea, & intervalla μαθηματικῶς: ſed quia Chorographus non poteſt totum orbem, ſed partem tantum ejus deſcribere, ut conceptis verbis diſputat Ptolem. lib 1. *Geogr.* & Strabo innuit lib. 1. item cum docet quemque ſuae regionis optimum eſſe Chorographum, non video, quî poſſit illa ἐπιγραφὴ tolerari.

PROOEMIUM.

l. 1. *Orbis*] Ex vulgari loquendi conſuetudine: non enim rotundus ὡς ἀπὸ τόρνου, ut ait Herodotus lib. IV. cap. 36. quem Mela libenter ſequitur.

l. 2. *Conſtat enim fere ex gentium*] Τὸ *ex* aberat ab eo MS. quod unicum nobis legere contigit; ſed ne in illo quidem Salmanticenſi Franc. Nunnis legitur: ut ſit oratio brevis, quam Tu virtutem merito in Pomponio laudibus effers.

l. ead. *Fere*] Rectè, quia addet, ut idem infra inquit, *quae in natura regionum incolarumque memoranda ſunt*: interponet quoque, ſed ſtrictim, diſputationes aliquot graviores, ut de incremento Nili, de aeſtu Oceani (1).

l. 12.

In his Notis quaedam turbata eſſe vitio, ut credibile eſt, deſcribentis facile videbit Lector, in quibus emendandis ingenioſus eſſe non voluit, qui eas nobiſcum communicavit; etſi nonnulla haud difficulter reſtitui poſſe videbantur. De iis autem & de Oxonienſi MS. Melae plura dicentur in Praefatione Animadverſionibus Cl. Perizonii praefixa. DUKERUS.

(1) Notat ergo *fere* hic maximam partem, ſeu maxima ex parte. Sic Corn. Nepos in Praefat. *Sed hi erunt fere, qui expertes literarum Graecarum.* Cicero Famil. XII. 5. *Haec erant fere, quae tibi nota eſſe vellem.* Sueton. Caeſ. cap. XXV. *Geſſit autem novem annis*

l. 12. *Forma totius*] *Summam noſtri orbis* appellat in ἀνακεφαλαιώσει cap. 4.

l. ead. *Quae maximae partes*] Praeciſe etiam atque ſine ulla adjunctione *partes* a priſcis nominabantur, ut legitur in extremo libro de agrorum conditionibus ex incerto Auctore: *Majores orbem in partes, partes in provincias, provincias in regiones, regiones in loca —— diviſerunt.*

l. 13. *Quo ſingulae modo ſint, utque habitentur*] *Formas gentesque partium* interpretatur ibidem.

l. 14. *Oras omnium & littora*] Haec proprie in mari & aquis, illae etiam in aliis dicuntur: quamvis frequentius in regionibus maritimis uſurpantur.

l. 16. *Subit*] *Ingreditur* in eadem anacephalaeoſi. quo loco admoneri potes obiter, cùm lib. 11. cap. 6. *Tulcis* amnis, aut *Culcis*, ut eſt in MS. deſcribitur, non poſſe pro *ſuper* emendari *ſubit*, tum quia contra fidem codicum, tum etiam, quia amnis ille, qui *Francoli* nunc vocatur, non ingreditur Tarraconem, nec ſi ad pomoeria priſcae urbis producas, ſed ſuper eam mare ſubit.

l. ead. *Circumluit*] *Cingit Oceanus* in eodem cap.

l. 18. *Sciri poſſit atque accipi.*] Nil induco; nam & paullo ante *adſpici cognoſcique.* & cap. 12. *permutat ac miſcet.* Quid? quòd in omnibus exemplaribus haec leguntur, & Ariſtoteles, qui brevitatem appetit, aliquando hujuſmodi adhibet, ac praeſertim in *Ethicis.* Accedit etiam huc, quòd cuique verbo ſua eſt ſubjecta notio; *accipi* enim proprie a magiſtro dicitur, tanquam ab eo, qui porrigit, ut Cornelius Fronto verbum *accipiendi* interpretatur. Erit ſenſus ergo horum verborum, ſive quis per ſe ipſum, ſive praeëunte doctore, velit haec intelligere.

nis —— haec fere. Tacit. Ann. IV. 5. *Cohortes Etruria ferme Umbriaque delectae.* Senſus horum eſt: ſed hi erunt maximam partem tales, qui —— Haec erant maximam partem ea, quae tibi —— Haec maximam partem ſunt ea, quae novem annis geſſit. PERIZONIUS.

CAP.

Lib. I. Cap. I.

l. 1. *Quidquid id est*] Quia non est haec disputatio Geographica, sed potiùs Physica; de qua idem obiter lib. III. cap. 1. *Mundum animal esse doctioribus placuisse* scribit. Sed consulendi Plutarchus *de Decret.* Galenus in *Historia Philosoph.* (si illius tamen est) atque Stobaeus in *Eclogis*, Explanatores quoque Aristot. libb. *de Caelo*, & Achilles Statius (1) *in Aratum.*

l. ead. *Mundi*] Haec prima significatio ex illis sex, quae referuntur ab Achille Statio *in Aratum* ex Diodoro. Κόσμου etiam nomen ante Pythagoram nusquam lectum idem prodit.

l. 2. *Caelique nomen*] Notum illud vulgo ex Aristot. libb. *de Caelo*, *caeli* item nomine mundum universum accipi solere, praeter alias duas significationes Varroni lib. IV. *de Lingua Latin.* duobus tantum modis, uno, summum, in quo stellae, altero, quod circum supraque suo complexu continet terram. Ex quibus significationibus neutra congruit huic loco. Nam prima, qua Zeno Cittieus caelum τὸ ἔσχατον αἰθέρος, id est, *summum caeli* definirit, ut reddit Varro, stellifero tantum & τῷ ἀπλανεῖ, ut Graeci loquuntur, est accommodata. Secunda autem respondet ei, quae Quarta est apud Achillem Statium. Quincta verò, quam ille his addit, propria est hujus loci, ut *mundus* eo nomine notetur; quam ille confirmat testimonio Platonis in *Phaedro*, cùm de sole scribit, *Magnus Jupiter dux in caelo*, & quae sequuntur. Latinis etiam usitatum esse nomen *caeli* pro *mundo* multis exemplis liquet, quae longum esset persequi.

l. ead. *Nomen indidimus*] Οἱ ἄνθρωποι scilicet, ut loquitur Aristoteles in *Poëtica*, cùm de Epopoeia disputat: id est, *homines* vulgo. Nos enim sumus ὀνοματοθέται,

(1) Ita hunc semper vocat Suidam sequens. Aliis recte *Tatius.* Vide Clarisf. Fabricium lib. III. Bibl. Graec. cap. 5. §. 22. & lib. V. cap. 6. §. 7. Tobias Magirus in Eponymologico eum confundit cum *Achille Statio*, *Lusitano*, cujus exstant Adnotata in Suetonii Grammaticos & Rhetores, in Catullum, Tibullum, & alia. Μάγειρος πολυτελὴ ὄψα ποιητὴς ἀρτύων. DUKER.

θέται, non Natura, ut disserunt Peripatetici contra Academicos.

l. 4. *Oriens nuncupatur*] Verbum *nuncupandi* refert M. Tullius III. de Orat. 38. inter prisca ac vetusta, quae *Poëtarum licentiae liberiora esse, quam Oratoribus* ait: *sed tamen rarò habere etiam in oratione poëtica verba aliquam dignitatem*, iisque *loco positis grandiorem atque antiquiorem orationem saepe videri solere*. At Pomponius saepe hoc verbo utitur, ut hinc appareat, quanto oratio Tulliana elegantior in hoc argumento futura fuerit.

l. 6. *Qua decurrit, Meridies*] Praeclare. Nam, ut docet Macrobius lib. 1. *in Somn. Scip.* cap. 5. Romani *cardini arctico* nomen imposuerant, quod a nobis ea regio non longe remota esset, quamvis vi frigorum inhabitabilis existimaretur; alteri vero cardini non fecerant nomen proprium, sed *meridiem* à medio diei, cujus linea illi respondet, appellaverunt. Graeci tamen ἀντάξονα eam partem vocarunt, ut tradit M. Tullius I. *Tuscul.* 28. & recte: nam si nostra *habitabilis* dicitur a Cicerone *sub axe ad septem stellas posita*, id est, *sub curru*, ut loquitur item Juvenalis, quem currum Homerus ἅμαξαν, posteri *Helicem* appellarunt, nil aptius, quàm ut ἀντάξων is cardo nominetur, qui Septentrioni, hoc est, *axi ad septem stellas* adversatur. Frustra ergo, ut obiter hoc moneam, ἀντάξονος nomen illo loco Tulliano deletum, & ἀντίχθονος repositum (1), de quo nomine infrà pluribus disseremus.

l. ead. *Ab adversa parte Septentrio*] At *Meridies* non adversatur *Septentrioni*. Satisfactum cumulate proxima observatione.

l. 8. *Eademque*] Retineo *eademque terra divisa ab Oriente in Occasum in duo hemisphaeria*, non alveo quidem Oceani, qui Zonam ustam cingit, quod nec unquam venit in mentem, nec venire potuit Macrobio, sed per horizontem aut Oceanum, qui illi respondet, ut idem Macrobius docet lib. II. cap. 5. *in Somn. Scip.* Nam

(1) Ἀντίχθονα in Cicer. l. d. habent Edd. Gruteri, Gronovii, & Anglic. in qua adnotant, sic recte emendasse Gebhardum, post Erasmum & Ciacconium. Vid. Ciaccon. ad Mel. 1, 1. Lambinus edidit ἀντάξονα. DUKER.

Nam alveus Zonae torridae non hemisphaeria, sed maculas tantùm binas utrimque separat, quae in utraque temperata habitari posse ab illo dicuntur. Atque ita locus hic facilis est & expeditus: neque fieri ullo modo potest, ut Oceanus decussatim quatuor maculas distinguat, quas sigillatim ambit. Illud etiam animadvertendum, cùm locus Ciceronis ex *Somn.* de sola quarta macula, quae a nobis ad Septentrionem colitur, disertè disputat, nullo pacto posse eum huic Pomponiano accommodari, qui de toto globo terrae, in quo quattuor maculae sunt, apertè loquitur. Ex quo errore alius manavit, ut *chlamydi*, aut *fundae*, tota terra, quae potest habitari quattuor maculis similis diceretur: quod hactenus à nemine tentatum, ne tentari quidem potest. Sola enim quarta ejus pars, quae a nobis colitur, chlamydi similis, non a Macrobio tantùm, sed, ut idem Macrobius disertè scribit, ab omnibus veteribus existimabatur: quod & Strabo antea docuerat: & Dionysius cum fecit illam similem σφενδόνῃ, idem sensit. Nam sive σφενδόνη *funda* sit, sive *gemma*, quae similis fundae in pala annuli inseritur, sive genus illud capitii muliebris, quod a nostris *velum* nominatur, angusta utroque vertice erit, & *lateribus latior*, ut loquitur M. Tullius, & Strabo demonstrat, non infrà latior, quod planè omnium veterum sententiae adversatur. Ex quo etiam perspicuum fit, non posse ullo modo apud Dionysium legi ὀξυτέρη. Nam cùm sive chlamydi, sive fundae similis sit, ex duobus conis, ut rectè docet Eustathius, componatur necesse est. Utriusque autem coni basis latior necessario est cuspide, relinquitur ut nullo modo τὸ ὀξυτέρῃ possit loco illo ferri (1). Itaque & Festus *latiorem* reddidit, & Priscianus, sive Rhemnius Palaemon *brachia pandentem*, quorum neutri potest respondere τὸ ὀξυτέρη. Quin & Eustathius in *Parecbolis*, & Nicephorus in *Paraphrasi latiorem* interpretati sunt. Sed error, ut fit, unus multos creat, quod & Aristoteles 1. *Physicor.* notatum reliquit. Hinc illa manarunt, a Cicerone par-

(1) In periegesi Dionysii v. 6. plerique MSS. ut constat ex Edd. Henr. Stephani & Oxon. 1697. habent εὐρυτέρῃ, pauci ὀξυτέρῃ. Hoc tamen tuetur Vlitius ad Nemesiani Cyneget. v. 91. Sed vid. quos laudat Hudsonus in Dionysii Edit. Oxon. 1712. DUKER.

parvam insulam universum terrarum orbem nominari, cùm M. Tullius, ut diximus, de sola quarta parte, quae nota & habitata tum erat, loquentem inducat Africanum, è caeloque in terram intuentem: ob quam causam non solum *insulam*, quae publica fuit priscorum opinio, quod undique Oceano cingi putaretur, verùm etiam *parvam* nominavit. Nam Dionysius, cùm proposita sit Poëtis magnitudo orationis, cerneretque magnam esse εὐτέλειαν, cum orbis terrarum totus, etiam is, qui tum solus notus erat, *insulae* nomine insigniretur, ἐξέμυνε τὸν λόγον, ut rectè observat Eustathius, addito epitheto ἀπείρονα; quod &, quia conjunctum est, ut docet Demetrius, ad augendam orationem plurimum valet, atque ἁπλῶς: quia epithetum πρὸς ὄγκον τοῦ λόγου, ut observat Aristoteles, affert adjumentum.

l. 9. *Zonis quinque*] Sententiam Eratosthenis, sequitur de quinque Zonis, ut M. Tullius & Virgilius. Eratosthenis autem de ea re versus legendi apud Achillem Statium. Polybius & Posidonius *sex Zonas* fecerant, bipartita torrida.

l. ead. *Mediam aestus*] At Panaetius Stoicus & Eudoxus Academicus illam coli posse docuerunt, ut legitur in Anonymo *ad Aratum*: de quo & Cleomedes.

l. 13. *Antichthones*] In MS. quem nos legimus, *Antipodes* omnino legitur, & cap. 9. hujus libri. Nec mirum: nam & Servius in Virgil. I. *Georg.* 235. VI. *Aen* 532. atque VIII. *Aen.* 671. videtur *Antipodas* appellare eosdem. In fragmento sive Eratosthenis, sive Hipparchi, quod editum est cum commentariis Hipparchi in Aratum, & in prolegomenis Achillis Statii *Antipodes* nominantur, qui diversa hemisphaeria incolunt. Cleomedes autem docet proprie *Antipodas* nominari eos, qui in altero hemisphaerio κατὰ διάμετρον oppositi sunt. Quam significationem videtur sequi M. Tullius IV. *Academic.* 39. & hos appellare *obliquos* VI. de Republ. ut exponit Macrobius II. *in Somn. Scip.* 5. Martianus tamen Capella eos, qui κατὰ κάθετον siti sunt, *Antipodas* appellat, quos M. Tullius videtur *transversos* in Somnio Scipionis dixisse. *Antichthona terram* videntur Pythagorici vocasse alterum hemisphaerium, ut apparet ex

Plutarcho *de Decret.* & Galeno *de Hiſtor. Philoſophica*, ſi illius tamen eſt. Sic & *Taprobane* inſula *Antichthonum appellatione alter orbis* exiſtimata, ut Plinius lib. VI. cap. 22. & Solinus cap. 56. prodiderunt, quem & Lucanus *alium orbem* nominavit. Quod ita viſum Hipparcho, noſter Mela antea obſervaverat lib. III. Achilli Statio & Anonymo, qui cum illo circumfertur, *Antichthones* proprie dicuntur, qui ad perpendiculum ſub aliis ſunt. His ita poſitis, rectius videtur, ut legatur *Antichthones*, cùm Taprobanen *alterum orbem*, id eſt, Antichthona eſſe, ut viſum Hipparcho, aut *Antichthonum appellatione*, ut Plinius & Solinus obſervarunt, prope verum Pomponio videatur. Eratoſtheni quidem, aut Hipparcho, ut alii legunt, & Achilli Statio αὐτόχθονες ſunt, qui idem hemiſphaerium incolunt, & alii Auſtrum, alii Septentrionem ſpectant. Hi *antoeci* videntur eſſe Cleomedi, Macrobio, & Martiano, qui contrarias duas temperatas ſub eodem hemiſphaerio habent, quos & *adverſos* arbitratur Macrobius a M. Tullio appellatos. Sed malim legere *averſos*, cùm eos ἀντοίκους proprie eſſe demonſtret Cleomedes. Ex hac accesſione illud effici videtur, ſi Mela hoc loco de uno tantum hemisphaerio & Zonis illius disputet, melius αὐτόχθονας dicturum fuiſſe; ſin autem de Zonis, quae utrumque hemisphaerium ambiunt, ut videtur, loquatur, recte *Antichthonum* nomine eos ab illo notatos.

l. 16. *Quia ſic jacet*] Nil muto, neque video tamen, cui uſui ſit. Longitudo illa mundi Ariſtot. a polo ad polum, quae a motu coeli & exemplo animalium ducitur: Geographica hic aptior, quae in toto orbe, ut in aliis corporibus, ἀπὸ τοῦ μείζονος διαστήματος, ut docet Strabo, petitur. Egregie ergo, cum quarta illa macula, quem orbem nominabant, ab ortu ad occaſum porrigatur, *quia ſic jacet*, ut homines porrecti a capite ad pedes, aliquanto longior eſt, quàm ubi latiſſima.

l. 17. *Aliquanto*] Probe, & magno conſenſu exemplarium: nam Ariſtoteli, ut Philoſopho, ἀκριβέστερον erat hoc excutiendum, & Straboni, qui μαθηματικῶς iſta perpendit, non Melae, qui in Prooemio dixit, *ſe alias exactius de his dicturum*. Quin etiam ſi ad normam expendatur, cùm longitudo duplo tantum major, & vix

tertia

tertia amplius parte, potuit *aliquanto longior* dici: nam ut in numeris brevisſima eſt ἡ δυὰς, ſic & ἐν τοῖς λόγοις τῶν πολλαπλασίων neceſſe eſt minimum eum eſſe qui citra τὴν τριάδα conſtiterit

l. ead. *Ubi latisſima eſt*] Latitudinem terrae habitatae docet Strabo lib. 11. a parallelo cinnamomiferae regionis per Nilum fluvium usque in Hiberniae parallelum producendam. Quod ut ita ſit, οἱ πινακογράφοι anguſtius latus Africum pingebant in tabula, & latius Aſiaticum, ne qua pars in tabula vacaret: quod Nicephorus in *Paraphraſi Dionyſii* innuit, cùm latiorem ad ortum eam facit. Quamvis a Dionyſio εὐρυτέρα dicatur terra in has ambas partes, & a Cicerone *latior lateribus* in *Somn. Scipionis;* ubi Macrobius non ſatisfacit corruptus, ut apparet, a librariis.

l. ead. *Ambitur omnis Oceano*] Herodotus de eo dubitat in *Melpomene:* communis tamen fere Veterum haec ſententia eſt.

l. 18. *Quatuor ab eo maria recipit*] De Caſpio hoc videntur negare Herodotus in *Clione*, Ariſtoteles item, & Ptolemaeus. Avienus, qui ex antiquiſſimis Geographis & Hiſtoricis Graecis ſe ſua accepiſſe fatetur, hanc ſententiam Melae, ut publicam, ſectatur.

l. 21. *Nec amplius decem millibus*] Fortaſſe ex Cornelio Nepote, quem alibi etiam laudat, ſumptum. Is enim, & T. Livius, ubi plurimum, x. millia patere fretum dixerunt, ubi minimum, ſeptem; quod & Solinus ſequitur de ſeptem millibus. Martianus, ubi minimum, quinque, ubi diffunditur, ſeptem, ubi plurimum, x. millibus patere ſcribit. Turannius tamen Graccula a Vico Mellaria ad promontorium Album Africae tantum v. millia patere fauces Oceano dixit. Quo loco licet mirari fretum non iisdem finiri terminis a Pomponio, quibus circumſcribitur lib. 11. cap. 6. Nam cum ibi illud producat usque ad Junonis promontorium, neceſſe eſt illud patere amplius decem millibus paſſuum. A Belone enim ad Tingi Mauritaniae xxx. millia paſſuum trajectum facit Plinius lib. v. cap. 1. Et in Itinerario maritimo Antonini trajectus a Belone in Tingi eſt ducentorum & viginti ſtadiorum. Quare *fretum* Pom-

ponio hoc loco, ut Plinio, tantum porrigetur a Mellaria ad Calpes usque promontorium. Demon Amphipolita tribus millibus passuum tantum fretum distineri censuit, ut praefert Avienus. Sed Graecis quantum sit tribuendum in rebus Hispanicis, monuimus suprà ex Strabone.

l. 22. *Aperit atque intrat*] Non video ut possit esse ex Aristotele, ut ais, hoc depromptum, si adhuc sub judice lis, cujus sit ille libellus, quem ego aliquando existimavi ex libello Apuleji in sermonem Arabicum, inde in Graecum quibusdam, ut fit, muratis, aliis additis, aut detractis, conversum fuisse. Neque vero necesse erat testem laudare Aristotelem in opinione, quam ut publicam omnes fere Geographi comprobant, ac praesertim Avienus, qui optimos & clarissimos quosque nominatim laudat, e quibus suam disputationem sumserat. Quamvis Plinius lib. IV. cap. 13. contrariam aliorum opinionem profert: in qua etiam sententia est Aristoteles in *Meteorolog.*

l. 25. *Minus mille passibus*] *Septem stadiorum*, ubi angustissimum est, esse illud intervallum scripsit Herodotus in *Melpomene*, quod posteri sequuntur, qui numerus minor est mille passibus, cum octo stadia mille passibus ex communi fere omnium consensu respondeant. Nam Suidas & Doxopater in Hermogenem septem tantum stadia cum dimidio tribuunt mille passibus ex Polybio, ut memini me alicubi legisse.

l. 28. *Arctius exit in spatium*] Bosporo Thracio, de quo hic agitur, quingentorum passuum latitudinem tribuit Plinius, quae respondet quattuor stadiorum intervallo, quod Herodotus in *Melpomene* ei assignat. Consulendus Petrus Gillius, qui omnium diligentissime de hoc Bosporo disputavit.

l. 31. *Nostrum mare*] Ita Plinius, Solinus, & antiquior his Sallustius, & alii Latini Scriptores loquuntur.

l. 33. Ἰσθμὸν] Eustathius in Dionysium annotat a Graecis proprie usurpari πορθμὸν in angustiis maris, quae utrinque terris premantur, ut ἰσθμὸν contra in angustiis terrae, quae utrinque mari urgeantur, sed aliquando καταχρηστικῶς utrumque abhibere solitos; ut cum *fretum* appellant *Siculum*, non solum qua parte Messanam & Austrum

Auſtrum ſpectat, qua ſeptem tantum ſtadia Straboni patere dicitur, verùm etiam verſus Septentrionem, qua parte ac mille & quingenta ſtadia producitur: ita videtur & Pomponius utroque modo nomine *freti* uti, ut antea obſervavimus.

l. 35. *Helleſpontus vocatur*] Euſtathius in Dionyſium docet *Helleſponti* nomen varie a priſcis acceptum fuiſſe: quibusdam enim tantùm anguſtias eas, quae inter Abydum & Seſtum patent, Helleſpontum eſſe, alios Propontidem etiam totam illi tribuiſſe, alios ſolum eam partem Propontidis, quae intra Perinthum & Heracleam eſt; fuiſſe & qui partem Aegaei illi adſcriberent, ut Homerum, qui ob eam cauſam πλκτὸν Ἑλλήσποντον videatur dixiſſe: Herodotum tamen ab Aegaeo & Propontide diſtinguere, ut illi ſolum fretum inter Abydum & Seſtum relinquatur: quae ſententia Dionyſii probatur noſtro etiam Pomponio, qui libenter Herodotum imitatur.

l. 36. *Propontis*] *Propontis* non continetur hoc loco ſub Helleſponti nomine, ut alii uſurparunt, ſed diſtinguitur ab Helleſponto & Boſporo Thracio, ut eo nomine uſus Herodotus.

l. ead. *Ubi expandit*] *Expanditur* MS. Sic cap. quod ſequitur, de Aſia, *rurſus expanditur* (1).

l. 38. *Qua paludi committitur*] MS. *emittitur*, quaſi ab Oceano emittatur, aut certe a Ponto Euxino demittatur. Stephanus enim, ſive Hermolaus *de Urbib.* ſcribit de ipſa, ἣν φασι κληθῆναι ἀπὸ τοῦ Εὐξίνου Πόντου, quo loco legendum videtur κλιθῆναι, quaſi καταχθῆναι, ut ſit, *quam ajunt a Ponto Euxino demiſſam & delapſam eſſe.* Placet tamen vulgata lectio, quia ſupra dixerat de eodem, *Paludi exiguo ore conjungitur.*

l. 39. *Maeotis*] Semper cum *ae* diphthongo, non *oe* ſcriberem, propter conſenſum MStorum & etymon: nam Graece Μαιῶτις ſemper. De *Maeotide* nil praeterea hoc loco diſputo, ut neque de Boſporo Cimmerio, cur ita appellatus, neque de Ponto Euxino, quod κατ' ἐξοχὴν

(1) At heic omnia ſunt activa, & referuntur pariter ad voculam *ſe*, quae primo activo diſerte praemittitur. Neque aliter, mei certe, hic legunt MSti. PERIZON. Sic etiam Oxon. & Edd. Vett. DUKER.

χὴν *Pontus* dictus, & cur Εὔξεινος: haec enim vulgo nota, nec quicquam in his obscuritatis.

l. 39. *Hoc mari* (1) *& duobus inclytis amnibus*] De his terminis trium partium orbis, & an recte circumscripti, legendi Herodotus & Strabo. Ptolemaeus tamen videtur has partes ἀκριβέστερον determinasse.

l. 41. *In tres partes*] Hanc ego sententiam non dico tecum a Polybio sumsisse Melam, quod antiquior multo sit, & ab Herodoto communis Graecorum & Ionum fuisse dicatur. Non defuerunt tamen ex Theologis priscis, qui duas tantum facerent orbis partes, ut ait Ethicus (2), *Asiam* & *Europam*. Pauci tamen in ea haeresi fuerunt, ut tradit Sallustius in *Jugurthino*. Varro certe lib. IV. *de Lingua Latina* duas tantum agnoscit, ut *Africa Europae* sit attributa.

l. 46. *Europen*] In MS. (3) semper *Europam* declinatione Latina, ut *Africam*: nam cur aliter esse debeat non perspicio. De nominibus harum partium Herodotus & alii multa.

Cap. II.

l. 4. *Ad Orientem versa*] In MS. & Salmanticensi, quam toties citavi, *versa ad Orientem*: in qua serie verborum major concinnitas, quia nihil hiat. Proximum item locum ex iisdem sic restituo: *Tantum ibi in latitudinem se effundit, quantum Europa & Africa, & quod inter ambas pelagus immissum est.* Qui ordo verborum multo concinnior est vulgo edito.

l. 15. *Ora ejus*] *Orae* nomine videtur intelligere tantum eam partem Asiae, in qua confinia sunt Africae & Euro-

(1) *Mare* nusquam inveni nisi in MS. Oxon. Potest quidem defendi, sed puto errorem ejus esse, qui haec descripsit. DUKER. Verissima est suspicio Doctissimi Dukeri; nam in αὐτογράφῳ scriptum est, *mari*.

(2) Est in principio Cosmographiae, quae Aethico adscribitur. DUKER.

(3) Non omnibus. Vid. hic Perizon. *Europen* etiam Oxon. & in prine. cap. seq. Idem & Lipsius. *Europe*. Multa utraque terminatione a Latinis efferuntur, *Ilelene* & *Helena*, *Nymphe* & *Nympha*, & alia. DUKER.

Europae: nam in alveo Nili confinia Africae & Asiae collocat, ab ostiis autem Nili mare nostrum usque ad Tanaim, & hujus ripa Europam ab Asia separant. Cap. tamen 3. *oram* vocat ambitum totius Europae.

l. 17. *Ita sua littora porrigit*] Aut reponendum *inde* pro *ita*, quae facilis est mutatio, atque eam sensus postulat, aut dicendum τὸ *ita* positum esse loco τοῦ *inde*: quasi dicat ora Asiae Nilo comitatur usque ad ejus ostia, *inde*, hoc est, ab ejus ostiis sua littora scilicet interioris maris porrigit, deinde fit venienti Asiae obviam, &c. (1)

l. 26. *Indos, Seres*] Lego, ut in MS. & in Salmanticensi Franc. Nunnis, *Indos & Seres*, facta accessione conjunctionis, cùm tres gentes diversae sint.

l. 29. *Spectant enim etiam meridiem*] Recte gentilis noster Pintianus (si se tamen nomine *Nunnis*, ut Franc. ille Medicus, aut *Nunnesii*, ut ego, non *Nonii* appellasset, nam *Nonius* est, qui vulgò *Nunno*, *Nunnes* autem, qui a Nonio originem ducit, ut in aliis ex analogia apparet) recte ergo ex analogia proximi loci & pro *etiam* reposuit: cujus sententiam confirmat MS. ejus lectio, quem nos vidimus (2).

l. 35. *Indis proxima est Ariane*] Pro *Ariane Carmaniam* ego multis abhinc annis legendum esse arbitrabar: sed cùm postea animadvertissem a Pomponio *Carmaniam* prope sinum Persicum in dextra ejus introëuntibus collocari, coepi cogitare, an aliter rectius legi posset. Videbam quibusdam placuisse, ut *Ariane* hoc loco posita esset

(1) Immo vero nihil hic mutandum, & solito prorsus sensu accipiendum τὸ *ita*. Sensus enim est, postquam cum *Nili amnis alveo descendit in pelagus*, tum *diu sicut illud* pelagus *incedit* versus Orientem ab Nilo, *ita* & Asia eodem flexu, aut forma *porrigit* inde *sua littora*: Pelagus enim illud Mediterraneum ab Occidente & Freto Gaditano ad Orientem procedere, seu *incedere* dicitur. Unde & mox Asiae haec ora ab Oriente procedens non Asiae, sed Pelago ab Occidente *venienti obviam fieri* perhibetur. Vide & Vossium. Ceterum amat Auctor voculam *ita*, perque eam designare solet ordinem ac progressum situs ac temporis. Cap. 4. *Utque inde procedit*, ita media *praecipue in juga exsurgens pergit incurva ad Occasum*. Cap. 8. *Tunc, ut Sol surgit*, ita *frigidior*. Et dein: *Prima nocte calidus, atque, ut illa procedit*, ita *calidior*. PERIZON.

(2) At in meis reperio *etiam*. PERIZON. Sic quoque Oxon. & Edd. Vett. DUKER.

esset à Mela pro *Arachosia* Ptolemaei, quod etsi durius-culum existimabam, probabile tamen videbatur, quod *Arachosia* a Ptolemaeo propinquior Indiae, & illam ab oriente attingens describatur; *Aria* verò interjectis Paropamisadis paullo remotior versus occidentem, sed propinqua *Arachosiae*, Gedrosis autem ad Meridiem magis conversa. In MS. legebatur quidem *Ariadne* & in Salmanticensi Nunnis, pro quo *Drangane*, ut apud Stephanum reponendum videtur, aut certe *Drangiane*, ut apud Ptolemaeum & alios legitur: quae regio negari non potest quin proxima sit Indiae, quamvis interjecta *Arachosia*, ut docent Geographi, sed non magno intervallo. *Ariane* nullo modo potest retineri, cum proxime sequatur *Aria*; quia *Aria* nomen est totius provinciae, *Ariana* autem epitheton ab *Aria* flexum. Ut igitur singulae provinciae, aut satrapiae diversae sint, necesse est nomen *Ariadne* in nomen *Arachosiae*, quod tamen longius abest ab illo, aut in *Drangianae* mutari. *Aria* autem confinis est *Drangianae* meridiem versus, ut ait Ptolemaeus, *Drangiana* vero attingit *Gedrosiam* meridiem item versus, aut, ut refert Strabo, qui propinquior est aetati Melae, *Gedrosiis Drangae* ad occidentem adjuncti sunt, *Drangis* autem *Arii* ad septentrionem & occidentem. Utramvis igitur descriptionem sequaris, finitimae sunt hae tres regiones. Quare videtur locus recte posse ita legi, ut pro *Ariane Drangiane* legatur: nam quod *Arianes* nomine intelligenda sit *Arachosia*, quod aliis visum, non liquet, nisi aliquo gravi testimonio confirmetur. Quid si *Ariane* retineas, quod παράγωγον est *Ariae* Graecis & Latinis notum? quae etiam regio cum India de jure & principatu quatuor Satrapiarum confinium contendebat, auctore Plinio, & ab ortu Indo terminabatur, ut Strabo & Plinius scriptum reliquerunt; & pro *deinde Aria* reponas *dein Daria*, de qua Plinius VI. 23. *Daritim quidam partem Arianae esse voluerunt.* Omnia incerta; nam *Daritas* Ptolemaeus Mediae subjicit, cum quibus & Caspios numerat, quod etiam Herodotus in *Thalia* antè fecerat. Malo igitur superius.

l. 36. *Gedrosis*] MS. habet *Cedrosis*, cui consentit Salmanticense editum a Nunne. Mendum tamen esse docet Stephanus, quod irrepserat in Geographiam Cornelii

nelii Alexandri Polyhistoris: quamquam in litera K prodit *Cedrosſos* gentem esſe proximam Mari rubro. Videndum, an iidem: nam a *Gedrosia*, sic ille enunciat, facit *Gedrosios* ἐθνικὸν, & cum unico Σ scribit; at *Cedrosſos* cum duplici Σ exprimit, & ab illis Κεδρωσσεῖς, τὸ ἐθνικὸν. Quod diversum plane videtur ab altero. *Gedrosiani* a Gedrosia dicuntur Eustathio ex Strabone, aut *Gedroseni*, ut alii extulerunt. Gedrosia certe ipsa regio, non *Gedrosis*, & Straboni, & Ptolemaeo, & Stephano, & Eustathio.

l. 37. *Hunc populi Persarum ambiunt*] Ita ut Carmanii ad dextram ejus oris siti sint, ex eodem Pomponio lib. III. cap. 8.

l. 39. *Caspiani*] Mela lib. III. cap. 5. proprie *Caspios* dici vult, qui intus sunt ad Caspium sinum: ad eum, inquam, qui proprie hoc nomine appellatur; nam *Caspius* in commune dictus duos alios sinus continet, *Scythicum* & *Hyrcanum*. Fieri autem potest, ut hoc loco *Caspianos* a communi nomine Caspii sinus appellaverit omnes, qui illum ambiunt, ut a *Caspiis*, qui proprie dictum Caspium sinum tantùm tenent, eos separaret: ut Hispani ab Hispaniensibus distinguuntur (1) apud Carisium. Quod si non placet, retineamus *Caspiani*, ut sint duo ἐθνικὰ ab eadem origine. Ejusmodi multa apud Stephanum. Hinc *Sogdii* & *Sogdiani*. Addas licet Stephano & *Caspios* dici & *Caspianos* ἀπὸ τῆς Κασπίας, quae alia certe videtur esse non posse, quam Γῆ Κασπία.

l. 41. *Ultra Amazones*] Haec illustriora lib. III. cap. 5.

l. 43. *Candari*] Rectè verò: nam *Gandaros* Indiae ultra Gangem attribuit Ptolemaeus, *Candaros* vero, ut verè observas, Sogdianae. Sed quid de *Paricanis*, quos deinceps recenset? *Paricani* Stephano Persarum sunt populi. A Plinio cum *Candaris* quidem numerantur: sed illud nomen abest a MSS. Herodotus in *Thalia* cum Medis quosdam *Paricanos* recenset, alios cum Aethiopibus

(1) At haec distinctio alterius & prorsus diversae est significationis. *Hispanus* enim notat gente & origine Hispanum, at *Hispaniensis* eum, qui aliunde ortus habitat in Hispania. Sic differunt *Siculus* & *Siciliensis*. PERIZON.

pibus. Ptolemaeus *Parisenen* gentem in *Gedrosiis* collocat. Quid si *Parsiani* legamus a *Parsiana* Paropamisadum Ptolemaei? nam *Parsii* eidem ad meridiem ejus gentis sunt. Quid? quod Bactri dorsa Paropamisi obtinere Plinio dicuntur, atque nobilis Satrapia Paropamisadarum: aut certe *Pariçani* retineamus, ut nomen Persarum late pateat: nam & *Bactra* Persiae tribuit Scholiastes Aeschyli.

l. 44. *Bactri*] Stephanus a *Bactra*, *Bactros* & *Bactrios* nominari observat; a *Bactrio* vero *Bactrianos*.

l. ead. *Susiani*] In MS. *Subsiani*. · *Sugdiani* reponerem: nam & Dionysio Σουγδιὰς γῆ dicitur, atque Ptolemaeo. Eustathius etiam Σουγδιανή. Quamquam aliis tritum *Sogdiani* dempto τῷ υ· nam quod scrupulum injicere potuit ex Ptolemaeo, Candaros gentem esse Sogdianorum, quasi jam commemorati sint, Plinius, qui propinquior fuit Melae, eximit eum scrupulum, cùm lib. VI. cap. 16. *Candaros* diserte a *Sogdianis* sejungat.

l. ead. *Pharmacotrophi*] In MS. Plinio, cùm hos describit, *Harmatotropi*, fortasse a *curribus*, quos *vertebant*, quod his uterentur. Sed nusquam alibi legi *Harmatotropos*. In Melae MS. sic legitur, *Fariani Corophi*, *Comarae*, *Comani*, *Ropanes Dahae*. Ex quibus verbis depravatissimis, si quid licet in tanta obscuritate divinare, legerem *Zariaspae*, *Tochari*, *Chomari*, *Comani*, *Parni*, *Dahae*. Quattuor quidem priora nomina ex Bactriana Ptolemaei, duo posteriora ex Margiana ejusdem: etsi Plinius *Dahas* in Scythis collocat ultra Margianam. *Zariaspae* Straboni quoque & Plinio nobilitati. *Tochari* Plinio noti, quamvis eos Seribus proximos facit, Ptolemaeo gens magna dicti. *Chomari* eodem etiam loco a Plinio commemorati. Apud Plinium tantum hoc rectius, ut suspicor, *Comani*, ut in MS. Mela, pro quo *Comi* Ptolemaeo. *Bomarei* in Plinio MS. non legitur, sed pro illo *Cemare*, neque alibi usquam memini illud nomen exstare. Pro *Rophanes*, aut, ut in MS. *Ropanes*, aliquando *Roganes* legendum arbitrabar, sed post observavi Civitatem tantùm esse Carmaniae quidem Ptolemaeo, Stephano vero Indiae, non Gentem. Itaque secutus sum illud alterum, quamvis *Varni* ex eadem

dem Bactriana Ptolemaei reponi posse videtur. Sed melius prius: nam & Strabo *Parnos* cum *Dahis* recenset. Stephanus Δαοῖα habet Scythicam gentem, quos & *Dasas* cum *s* inquit appellari. Totius hujus loci restituendi occasionem nactus sum comparatis locis Ptolemaei & Plinii, in quibus videbam multa communia, ut *Chomaros*, *Comanos*, *Marucaeos*, praeterea, *Varnos*, etsi aliqua horum leguntur paullulum immutata. Qui meliora attulerit, palmam feret: neque verò dubito, quin *Harmatotropi* dici possint, ut loquitur Valerius Maximus; sed interiora terrarum, non Scythae, describuntur.

l. 45. *Super Scythas*] Eustathius in Dionysium animadvertit τὸ ὑπὲρ fere adhiberi a Dionysio, cùm significare vult locum Septentrionem versus, quod hic vertex sit nobis sublimis: quin & versus alterum polum nobis occultum eadem praepositione uti Dionysium, quod alter etiam polus, etsi nobis ita non videatur, elatus sit. Mela fere hac praepositione utitur, cùm a maritimis ad interiora terrarum recedit, ut hoc ipso capite saepenumero.

l. 47. *Comari*] MS. *Comani*; sed rectius vulgati *Comari*. Nam & Ptolemaeus in Sacis *Massagetas* & *Comaros* proximos recenset. In Bactriana autem *Chomaros* descripserat addita adspiratione.

l. 49. *Cimmerii*] Mirum *Cimmerios* hoc loco recenseri. Plinius tamen lib. VI. cap. 13. *Scythas* & *Cimmerios* conjungit, & *Georgos*, cùm hunc locum describit: si locus tamen Plinii mendo caret. Solinus item *Cimmerios* inter Hyperboreos & Amazonas ponit. Aliquando suspicatus sum legine posset *Syrmatae* pro *Cimmerii — Scythae*, quos copulat idem cap. 16. ejusdem libri cùm *Heniochis*, ut hic junguntur. Sed adhuc pendeo animi: nam in MS. Mela pro *Scythae* legitur *Cisi*. In quo nomine vestigium exstat germanae lectionis, & in illo veteri edito Salmanticae pro *Heniochis*, qui hic stare non possunt, cùm ad nostrum mare plane vergant, legitur *Antiachae*. Itaque ex MS. *Cisi*, & proximo *Antiachae*, restituo *Cisianthi*, quos disertè Plinius lib. VI. cap. 13. inter *Cimeros*, ut legitur in MS., & *Georgos* locat: quamquam & *Georgorum* nomen hoc etiam loco suspectum, & in loco Plinii nuper citato, cum Plinius lib. IV. cap. 12. *Georgos* scribat a *Nomadibus* Panticapis ripis disterminari. In MS. certè Mela *Geor-*

gorum

gorum nomen planè non legitur; neque alibi usquam memini me reperisse gentem *Georgorum*. Capite autem 12. lib. IV. Plinii non videtur nomen tam gentis, quàm epitheton, & antitheton Nomadum, ut apud Melam cap. 1. lib. II. Itaque si velimus retinere hoc loco *Georgos*, ut apud Plinium lib. VI. in eadem plane regione disertim leguntur, dicemus Scythas esse cognomine *Georgos*, ut *Aroteres* eodem cap. paullo inferiùs appellari videntur. Sed quid de nomine *Antiachae*, quod prodidit Salmanticense exemplar? Ego ex *Achae* & *Georgi* sic reponerem *Scythae Georgi*; ut *Scythae Nomades* vocantur ab eodem Pomponio cap. 5. lib. III. aut certè *Sacae Georgi*: cùm idem Mela eodem cap. doceat omnes Scythas communi nomine *Sagas*, ut vulgò legitur, aut, ut Stephanus reddit, *Sacas* vocari.

l. 50. *Corsitae*, *Phoristae*, *Riphaces*] Unde haec portenta verborum? Gentilis meus Pintianus sic concepit, *Cercetae*, *Coraxi*, *Phthirophagi*: quàm bene, alii viderint. hi licet mediterranei ab omnibus & ab eodem Pomponio cap. 21. hujus libri ad mare Mediterraneum spectant. Nondum autem Pomponius his verbis ad tractum nostri maris excesit (1): sed illis verbis, quae post haec sequuntur. Quare sic reponerem *Pterophoritae*, aut *Pterozophoritae*, *Riphaeës*. Plinius namque & Solinus in Riphaeis montibus *Pterophoros* agnoscunt, aut, ut in Plinio MS. *Pterophozoros*, ex quo facile fit *Pterozophoros*, a perpetua caligine montium, & casu nivium, ut pinnarum. Nisi malis *Pterophoritae*; ut vitemus nomen dithyrambicum: nam *Riphaeës* pro *Riphaces* non est dubium, quin auctore Stephano exploratum sit pro Ῥιπαίους, *Ripaeës* Latine, aut addito afflatu *Riphaeës* legi posse, qui sint Riphaeorum montium incolae. Quare, si ex his conjecturis licet, totum locum sic à principio legerem: *Cimmerii*, *Cisianti*, *Scythaegeorgi*, *Moschi*, *Pterophoritae*, *Riphaeës*. Illud tamen *Cisianti* Plinianum adhuc concoquere non possum, ac si integrum esset audere, omnino legerem *Cimmerii Scythae*, *Scythaegeorgi*, ut sint duo cognomina Scytharum. Sed quaerendum cur *Cim-*

(1) Hoc miror. Pervenit enim Pomponius ad Asiaticum utique tractum & littora Ponti Euxini, ubi etiam sunt *Heniochi*, *Zygi*, *Achaei* &c. PERIZON.

Cimmerii dicti: fortasse quia τὰ ἤρια, id est, monumenta solum suorum colerent, quod etymon affert Eustathius in Odysseam, ipsique leguntur apud Herodotum & Valerium Maximum pugnandi initium, Dario respondisse, fugiendique finem se non facturos, nisi cùm ad suorum monumenta pervenissent, ibique acerrimè pro aris & focis, ut vulgò dicitur, pugnaturos; ut prorsus tum Nomades verè nominari possent, atque κείμενοι ἐν ἤρίοις. Negabant enim se agros cultos, aut ullas urbes habere. Itaque apud Plinium etiam legerem *Scythae Cimmerii*, *Scythaegeorgi*, inducto nomine *Cisianthorum*, quod nusquam alibi inveniri videtur, nisi *Cissianos* legas. Sed quid illi ad hunc locum, cùm finitimi sint Matianis? Quid si pro *Corsitae Phoristae* legeremus *Coraxi*, *Opharitae? Coraxi* Plinio littora Colchica tenent. *Opharitae* eidem ad montes recedunt supra Maeotas. *Coraxos* Ptolemaeus in Scythis infra Imaum describit. Ego tamen libentius sententiam priorem sequor: tu arbitraberis.

l. 52. *Mardi*, *Antibarani*] Apud Herodotum in Thalia *Mardos* quidem legimus & *Tibarenos*, *Macrones* & *Mosynoecos* duodevigesimam tributi portionem pendisse Dario. Sed *Mardi*, ut docet Plinius, a Margiana ad Bactros pertinebant; quare nullum habent hic locum, neque *Macrones*, quos alii reponunt. Hi enim littus nostri maris occupant, ut idem Plinius & alii demonstrant. Ego, cum in MS. legatur *Mati antibarani*, minima quidem mutatione repono *Matiani*, *Tibarani*. *Matiani* namque proximi sunt Cilicibus & Phrygibus, ut ex Herodoto in *Clione* licet colligere. Strabo *Matianos* Mediae partem facit, quod & Stephanus ex illo repetit; aut, ut alii volunt, ab Armenia in Susianam interjecti sunt, quae omnia eodem fere revolvuntur. *Tibareni* autem, aut *Tibarani*, Chalybas attingunt eidem Pomponio cap. 19. hujus libri, ut sint mediterranei.

l. 53. *Comageni*] Uno quidem *m* MS. sed nummi Graeci duplici, quod malim.

l. 54. *Murrani*, *Vegeti*] In MS. *Murani* cum uno *r*, ex quo *Moreni*, reponerem ex Strabone, qui *Morenem* Mysiae Asiaticae partem facit lib. XII. *Morimeni* autem sunt Cappadoces, ut tradit Plinius, quorum jam fit infrà mentio; & nomen *Moreni* propius abest a *Murani*, quam

quàm *Morimemi*. Pro *Vegeti* autem non displicet *Heneti*, ut alii legunt, quod sint Paphlagones iis finitimi, qui hoc loco notantur, neque eorum mentio adhuc facta sit.

l. 55. *Gallograeci*] MS. *Geti*. Salmanticense, *Graeci*. Ex quibus videtur illud *Gallograeci* Hermolai potuisse conformari: non malè, quia *Galatia*, ut scribit Strabo lib. XII. *Gallograecia* ejus aetate nominabatur. Quid si *Celtae* pro *Geti* suffecti sint, ne longius discedamus a MS.? Interpretabimur autem *Celtas*, qui ad orientem sunt, quos ab occidentalibus fluxisse omnes commemorant, aut certè legerem potiùs *Galatae*, quèm *Gallograeci*, quòd hoc ultimum longissime absit a MS.

l. 56. *Syrocilices*] Retineo, quia fieri quidem potest, ut ita appellarentur, cùm confines sint.

l. ead. *Rursus ex iis*] Sic lego hunc locum ex vestigiis MS. & Salmanticensis, *Rursus ex iis, quae meridiem spectant, eaedem gentes, quae interiora littora usque ad Sinum Persicum.* Ut subaudiatur *tenent*, scilicet interiora littora, *spectant* usque ad sinum Persicum. Sensus autem hic est ex eodem Mela, ut nihil possit aptius fingi. Ora illa ab Hellesponto usque ad flexum, in quo sunt Cilices, occidentem spectat, non meridiem: quod autem a flexu ad Aegyptios Asiae supereſt, meridiem planè spectat. Rectè ergo, *rursus ex iis, quae ad meridiem spectant*, quae gentes *tenent littora interiora* (sunt autem *Syri & Arabes* Pomponio) *eaedem spectant usque ad sinum Persicum*: nam eidem Pomponio Arabia a nostro mari usque ad Rubrum & ad Persicum usque sinum producitur lib. III. cap. 8. ea nimirum quae cognomine *Eudaemon* nominatur. In parte autem, quae ostio sinus Persici adversatur, collocat eodem cap. Babyloniam, quae illi Syria est lib. I. cap. II. Quare non est eximendum *rò littora*, & interponendum alterum *quae*.

l. 59. *Super illum alterum Babylonii*] Nil mutandum: nam si fines Babyloniorum sunt constituti in parte adversa ori sinus Persici, ante sinum igitur Persicum Babylonii constituendi. Quare *super* sinum Arabicum septentrionem versus constituendi Babylonii: nam sinui Arabico proximi sunt Arabes, qui illum ambiunt, ut suprà dixit. Plinius item lib. V. cap. 12. de Syria Phoenice, quae in littore nostri maris citra flexum Ciliciae

sita

sita est, haec scribit: *Dein Phoenice, & quâ recedit intus Damascena, ac magis etiamnum meridiana Babylonia.* Quid? quod eidem Pomponio Arabia Felix contingit sinum Persicum ex parte Arabici sinus, & super Arabiam producitur Babylonia ad fundum usque sinus Persici. Verè igitur *super Arabicum sinum Babylonii*, non Arabes, quia hi ambiunt sinum Arabicum. *Super* autem dicuntur Pomponio toto hoc cap. & alibi saepe, non qui tenent littora, sed qui illos interiùs sequuntur, sive meridiem, sive septentrionem versus. Multo vero minùs Aegyptii super sinum Arabicum ponendi, quod tentavit meus gentilis, sed utrumque contra fidem codicum, hoc etiam contra auctoritatem omnem Geographorum.

l. 65. *Lycia & Pamphylia*] Inverterem libenter ordinem sic, *Pamphylia & Lycia*, ut idem & ceteri Geographi docent collocatas esse, nisi fides codicum repugnaret, & conjunctio in his tantùm duobus interposita nos aliquantulum levaret hac cura τῆς ἀκριβολογίας; quae sanè requirenda non est, nisi quo loco separatim singula persequitur, & ex professo. *Caria, Ionia, Aeolis, Troas*, sine vinculis conjunctionum sequuntur, quòd eodem ordine, quo hîc proponuntur, collocatae sint.

l. 69. *Omnes uno*] *Uno omnes* MS. melius, ne hiet series orationis.

l. 70. *Pontici*] *Pontici* κτητικὸν Stephano: exquisitè ergo populi *Pontii*: nam *Pontici* ἐθνικὸν potiùs eodem auctore.

POMPONIUS

MELA.

TOM

I

6588
44
(1)